omnes:qualem eſſe princeps mihi credidit.Q uę cauſa ſi ſtudium meum non incitaret:adiutum tamen cuperem iuuenem probiſſimum. grauiſſimum:eruditiſſimum:omni deniq; laude digniſſimum:& quidem cum tota domo.Nam pater eius Euritius Clarus uir ſanctus:antiquus:diſertus: atq; in agendis cauſis exercitatus:quas ſumma fide: pari conſtantia:nec uerecundia minore defendit. Habet auunculum.C.Septitium:quo nihil ueriꝰ:nihil ſimplicius:nihil candidius: nihil fidelius noui.oẽs me certatim:& tamen æqualiter amant: omnibus nunc ego in uno referre gratiã poſſum. Itaq; præhenſo amicos.ſupplico: ambio domos: ſtationeſq; circumeo:quãtumq; uel auctoritate: uel gratia ualeam:precibus experior:te quoq; ob obſecro:ut aliquam muneris mei partem ſuſcipere tanti putes:reddam uicem ſi repoſces: reddam: & ſi non repoſces:diligeris:coleris: frequentaris: oſtende modo uelle te:nec deerunt: qui quod uelis:cupiant.

C.Plinius Octauio.S.

NOminem.Octauium admiratur poſſe tandiu cõtinere uerſus ſuos:hortaturq; ad editionem ſic Martialis Fauſtinum libro primo.Nominem: uera lectio non hominem:ut Laurẽtiũ Vallam: & alios uideo legere. Durum.aſperum: nimiũ ſeuerũ.inurbanũ:pariter Vlpianus titulo de furtis:& idẽ in panagyrico:Papinianus etiã pro inhumano:ſicut. M. Tullius de perfecto oratore pro agreſti. Libros. metro cõſtãtes. Teneas.cohibeas apud te. Quouſq;.perinde ac ſi diceret ſemper ne. Inuidebis.per inuidiã auferes. Laudem. quã publicatione illoꝝ conſequeris. Voluptatem.ex lectione:& tua laude. Per ora.in publicũ.in celebrationẽ. Virg.uolitare per ora. in eundẽ ſenſum dixit. Iiſdem ſpaciis.per iperiũ Romanũ:nam latinitatem conati ſunt Romanoꝝ priſci una cum imperio diffundere. teſtatur Valerius maximus libro ſecundo:capite de inſtitutis. Magna expectatio.multũ deſiderantur. Fruſtrari.deludere. Enotuere.in notitiam:& publicũ uenerunt. Clauſtra.ſcriniũ. Refregerunt.exierunt. In corpus.i opus itegrũ.

Durum

NOminem te patiẽtem:uel potius durum ac pene crudelem? qui tam inſignes libros: tandiu teneas? quouſq;: & tibi:& nobis inuidebis? tibi maximam laudem:nobis uoluptatem. Sine per hora hominum ferantur: iiſdẽq; quibus lingua Romana ſpaciis peruagent:magna etiam longaq; expectatio eſt: quam fruſtrari adhuc:& differre nõ debes. Enotuere quidam tui uerſus: & inuito te clauſtra refregerunt: hos niſi retrahis in corpus:quandoq; ut errones aliquem: cuius dicantur:inueniẽt. Habe ante oculos mortalitatem:a qua aſſerere te hoc uno monumento potes:Nam cætera fragilia: & caduca nõ minus: q̃ ipſi homines occidunt:deſinuntq; dices: ut ſoles:amici mei uiderint:opto equidem amicos tibi

Erro

Errones.uagabũdi ſerui.& fugitiui:ſic enim iterpretaf Vlpianus Titulo de ſeruis fugitiuis q̃q̃ Arrianus de re militari uelit erronis crimen in ſeruo leuius eẽ q̃ fugitiui.inde Labeo puſillũ fugitiuũ erronem appellat: ut ex diuerſo fugitiuũ magnũ erronem:in ſumma erro eſt: qui non equidẽ fugit: ſed frequenter ſine cã uagatur: & tẽporibus in res nugatorias cõſumptis ſerius domũ redit.hinc Colu mella erronẽ. Apum ducẽ.cenſet detractis alis uelut quadam compede domi retinendum. P. Nigidius ſtellas erraticas authore Gellio errones appellabãt:quas Apule.erronias:& uagas uocat. Cuius dicant.q ſibi illos uẽdicet. Aſſere, liberare, remouer. Monumẽto.lrãꝝ. Cætera.bõa,caduca.cito iteritura. Videri

prouidebunt:edent post me. Intentionis.diligentiæ. Dispice.considera.Parum prouidũ.imprudens. Quod publicationem tuorum librorum. Interim.postea discernit rem: quæ ad narrationem superiorem pertinet. Vt uoles.facito ut lubet. Recita.recitare est librum:uel suum:uel alienum repetere. Cicero pro Cluẽtio.tris:& ipse excitauit recitatores cum singulis libellis. Præsumo.quibusdam signis intelligo ante tempus. Imaginor.in animum:& phantasiam induco.ac per imaginem intueor.concursus.auditorum. Clamor.laudantium. Silentium. intentio. stupor. Dico.causas ago. Acre.uigilans. Interim Recitare

tam fideles:tam eruditos:tam laboriosos: ut tantum curæ:intentionisq; suscipere:& possint: & uelint:sed dispice ne sit parum prouidum sperare ex aliis:quod tibi ipse non præstes:& de editione quidem interim:ut uoles:recita saltem:quo magis libeat emittere: utq; tandem percipias gaudium: quod ego olim pro te non temere præsumo. Imaginor.n.qui concursus:que admiratio te:qui clamor:quod etiam silentium maneat:quo ego cum dico:uel recito:nõ minus q̃ clamore delector. Sit modo silentium acre:& intentum:& cupidum ulteriora audiẽdi:hoc fructu tanto:tam pato desine studia tua infinita ista cunctatione fraudare:quæ cũ modum excedit:uerendum est ne inertiæ:& desidiæ:uel ẽt timiditatis nomẽ accipiat.

C.Plinius Arriano.S.

SOlet esse gaudio tibi: si quid actum est in senatu dignum ordine illo: quamuis enim quietis amore secesseris: insidet tamen animo tuo maiestatis publicæ cura. Accipe ergo quod per hos dies actum est personæ claritate famosum: seueritate exempli salubre: rei magnitudine æternum. Marius Priscus accusantibus Afris: quibus proconsule præfuit: omissa defensione iudices petiit Ego: & Cor. Tacitus ad esse prouincialibus iussi existimauimus fidei nostræ conuenire:notũ senatui facere: excessisse prisco immanitate:sæuitia crimina:qbus dari iudices

Fructu.gaudio. Fraudare.priuaẽ.Studia.tuas lucubrationes. Quæ mora. Inertiæ.nimia cunctatio solet non modo pigritiæ:sed timiditati ascribi:& ipsa emendatio finẽ habet authore Quintiliano.apud quem plura lege libro decimo:capite de emendatione.

SOlet.Marius Priscus Africæ proconsul a prouincialibus cum suis ministris accusatus repetundarum agente Secũdo damnatus est.hoc senatusconsultum laudat:at Iuuenalis carpit. Illo senatorio.Quietis.ocii.Secesseris.ab administratiõe rerum publicarum:& urbe abieris. Insidet. remanet. Maiestatis publicæ.senatus dignitatis: & amplitudinis:quæ maioribus insunt:unde Ioui maiestatem ascribunt poetæ: & Imperatoribus rerum scriptores:de qua Valerius. est:& illa quasi priuata censura maiestas clarorum uirorum sine tribunaliũ fastigio:sine apparitorum ministerio: potẽs in amplitudine sua obtinẽda. grato enĩ & iucundo introitu animis hominum illabitur admirationis prætexta uelata: quam recte quis diceret longum:& beatum honorem esse sine honore: dicta authore Festo a magnitudine:hinc Curtius hominibus barbaris in corporum maiestate ueneratione esse dixit. Famosum. clarum:cognitum: uocabulum mediũ: quo Apuleius cũ laude utitur:secus alii. Maiestas Famosum

Personæ.Marii Prisci. Claritate. qa consularis:& septem uir epulonũ fuit. Exempli.quo cæteri:qui præfuturi sunt prouinciis deterrebuntur a rapinis: ne & ipsi pariter damnentur. Rei.causæ.habent ista locum procemii:sicut sequẽtia narrationis. Accusantibus afris.Marium Priscum ex Bethica proconsulem Africæ una ciuitas publice:multisq; priuatim reum perægerunt.hæc Secundus libro tertio. Proconsule.præfuit. proconsulatu suo rexit Africam. Omissa defensione.non enim.poterat dicere hanc causam non constare:neq; factũ negare:neque non esse quod obiicebatur:neque ut recte factum defendi poterat:quare contentus erat Priscus:ut relictis cæteris criminib9:de repetundis tantum iudicarent:ne dum se defendere conatur in senatu atrociora detegerentur:& iudices facilius q̃ senatores putabat posse corrũpere. Iudices petiit. postulauit ut sibi darentur iudices.primũ iudicia in manu equitum fuerunt:deinde per Syllam ad senatũ traducta:postea lege Aurelia ad equites:senatores:tribunos ærarios.Iulius Cæsar ad duo genera iudicũ redegit. eq̃stris ordinis:& senatorii.tribũos ærarios:quod erat tertiũ substulit. Iussi a senatu.soliti dari prõnos publice põter Secũdũ oñdit.M.T.pro Murena. Adesse.opẽ ferre. Prouincialibus.Afris. fuit enĩ Africa post deletã Carthaginẽ redacta in formã prouinciæ:scilicet sublatis regibus: & aliorum pricipatu paruit romanis legibus: & iudicibus:tributis insuper impositis.quod ne Paulum Orosium:& Tacitum citemus:Cæsar libro septio belli gallici docet:nã cõmutatis legibus illaꝝ gentiũ securib9 fiebat subiecta ꝓuincia:& a ꝓconsulibus regebaẽ iure romano. Excessisse cria.maiora patraſſe scelera q̃ ut iudicibus ordinariis excutiẽda. Immanitate.crudelitate. Dari iudices.demãdari eis:quos iudicii cã Iudices Prouinciæ forma

delegisset senatus libro vi. idē testatur accusasse. Marium Priscum: qui lege repetundarum damnatus, utebatur clæmentia legis: cuius seueritatem immanitate criminum excesserat. Condemnandos. in exilium detrudendo. ut equitem romanum unum. Interficiendos: ut septem eius amicos: & alterum equitem ro. Respondit. mihi: & Tacito pro Mario. Fronto Catius. Frontones multos fuisse lego: nam Frontonis cum Tito amicicia coniuncti bis meminit Iosephus: & Tacitus Iulii Frontonis in rebus Othonis: & Licinium Frontonem monstrat Vlpianus fuisse sub Imp. Antonino. Frontonem consulem sub Nerua Dion: quem Mar. & bello: & pace clarum prædicat. fuit igitur Cornelius Fronto Catius orator nobilissimus romanæ eloquentiæ non secundum: sed alterum decus: q̄q̄ illi Macrobius sic cum dicendi genus ascribat: Antonini philosophi præceptor: Dion testatur in Adriano plurimum floruisse: & primas in agendis causis partes habuisse: cuius Cæcilius alibi: & Iuue. in prima satyrarum mentionem faciunt. neq; ignoro Vlpianum de pœnis tradere Iulio Frontōi rescripsisse Adrianum Catiorum cognomina uetustissima testantur scriptores: & sepulchrorum antiqua epitaphia: quæ nos Veronæ interdum: sed inter Insubres frequentius annotauimus: hodieq; Nouariæ amplissima familia parili cognomento durat. Deprecatusq; est. usus est deprecatione: sicut locus poscebat: Fabio. n. referente lib. vii. in senatu: & apud principem: & ubicunq; iuris clæmentia est: habet locum deprecatio: in qua plurimū ualent pro ipso qui reus est hæc tria: in ante acta uita: si innocens fuit: si benemeritus: si spes in futurum innocenter uicturi: & in aliquo usu futuri. præterea si uel aliis incommodis: uel præsenti periculo: uel pœnitentia uideatur satis pœnarum dedisse. extra. nobilitas: dignitas: propinquitas: amici. Mar. Tul. tamen libro. ii. de oratore deprecationem opinatur infimum obtinere locum: sed nonnunquam utilem esse. Repetundarum legem. lata repetundarum lex primum a. L. Pisone tribuno pl. alii a Manlio Acilio Glabrione. demum a Iulio Cæsare lex Iulia repetundarum appellata: quæ pertinet ad eas pecunias: quas quis in magistratu: potestate: curatione: legatione: uel quo alio officio: munere. ministerio ue publico acceperit: uel eum exco horte cuius eorum est: uel quo magis: aut minus quid ex suo officio fecerit. hæc secundum Marcellum: & Venuleium. alii breuius circūscripsere dicentes legem repetūdarum latam esse contra eos: qui in magistratu: pecunias uel ui: uel fraude abstulisset. Gratianus: & Val. Imp. repetūdæ dānatum quadruplū eius quod accepit persoluere iubēt. ergo. Vltra legē. ultra quadruplum ex lege cōstitutum q̄q̄ Marcel lus. ff. xl viii. dicat nō fuisse certam pœnā damnatus repetundarum constitutam. sed puniri: uel exilio: uel ēt durius pro ut admisissent. quid enim si ob hominem necādum pecuniam acceperint: uel licet nō acceperint: c lore. tñ inducti interfecerint: uel innocentē: uel quem punire non debuerant? capite plecti debent: uel in insulā deportari. īde exorta illa Iuuenalis īdignatio: q̄ homicidā nō necassent: uel deportassent: non ob pecuniam priuati uiri in ærariū relatā: ut quidam opinātur. Mouendarum lachrymarum peritissimus: sciens auditores. & iudices ad misericordiam commouere. Vento. turbine: impetu: copia uehemēter. Impleuit uela. amplificauit oratiōem. perstat in translatione sumpta a uento. tonat aūt ista oratio opportune. Contentio. lis. altercatio. orta est inter patronos: an magis senatores diuersa sentientes. Cognitionem senatus. ius inquirendorum criminum per senatum cognoscere enim est disquirere & examinare crimina: unde Virg. de Minoe tanq̄ de iudice dixit: uitasq̄: & crimina discit: & Iuuena. iam cognitione peracta. Lege. repetundæ: quia senatus secundum eam censuerat: ut mulctaretur. an magis lege: qua cautum erat ne bis de eadem re agere liceret. quare qui fauebant Mario dicebant senatum iam decreuisse: ut repetūdæ tātum damnaretur: neq; posse iam peracta cognitiōe amplius retractare: secus alii sentiebāt libeq; pribus esse cognoscere quicquid uoluissent: nā sicut princeps nō subiacet legibus: ita nec senatus illius uices sustinēs. Solutam. legibus nō obnoxiam. Admisisset. peccasset. Tantū uindicandum parem pœnā decernendam. Nouissime. postremo. Iulius Ferox. Feroci scripsisse Procu lum meminit iurisconsultus Paulus. Iulium Ferocem clarissimum uirum: & plurimæ authoritatis testātur Traiani litteræ. hūc Secūdus alibi doctissimū memorat: & Tiberis curatorem antiqu⁹ in lapide titulus adhuc extās. Ex authoritate Impe. Cæs. Diui Neruæ Traiāi Aug. Germanici: pont. Max. Trib. pot. v. Cos. iiii. pp. Ti Iuli⁹ Ferox curator aluei: & rippæ Tiberis: & cloacæ urbis termīauit rippam. R. R. ad prox. cip. p. xxii. ff. ii. s. Consul designatus. qui proximis cal. martiis creati fuerant consules sequētibus cal. ianuariis cōsulatum inibāt: q̄uis etiam prius initum legamus: ut apud Liuium cal. martiis: qui uero postea creabātur in sequentem annū: ii designati dicebātur authore Flauio Vopisco: postremo adeo crescuit ambitio sub impatoribus: ut uno anno tradat Lampridius sub Commodo fuisse uiginti q̄nq; consu

Fronto

Catius

Repetundæ lex.

Iuuena. locus

Cōtentio. Cognoscere

Iulius ferox

Cōsules Designati

poſſent: cum ob innocentes condemnādos: interficiendos etiam pecunias accepisset. Respondit Fronto Catius: deprecatusq; est: ne quid ultra repetundarum legem quæreretur: omniaq; actionis suæ uela uir mouendarū lachrymarū peritissimus quodam uelut uento miserationis impleuit. Magna contētio: magni utrinq; clamores: aliis cognitionē Senatus lege cōclusam: aliis liberā solutāq; dicentibus: quātumq; admisisset reus: tantum uindicandū. Nouissime cos. des. Iulius Ferox uir

les deſignatos.cum igitur res aliqua relata fuerat ad ſenatum:conſules qui præſidebant primum deſignatos conſules ſuper ea ſententiam rogabant: ac deinceps cæteros ſenatores. Rectus. ad iuſtitiam refertur. Sanctus. ad uitæ integritatem. Iudices dandos. qui de repetundis iudicarent. Interim. dum euocantur conſcii: an interim ideſt ſtatim dandos iudices: ut Terentius in Ecyra. interim miris modis odiſſe cœpit Soſtratam. Euocandos. introducendos in ſenatum. Innocentium. reorum immeritorum. Pœnas. ſupplicia: Vendidiſſe. Marium ſubaudi. Prævaluit. ſuperior fuit: & potior. Sola frequens. ab omnibus comproba ta. Miſericordia. M. Tullius ex authoritate rhetoris apollonii lachryma inquit nihil citius areſcit: & Fabius libro ſexto: nec ſine cauſa dictum eſt: nihil facilius: q̃ lachrymas inareſcere: nam cum etiam ueros dolores mitiget tempus: citius euaneſcat neceſſe eſt illa: quam dicendo effinximus imago. Impetus: motus. affectus: Relicta. præſidio deſtituta. eſt alia lectio ſatis commoda reſtincta. Conſidunt. minuuntur. ceſſant. Permiſto. confuſo. Pateſcit. detegitur. Contemplatio rerum. conſideratio: & cognitio cauſarum. Cum ſepararis a turba. cum ſolus ſententiam dicis attẽ tis cæteris. Turba. ſtrepitu: & clamore multorum. Adeſſe iuſſi. poſtulati apd̃ patres. Vitellius. Honoratus. Fabium Honoratum in antiquis memoriis reperio. Spartianus in Seuero Honorati cuiuſdam mentionem fecit: & Plutarchus in uita Galbæ Antonini Honorati: ubi etiam Vitellium Martianum nominat diuus Hieronymus Honoratum præfectum prætorio Galliarum primum. Flauius Martianus. Martiano libro ſexto ſcribit Martialis: & Martianum Iuriſcõ ſultum fuiſſe lego: & Aelium Martianũ Vticæ proconſulem imperãte Antonino Pio refert Vlpianus: ut omittam Icelium libertum cognomẽto Martianũ: ac uirum eruditiſſimũ Martianum Capellam. ſatis conſtat ex teſtimonio Caliſtrati. ff. quarto Martianum ſub Traiano fuiſſe accuſatum. Trecentis milibus nummũ: uidelicet trecentis ſex tertiis. Arguebatur. conuincebatur. probabatur. Vltimá pœnam. necem. Plura. quæ ſtatim ſequuntur. Fuſtibus. nodoſis ſtipitibus: & uirgis. In metallũ. qui ad effodiẽda metalla damnati erant cũ die: noctuque in labore perſeuerarent continua defatigatione moriebantur: cũ nulla eis ab opere daretur requies: aut laboris intermiſſio: ſed uerberibus coacti raro diu uiuerent. robuſtiori quidam corpore & animi uigore plurimum temporis in illa uerſabantur calamitate: quibus tamen ob miſeriæ magnitudinem mors erat uita optabilior. hæc ſumpta ex Diodoro. inter eos autẽ qui in metallum: & qui in opus metalli damnantur differentia eſt tantum in uinculis ſecundum iuriſconſultum: q̃ qui in metallum dãnantur grauioribus uinculis præmuntur: qui in opus metalli leuioribus. præfecto plane urbis ſpecialiter competere ius in metallum damnandi: & exempla diui Seueri: & Antonini ad Fabium Cillonem exprimunt tradente Vlpiano: quo authore. ff. primo: qui uniuerſas prouincias regunt ius gladii habent: & in metallum dandi eis poteſtas permiſſa eſt. metalli. quidem ſupplicium tam ad perſonas liberas: q̃ ad ſeruiles pertinet conditiones. ſed ueterani: & eorum liberi nec in metallum damnabuntur: nec in opus publicum: uel ad beſtias: nec fuſtibus cedentur. eãdem fere Vlpianus titulo de decurionibus: & eorum filiis. pria Semiramis captiuos iſti ſupplicio deſtinauit: q̃ notauit Suidas in dictiõe Semiramis: id quod etiam uidetur intellexiſſe: in Superbus. Strangulatus. ſuffocatus laqueo. quæ omnia patrauerat contra legem Iuliam de repetundis: qua præcipitur: ne quis ob hominem in uincula publica coniiciendum: uinciendũ: uinciri ue iubendum: ex ue uinculis dimittendum: ne ue quis ob hominem condemnandũ: abſoluendum ue: ne ue ob liteẽ æſtimandam: iudicium ue capitis faciendum pecuniæ aliquid accipiat. Opportuna. in tẽpore: nã morte declinauit dedecus: & ſupplicia: quæ ſubiuiſſet: ſi uixiſſet: & dãnatus nemo uideri poſſit. anteq̃ de eo forte iudicium redditũ: & pronunciatũ eſſet neq̃ cuiuſq̃ mortui bona: anteq̃ de eo Romæ pnunciatũ ſit: publicata ſunt: eaq̃ bona hæredes poſſidere debent. unde

Interi

Lachryma exareſcit

Vitellius Honoratuſ

Martia.

In Metallũ damnari

rectus: & ſanctus Mario quidem iudices interim cenſuit dandos: euocandos autem: quibus dicere tur innocentium pœnas uendidiſſe: Q uæ ſententia non prævaluit modo: ſed omnino poſt tantas diſſenſiones fuit ſola frequens: adnotatumq̃ experimentis: quod fauor: & miſericordia acres: & uehementes primos impetus habent: paulatim conſilio: & ratione quaſi reſtincta conſidunt. Vnde euenit: ut quod multi clamore permixto tuentur: nemo tacentibus cæteris dicere uelit: pateſcit enim cum ſepararis a turba contemplatio rerum: quæ turba teguntur. Venerunt qui adeſſe erant iuſſi: Vitellius Honoratus: & Flauius Martianus: ex quibus Honoratus. ccc. milibus exilium equitis Romani: ſeptemq̃ amicorũ eius ultimã pœnã: Martianus unius eqtis. Ro. D. cc. milibus plura ſupplicia arguebatur emiſſe: erat enim fuſtibus cæſus: damnatus in metallum: ſtrãgulatus in carcere: Sed Honoratum cognitioni Sẽatus mors opportuna ſubtraxit. Martianus

Martianus titulo de bonis eorum:qui ante ſententiam mortem ſibi coſciuerint: inquit: qui rei criminis non poſtulati manus ſibi intulerunt bona eorum fiſco non uendicentur:non enim facti ſcelus obnoxiũ: ſed conſcientiæ metum in reo ueluti confeſſo teneri placuit.ergo:aut poſtulati eſſe debent: aut in ſcelere depræhenſi: ut ſi ſe interfecerint bona eorum confiſcentur. opportune igitur mortuus eſt Honoratus: antequam poſtularetur. nam bona eius ad hæredes pertinebant. Cognitioni ſenatus. ut patres diſcuterent: & examinarent eius crimina. Inductus. intromiſſus in ſenatum. Tutius Cerealis. Ce

Cerealis

reales multos circa illa tempora fuiſſe notaui:Minum Cerealem:& Iunium filium ſub Adriano. ad Vellium Cerealẽ alibi Secundus:ſicut Martialis ad iulium Cerealem libro undecimo qui bellum giganteum heroico ſcripſit. Turullii Cerealis:& Petilii Tacitus cum Ioſepho:& Dione meminere. Suidas inſuper Primum Cerealem citat. Conſularis. qui conſulatum geſſerat. Iure ſenatorio.ius ſenatori erat:ſi Gel.libro quarto credimus:ut ſententiam rogatus: ante quicquid uellet:& quoad uellet de alia re diceret. Inuidioſiorem.maiori inuidiæ obnoxium Priſcum. Cõmune crimen. Marii uendentis plura ſupplicia equitis romani: & Martiani mentis. Dilui.tolli.falſum argui. Vtroq;. Mario:& Martiano. In proximum ſenatũ. uſq; in eum diem:quo primum ſenatores in curiam cõuenirent.non enim omni quoq; die ſenatus habebatur:ut eſt uidere apud Mar. Tullium. Auguſtiſſimus.maieſtatis plenus.uenerandus. Pauſanias Auguſtus idem eſt: ꝙ uenerãdus.

Auguſtus

Dion Octauius Auguſti cognomen recepit tanquam maius aliquod ſupra mortales:omnia enim ueneranda:& ſacra auguſta romani appellant.ꝙ luculentius Tranquillus exequitur Octauium dicens ex Munacii Planci ſententia accepiſſe cognomen Auguſti:ꝙ loca religioſa in quibus augurato quid conſecraretur auguſta dicãtur ab actu: uel ab auium geſtu:geſtu ue:ſicut etiam Ennius docet ſcribens: Auguſto augurio poſtquam inclyta condita Roma eſt.ab illo igitur ſecundum Dionem omnes deinceps imperatores Auguſti cognomentum ſibi uendicarunt:quo ſignificatur omnium rerum poteſtas.quare Secundus non iniuria p̃ſente imperatore auguſtiſſimum conſpectum dixit. Princeps preſidebat. Traianus cæteros ſenatores præibat:& princeps ſenatus erat.quia conſul:nam conſulum alter uniuerſo ſenatui præerat:habebatq; poteſtatẽ rogãdarum ſententiarum.eum principem ſenatus a romanis. πρωτον a græcis appellatum quidam prodidere. ſciendum præſidis nomeu Martiano.ff.primo atteſtante generale eſſe eo quod:& ꝓconſules: & legati Cæſaris:& omnes prouincias regentes licet ſenatores ſunt:præſides appellantur. Ad hæc.præterea. Ianuarius.quo ſolebant conſulatum inire authore Ouidio in faſtis. Cũ cætera. aliorum uirorũ frequentia. Senatorum frequentia.qui in principio anni plures quã aliis temporibus ſolẽt intereſſe ſenatui:tum celebritate conſulum ineuntium magiſtratum:tum rebus ruſticis exoluti. Cauſæ amplitudo.reſpectu accuſatorum:& reorum:ac criminum. Expectatio.deſiderium. Fama diuulgatio cauſæ. Inſitum.natiuum ac proprium. Inuſitata.tunc temporis inſolita raro inquit alibi Secundus inci debat cauſa:uel perſonarum claritate:uel negocii magnitudine inſignis. Exciuerat.ſuſcitauerat.cõuocauerat. Omnes:ſenatores:reſpiciunt enim hæc frequentiam patrum. Imaginare:reputa. Sollicitudo Mar.Tullius de oratore teſtatur eum optime dicere:qui maxime dicendi difficultatem uarioſque euentus orationis:expectationemque hominum pertimeſcat. Nobis.aduocatis. nam cauſa una a pluribus defendebatur:ꝙ introductum temporibus.Ciceronis uidetur:qui libro de claris oratoribus hãc conſuetudinem multis repræhendit.raro tamen ſupra quattuor utebantur patronis: poſt bella ciuilia ante legem Iuliam uſque ad duodenos eſt prouentum: deir de quot ſenatui placuiſſent. Super. de. Cœtu.ſenatorum conuentu.priſcis temporibus tercentum ſenatores fuiſſe legimus Mar. Tullius quadringentos: & decem cõnumerat in ea oratione:quã in ſenatu pro redditu ſuo dixit. Tranquillus imperante Auguſto ſupra mille p gratiã:& præmium allectos ſcribit:quos tamen idẽ princeps ad modũ priſtinũ:& ſplendorẽ redegit duabns lectiõibus. Cæſare. Traiano. Non ſemel.moltoties.Nuſquã.apud

Præſes

Patroni quot.

Séatores quot.

Inductus é abſente Príſco. Itaq; Tutius Cerealis conſularis iure Senatorio poſtulauit: ut Príſcus certior fieret: ſiue quia inuidioſiorem fore arbitrabatur: ſi preſens fuiſſet: ſiue: quod maxime credo: quia æquiſſimum erat commune crimen ab utroque defendi & ſi dilui non potuiſſet: in utroque puniri. Dilata res eſt in proximum Senatum: cuius ipſe conſpectus auguſtiſſimus fuit: princeps preſidebat: erat enim cos. ad hoc Ianuarius menſis: cum cætera: tum precipue ſenatorum frequentia celeberrimus. Præterea cauſæ amplitudo: auctaque dilatione expectatio: & fama: inſitumque mortalibus ſtudium magna: & inuſitata noſcendi omnes undique exciuerat. Imaginare quæ ſollicitudo nobis: qui metus: quibus ſuper tanta re in illo cœtu præſente Cæſare dicendum erat. Equidem in Senatu non ſemel ægi: quinimmo nuſquam

nullos iudices. Præmouebant.antequam inciperem perturbabant. Obſeruabatur. conſiderabatur legitur etiam obuerſebatur ſcilicet occurſabat mihi. Cauſæ difficultas.non circa chrimina quæſatis arguebantur.ſed propter Priſci dignitatem. Illa.frequentiam ſenatorum:& præſentiam Cæſaris:& reliqua. Stabat.occurrebat Priſcus in animo quod fuiſſet conſul:& ſeptemuir epulonuz:& rurſum mihi uidebatur omni honore priuatus.hoc ſolet euenire in metu:ſic ad Fundanium de ſe ipſo. me conſularem inquit eſſe non ſentio:rurſus mihi uideor. Epulones quos antiqui epulonos authore Feſto dixerunt.Iouis optimi maxi.paraſiti erant datum his nomen: quod epulas índicendi Ioui:cæteriſque diis poteſtatem haberent.unde Martialis capitolinas: & pontificum dapes epulonũ uocat: quas puto Tranquillum notaſſe in Auguſto ubi refert ſex deos.& totidem deas in capitolio diſcubuiſſe:& Varronem de agricultura collegiorum cœnas: quæ tunc innumerabiles excandefaciebant annonam macelli.in hos diuus Auguſtinus libro ſexto de ciuitate dei tanquam in paraſitos Iouis:& mimos Varrone dicante inuehitur:& tertio eiuſdem uoluminis helluones:atque ſacrificiorum adipibus inhiantes: & fallacium diuinationũ calliginem appellando.M.Tullius de reſponſis haruſpicum teſtatur ſiquid in ludis eſſet prætermiſſum:aut commiſſuz. epulones ſolitos ad pontifices referre: quorum de ſententia illi iidem renouati:& inſtaurati celebrabantur: & tertio de oratore pontifices inquit ueteres propter ſacrificiorum multitudinem tres uiros epulones eſſe uoluiſſe:cum eſſent ipſi a Numa:ut etiam illud ludorum epulare ſacrificium facerent:inſtituti.poſtea auctus eſt numerus:& ſeptem creari cœpti:hinc Lucanus.ſemptemuirq; epulis feſtus:& Iuuena.quis fercula ſeptem Secreto cœnauit auus:erant autem epulones ſũmæ authoritatis:flaminibus:auguribus:quindecimuiris pares: & cuius pater ſecundũ Gellium ſeptemuir epulonum fuiſſet:eam excuſationem merebatur:ne in conſortiũ Veſtæ legeretur.plura lege apud Macrob.& recentiores. Iam neutrũ.iam priuatus utroq; magiſtratu. Damnatũ.repetundarũ:an quod omiſſa defenſione ſuo ſe iudicio obnoxiũ criminibus reddiderat. Atrocitas. ímanitas.non enim ſolũ lege repetundarũ:ſed etiam Cornelia de ſiccariis tenebatur: qua cauetur contra eos:qui cum in magiſtratu eſſent eorum quid fecerint aduerſum hominis necem:q; legibus permiſſum non ſit.legis Corneliæ de ſiccariis:& ueneficis pœna eſt in inſulã deportatio. & oiuz bonorum ademptio:niſi honeſtiore loco poſiti fuerint ut pœnam ſuſtineant:ſicut mox interdictũ Mario urbe.Italiaq;. Peractæ damnationis.ſignate locutus addendo quaſi:nam & ſi iudices petierat: nondum tãmen pronunciauerant de eo. Vtcũq;.aliquantulum:difficulter inter tot perturbationes. Collegi animũ.uires cœpi ad agendum. Aſſenſu.fauore. Sollicitudine:quæ neſcio quomodo magis oratorem decet. Viginti clepſydris ſunt additæ quattuor clepſydra poterat diſtingui:per quodcunq; temporis ſpacium libuiſſet:unde legimus apud Philoſtratum in Adriano declamatore fuiſſe clepſydram diſpoſitam ad menſuram centum uerſuum.hic ſane quinq; clepſydræ ſpacium unius horæ cõplectebant: unde inquit dixi horis pene quinq; cũ p̃miſiſſet uigintiquattuor clepſydras impetraſſe.ſi enim quinq;: & uiginti accepiſſet:quinq; ſolidas horas ægiſſet. Acceperam.impetraueram:cum ex lege accuſatori ſex horæ:reo uero nouem eſſent conceſſæ.ſenatus autem permitteret dicenti quot ſibi placeret. Illa ipſa. iam prædicti obices. Secunda.ut accuſationem meam iuuerint. Sollicitudinem.quod maius eſt:q̃ ſtudium:& cura:fuit enim.Traiano cariſſimus Secundus. Voci.curanda in oratore uox eſt:neq; ultra uires urgenda:nam:& ſuffocata ſæpe:& maiore niſu minus clara eſt:& fatigatio:ut corpora non ad præſens modo:ſed etiam futurum uocem deſtruit:quare non immerito reprehenditur apud Senecam Portius Latro:q; nihil uocis cauſa faceret:non illa paulatim ab imo uſq; ad ſummum perduceret: non rurſus a ſumma contentione paribus interuallis deſcenderet: ſed libro ſecundo epiſtolarum hunc locum latius tractauit. Lateri.uiribus.nam libro tertio ne latera deficerent dicit:& Iuuenalis:nec quæritur quod.Et lateri parcas:nec quantum iuſſit anheles. Apuleius:& meis iam defectis lateribus conſulas. Martialis Rumpis Baſſe latus: ſed in comatis. conſulere ergo lateri eſt prouidere ne uiribus deficiamus dũ nimiũ intendimus uocé.nã qui uolunt:exclamare in maius ſecũdum Ciceronẽ latera: fauces.

audíri benígnius ſoleo.tunc me tamẽ:ut noua omnía nouo metu præmouebant.Obſeruabatur prę ter íllą:quæ ſupra díxí: cauſę difficultas. Stabat modo conſularis:modo.yii.uir epulonum:iã neutrum. Erat ergo per quam honeroſum accuſare damnatum:quem ut præmebat atrocitas crimínis:ita quaſi peractæ damnationis miſeratio tuebatur:utcunque tamen animum: cogitationẽque collegí:cœpí dícere non minore audientium aſſenſu: quam ſollícitudíne mea. Dixi horis pene quínque.nam.xx.clepſydris: quas ſpacioſiſſimas acceperam:ſunt additę quattuor:adeo illa ipſa:q̃ dura:& aduerſa dícturo uídebantur:ſecunda dícẽ tí fuerunt:Cæſar quídem tantum mihí ſtudíum: tantam curam etiam(nímium enim eſt dícere ſollícitudínem)præſtitit:ut líbertũ meũ poſt me ſtã tẽ ſæpíus admõeret:uocí lætęriq; cõſuleré: cũ me

Epulones

Clepſydra

linguam intendunt. equibus elici uocem: & fundi uidemus toto corpore: atque omnibus ungulis contentionis uocis asseruiunt. Seneca præcipit latus balineo reparandum. Intendi. uocem augere. siue incendi: ideſt eferuescere. Gracilitas. tenuitas. fuit enim Secundus corpore non admodum robusto. Claudius Marcellinus. cuius alibi fit mentio: & Martia. duobus epigrammatis Marcellinum a mortalitate uendicauit. Missus. dimissus dissolutus senatus dissoluebatur his uerbis: nihil uos moramur patres cõscripti. hæc sumpta ex Capitolino. Actio. Saluii. Scinderetur. impediretur. non perficeretur. Interuentu noctis. superueniente nocte: cum neq; post occasum solis: neque ante ortum liceret senatũ habere Gellio tradente. uerumtamen non usquequaque lex ista seruabatur. Saluius Liberalis. qui sub Domitiano accusatus est: eumque Secũdus asserit fuisse uehementem: & disertum oratorem: nam si Tranquillum audimus in defensione diuitis ausus est dicere: qd ad Cæsarem si Hipparchus sextertiũ millies habet. quod dictum q̃uis audacius Vespasianus laudauit. Saluio legato Aquitaniæ rescripsisse Adrianum refert Callistratus titulo de accusationibus. Seneca Liberali patriam Lugdunum assignat. item Liberalis sub Tito Centurionis Iosephus meminit. Subtilis. in inuentiõe.

Marcellinus.

Saluius Liberalis

Dispositio

Dispositus in coaptando singula locis suis. est enim dispositio rerum inuentarũ per locos distributio: siue Fabio scribẽte est utilis rerum: ac partium in locos distributio: quæ quãq̃ sit cõmunis toti orationi: præcipue tamen narrationi attribuitur: sicut subtilitas principio. Acer. uehemens: q̃ proprium est confutationi: & confirmationi: disertus uero omnibus actionis partibus. Artes suas. uehementiam imprimis: quãuis: & reliquæ in eo uirtutes essent laudabiles: qui autem repetundarum insimulabitur crimine: ante actam uitam: & quibus de causis per prouinciam uniuersam: uel accusatorem: uel testem offenderit: non inutiliter præcipiente Fabio exponet. Respondit. Saluio. Eloquentissime. optime. σεμνως. grauiter: & uenuste: nam proprium oratoris est dicere grauiter: & ornate: & hominum sensibus: ac mentibus accommodate. Cicero primo de oratore testatur. Eximium. præcipuum: & profecto historiæ grauissimus author: utpote: qui nisi ad exemplum pertinentia: & magna non referat uerbis: & sententiis paribus. Insigniter. egregie. Locus ille poscebat. ultimum causæ genus est deprecatio: cum nulla alia ratione tueri reum possumus. ea in senatu: & apud populum: principemq̃: & ubicunq̃: si iuris clemẽtia est: locum habet: in qua plurimum ualent ex ipso qui reus est hæc tria in uita præcedere: si innocens: si benemeritus: si spes in futurum innocentis uicturi: & in aliquo usu futuri. præterea si: uel aliis incõmodis: uel p̃senti piculo: uel pœnitẽtia uideat satis pœnæ dedisse. extra. nobilitas dignitas: oppingtas: amici. In p̃cibus. indeprecatione. Vt abrumperet. perinde ac si diceret cum die finem actioni imposuit. Vespera. serum diei. Probationes exierunt. sunt exibitæ tabulæ. & testes: quas inartificiales probatiões rhetores appellant: de quibus lege plura apud Fabium Quintilianu3. præterea. ff. xxii. titulus est de pbationibus: & præsumptionibus. Antiquũ. simile antiqs patribus. Nocte dimitti. interuentu noctis dissolui hoc indicium Marii factũ Traiano iperante testat Secundus in oratione panagyrica non solum rẽ eandem referens: sed ẽt uerborũ multa: ubi Traiani patientiã in agendis causis cõmẽdat. scribit. n. Iam q̃ antiquum q̃ cõsulare: quod triduũ totũ senatus sub exemplo tui sedit: cũ interea nihil præter consulem ageres. interrogauit quisq; qd placuit: dissentire: discedere: & copiã iudicii sui reipu. facere licuit: consulti oés: atq; ẽt dinumerati sumus: uicitq; sentẽtia non prima: sed melior. dicemus igitur Iuuenalem qui prĩa satyra carpit hoc senatus cõsultũ: q; satis cõstat fastũ sub Traiano: suũ opus cõposuisse: & emisisse sub eodem: proinde tanq̃ pœnitentia ductus: q; statim in principio uiuos notasset: pmittit se dictuq; de mortuis hinc in Domitianum iam occisum aperte inuehitur. imo iã mortuum testatur: non. n. eo uiuente ausus fuisset talia dictare: gnarus quidem multis expimentis solitũ minima quæq; in se dicta atrociter punire: Traiani uero ipiũ rarã tẽporũ felicitatẽ: ubi sentire quæ quis uoluisset: & quæ sensisset: dicere licebat: ac oia studioq; genera iã liberius: quæ prope sub Domitiano fuerant extincta: refouerent: inde Iuuenalis. Traianũ sup hoc laudans (fuit. n. pœtaq; fautor) inqt. Et spes: & rõ studioq; in Cæsare tm̃. Solus. n. tristem hac tẽpestate camœnas Respexit: & multis argumẽtis cõprobatur Secundũ scripsisse suas epistolas post necem Domitiani: adde q; Martialis: dum post obitum illius secessit in Hispaniam: scripsit carmen ad Iuuenalem in urbem occupatum circa salutationes potẽtiorũ. pari scribendi libertate Tacitus: & Tran-

Iuuena. qñ scripsit

uehementius putaret incendi: q̃ gracilitas mea perpeti posset: respõdit mihi pro Martiano Claudius Marcellinus: missus deinde Senatus: & reuocatus in posterum: neq; enim iam inchoari poterat actio: nisi ut noctis interuentu scinderet. Postreo die dixit pro Mario Saluius liberalis uir subtilis: dispositus: acer: disertus. In illa uero causa oẽs artes suas ꝓtulit. Respondit Cornelius Tacitus eloquentissime: & quod eximium orationi suę ineſt σεμνως. Dixit pro Mario rursus Fronto Catius insigniter utq; iã locus ille poscebat: plus in præcibus temporis: q̃ in defensione cõsumpsit: huius actionẽ uespera inclusit: non tamẽ sic ut abrũperet. Itaq; ĩ tertiũ diẽ ꝓbatiões exierũt. iã hoc ipsum pulchrũ: & antiquũ. Senatũ nocte dimitti

quillus in hiſtoriis ſuis ſub eodem uſi ſunt.quod autem Suidas(nam quæ de Iuuenale ex Probi authoritate referuntur:tanquam non legitima illius probatiſſimi grammatici Probi reiicimus)ſcribit Iuuenalem poetam romanum fuiſſe temporibus Domitiani:& paridem hiſtrionem praſinæ factionis ab imperatore dilectum conuiciis a ſenatu:& Iuuenale notatum:hinc principem relegaſſe poetam Pentapolin libyæ ciuitatem:hiſtrionem uero ditatum miſiſſe in Antiochiam:qui domum:& balineum extra oppidum ædificans ibidem interiit:non ideo refert ſub eo ſcripſiſſe ſatyram:nam potuit ſola uoce:uel epigrãmate Paridem inceſſere:neq; quis prohibet poſt obitum Domitiani clæmentia Neruæ in urbem rediiſſe:hinc iniuriarũ memor ſatyram exorſus immaniſſimus principem cum ſuo hiſtrione carminibus merito proſcidit.nolo dicere praſinam factionem in hiſtrionibus inſolitã: ſed in aurigis circenſibus frequẽtem:nec Paridis ſepulchrum in Antiochia:ſed uia Flaminia authore Martiale fuiſſe: hoc tantum addidero:Suidam græcum non

triduo uocari:triduo contineri. Cornutus Tertullus cos.des.uir egregi: & pro ueritate firmiſſimus cẽſuit.D.cc.milia:q̃ acceperat Marius ærario iferẽda:Mario urbe:Italiaq; interdicẽdum: Martiano hoc amplius Africa:in fine ſentẽtiæ adiecit:quod ego & Tacitus iniũcta aduocatione diligenter:& Secundo romano conferendum:qui rem ſui temporis:& agente ſe tractat:immo repetit. Triduo.per tres dies Cornutus Tertullus.in præfectura ærarii:& conſulatu Secundo collega uir ſanctus:& in omni laude ſimilis antiquis:Aemyliæ uiæ curator fuit:ſummo neceſſitudinis uinculo pariter coniuncti.Tertulli:& Maximi conſulatus meminit Vlpianus ad legem Iuliam de adulteriis:ſequens tamen epiſtola demonſtrat Tertullum fuiſſe deſignatum conſulem cum Nerua:& Tertullianum ſenatus conſultum:qd̃ factum eſt temporibus diui Adriani:Iuſtinianus aſſerit traxiſſe appellationem a Tertullo.diuus Auguſtinus irridendo author eſt Tertullum uirum grauem:& Philoſophum ædilem futurum clamaſſe in auribus ciuitatis inter cætera ſui magiſtratus offcia ſibi Floram matrem ludorum celebritate placandã; nam quæ Iulius Capitolinus de Tertullo ſcribit:non de Cornuto:ſed eius filio:uel alio dicta autumo.iniquit enim crimini datum eſt Antonino philoſopho:quod adulteros uxoris ſuæ Tertullum:Vtilium:Orfitium:Moderatum promoueret ad uarios honores:Tertullum etiam cum uxore prandentẽ; deprehẽderit:de quo minus in ſcæna præſente Antonino dixit:cum ſtupidus nomen uxores a ſeruo quæreret: & ille diceret Tertullus:& adhuc ſtupidus quæreret;reſpondit:iam tibi dixi:Tertullus dicitur. Conſul deſignatus:cum Iulio Feroce. Vir egregius:de quo alibi Secundus:Comuto qd melius?quid ſanctius? quid in omni genere laudis ad exemplar antiquitatis expreſſius? Septingenta millia.nummum. Acceperat:a Martiano:nam trecenta non potuerant ſatis probari Honorato morte intercepto. Aerario.iferenda.in pecuniam publicam reponenda:non enim erant reſtituenda Martiano obnoxio maioribus ſuppliciis:quod ea ſumma necem equitis roma.emiſſet.ærariũ; erat quo publica pecunia per præfectos referebatur:ſicut fiſcus quo principis tantum.ſecundus in panagyrico.at fortaſſe fiſcum non eadem ſeueritate:qua ærarium cohibes?immo tanto maiore:quanto plus tibi licere de tuo:q̃ de publico credis: & Spartianus.uetuit Adrianus damnatorum bona in fiſcum priuatum redigi: omni ſumma in ærario publico recepta.dictum ærarium ab ære.nam ante argentum: ac pene etiam aurum in precio fuit æs. erat autem Saturni ædes:quod tempore:quo Italiam incolunt fertur in eius finibus nullum eſſe furtum cõmiſſum:& q; ſub illo nihil erat cuiuſque priuatum:ideo apud eum locaretur populi pecunia communis:ſub quo fuiſſent cuncta uniuerſa communia:an q; fructum inuentor:& agricolationis author fuiſſe credatur?fructuum uero copia:ac uenditio pecuniam gignat?hæc ſumpta a Plinio ſeniore: Macrobio:Plutarcho. Interdicendum Mario.inhibendum:& ſubmouendum Marium.uſitatius dicitur interdico Mario urbe Italiaq; q̃ urbem:Italiãq; ſicut interdico tibi aqua:& igni.q̃ te aqua & igni. interdum tamen aceuſatiuo iungimus diuerſis modis. nam idem libro quinto interdicendum ei aduocationẽ dixit:& Tranquillus Neronem interdixiſſe uſum amethyſtini: tyrii que coloris: & Ouidius Iunonem interdixiſſe orbem: apud Senecam ter idem dicendi genus annotauimus poſſeſſionem interdico tibi:& illi domum meam interdicam: & non interdicit ſibi: ac ſuis admirationem.at Iulius Cæſar Arioniſtum inquit omni gallia romanos interdixiſſe.edico: & interdico differunt: q; edicimus quæ iubemus: interdicimus: quæ uetamus fieri: itaque prætoris edicta: & interdicta dicuntur. Hoc amplius præter urbem: & Italiam. Africa.patria. nam conſtitutum eſt: eum cui patria interdictum eſt etiam a urbe abſtinere debere: contra autem ſi cui urbe fuerit interdictum: patria ſua inrerdictum non uidetur: & ita multis conſtitutionibus cauetur authore Vlpiano de interdictis. Fortiter. conſtanter. pari induſtria:fide. conſtantia laudatus eſt Secundus pleniſſimo teſtimonio dum pro Bethicis ægit aduerſus Claſſicum. Iniuncta aduocatione. accuſatione demandata a ſenatu. nam aduocatus commune uerbum eſt tam accuſatoris q̃ defenſoris:qui ſi inutilis foro extitiſſet uulgo cauſidicus dicebatur.hoc Fabius:at Pedianus qui defendit alterum in iudicio: aut patronus dicitur: ſi oratoreſt: aut aduocatus: ſi aut ius ſuggerit amico:ut præſentiã ſuã:aut procurator:ſi abſentis negocium ſuſcipit: aut cognitor:ſi præſentis cauſam pouit:& ſic tuetur ut ſuam.apud quẽ deſideratur dictio abſentis:reſti-

Cornutus Tertullus

Aerarium Fiſcus

Interdico

Edico

Aduoca. Cauſidic⁹ Patronus Procura tor Cognitor

tuenda ex teſtimonio Feſti. Arbitrari cenſere. Dignum.conueniens. Mandatis partibus.officio impoſito nobis nam tutabantur partes Aſrorum iuſſu ſenatus. Deſignati.electi creati.dectinati. Cõ ſulares.qui conſulatum geſſerant:nam hii præcedebant cæteros ſenatores ordine. Pompeium Col- legam.apud Ioſephum libro ſeptimo falſo legitur Colligas pro Collega.uix inquit motus eorum potu- it reprimere Collega adhuc iuuenis legatus poſtulans ſibi præmitti ad Cæſarem geſta:nam paulopoſt præter Secundum idem ſcribit:habita diligenti ratione Collegam reperiſſe ueritatem. In quinquen- nium.per quinq; annos tantum relegan dum. Repetundarum pœnæ.ut qua druplum ablati perſolueret. nec exula- ret. Paſſus eſſet.nam ſe ſuo iudicio con dénauerat:dum iudices peteret. Vtra- que.Tertulli:& Collegæ ſentétia. Hac. Collega. Solutiore.mitiore. Qui- dam ſenatorum. Aſſenſi annuiſſe.con- ſenſiſſe.nam aſſentior. & aſſentio dici- mus. Hunc.Collegam. Sequeban tur.mutata priore ſententia. Diſceſſio fiebat referente Gellio ſenatuſconſultũ duobus modis: aut per diſceſſionem: ſi conſentiretur:aut ſi res dubia eſſet p ſin- gulorum ſententias exquiſitas. ad illam conſuetudinem alludens Apuleius dixit nõ pedibus:ſed totis animis latrones in eius uadunt ſententiam. at Cicero rem ipſam notauit. proſpiciebatur inquit in Hortenſi ſentétiam multis partibus plu res ituros.ſed Flauius Vopiſcus manu- um eleuationem ſuperioribus modis ad didit:poſt hæc interrogati plærique ſe- natores ſententias dixerunt:deinde aliis manum porrigentibus: aliis pedibus in ſententiam euntibus: plæriſque uerbo conſentientibus conditum eſt ſenatuſ- conſultum ſuffragia per elationem ma- nuum pluribus Suidas exequitur. Sel- lis cõſulũ.iuxta cõſules.q̃ i ſellis ſedebant currulib9:aut tribũalib9:hi maiora iudicia ſm Aſconiũ exercebát:ut cõſules:& p̃tores:ſicut:q in ſubſel- liis: minora:ut tribuni:triumuiri q̃ſtores.erant át ſellæ quattuor pedum. Vopiſcus in Firmo dicitur ha- buiſſe duos dentes elephanti pedum denum:e quibus Aurelianus ipſe ſellam conſtituerat facere:additis aliis duobus. ſellarum inuentores fuerunt Ethruſci: erant præterea ſellæ familiares: quibus ad uſum domeſticum utebantur ut Varro in agricultura ſcribit. Annumerari Collegæ.aſſenſi fuerant Pom peio Collegæ. In diuerſum.in ſententiam Cornuti. Impulſoribus. ſubornatoribus. perſuaſoribus.

Põpeius Collega.

Snia quot modis

Sellæ

Dictare. Dicere

Dictata.

fortiter functi eſſemus:Arbitrari Senatũ ita nos feciſſe:ut dignum mandatis partibus fuerit:aſſen ſerunt cgnſules [redacted]: omnes etiam conſula- res uſq; ad Pompeium Collegam ille: &.D.cc.mi lia ærario inferenda:& Martianum in quinquen- nium relegandum: Marium repetundarum pœ- næ:quam iam paſſus eſſet: cenſuit relinquẽdum. Erant in utraq; ſententia multi:fortaſſe etiam plu res in hac:uel ſolutiore:uel molliore: Nam quí- dam ex illis quoque: quí Cornuto uidebantur adſenſi:hunc: quí poſt ipſos cenſuerat: ſequeban tur:ſed cum fieret diſceſſio: quí ſellis coſſ. aſtite- rant in Cornuti ſententiam ire cœperunt. Tum illi: quí ſe Collegæ adnumerari patiebantur: in diuerſum tranſierunt:Collega cum paucis reli- ctus: multum poſtea de impulſoribus ſuis: præ- cipue de Regulo quęſtus eſt: quí ſe in ſententia: quam ipſe dictauerat: deſeruiſſet. Et alioquin Regulo tam mobile ingenium: ut plurimum au- deat:plurimum timeat:hic finis cognitionis am- pliſſimæ,ſupereſt tamen λειτουργιον non leue.

Dictare. dicere. mutare. Dictata. Dictauerat.compoſuerat.ſuggeſſerat.nam dictare quantum ex libro quinto epiſtolarum Senecæ col ligere Poſſumus hoc differt a dicere:quod illud eſt tardè:& diuulſe enuuciare:quæ alius excipiat:& hoc eſt continue:& uno tenore orare.quãq̃ etiam dictare pro continenter dicere uſurpetur:ſicut Treuellius Pollio: non ſcribo ſed dicto: & dicto cum ea feſtinatione: ut reſpirandi non habeam facultatem.quod Fabius ſic repræhendit: quid de illis dictandi delitiis ſentiam? eius manum cui dictamus urget: atq; in- terim pudet etiam dubitare: aut reſiſtere. aut mutare quaſi conſcium infirmitatis noſtræ timentes.di ctare etiam pro ſuggerere uſus eſt Columella libro quinto. modus inquit materiarum is erit quem dictabit humi:atque ipſius ſtirpis lætitia: & dictata ſunt: quæ ludi magiſter de aliquo authore pueris tradit interpretamenta: ut perdiſcantur: eademque ipſis poſt paulum ita reddantur: ut tradita ſunt. omiſſis igitur Varrone: Perſio: & Oratio: ſolo Ciceronis teſtimonio contenti erimus: qui ad Qu. Fratrem inquit de Caluenti Marii oratione quod ſcribit: miror tibi placere eidem reſcribere:præ- ſertim cum illam nemo lecturus ſit:ſi ego nihil reſcripſero: meam in illum pueri omnes tanq̃ dictata perdiſcant. Tranquillus etiam pro regulis: & præceptis uſurpat: Iulium Cæſa.aſſerens enixum:ut ty- ronum ſingulorum diſciplinam romani eqtes:& ſenatores armorum periti ſuſciperent:& dictata exer- centibus darent:ideſt præcepta uitandi:& inferendi uulnera. Alioquin.inſuper. Plurimuq; audeat.cũ audebat omnium audaciſſimus.cũ timebat omniũ timidiſſimus erat.idẽ in primo.ut eſt cũ timet abie- ctiſſimus:& [redacted].ſexto.timebat:palebat. Ampliſſimæ.maximi momenti. λειτουργιον.officium perti nens ad remp.inde recentiores λειτουργιαν ſacrificium publicum:quã miſſam uulgo Chriſtiani appel

de grammatica in quo eſſet loquendi ambiguitas. Diomedes: & Priſcianus in hoc opere Plinium interdum citant. ipſe præterea in præfatione naturalis hiſtoriæ ſuum recognoſcit. nam de grammaticis inquit ſemper expectaui parturiri aduerſus libellos quos de grammatica edidi: quorum fragmenta noſtro ſæculo Ioannes Tortellius aſſerit ad manus ſuas peruenisſe. Nouiſſimis annis. imperii. tunc iã magis: atq; magis ſæuiente Nerone. Seruitus. tyrannis. Paulo liberius. quale ſatyricum: hiſtoricum: comicum: tragicum. A fine Aufidii Baſſi. nõa morte Aufidii Baſſi: ſed a fine hiſtoriarum eius: nam: & ipſe hiſtorias cõpoſuit: egregie utiq; in libris belli germanici preſtitit. extant adhuc quædam illius uerba de morte Ciceronis. uir fuit optimus: ſed infirmi: & exhauſti corporis: in quem ſenectus maximo pondere incubuit: uerum eam alacri animo quoad defecit ſuſtinuit: illum Seneca uidiſſe teſtatur: & conſtantiam eius epiſtola commẽdat. uidetur illa hiſtoria Plinius Veſpaſiani tẽpora complexus: nos quidem inquit in præfatiõe naturalis hiſtoriæ omnes patrem te: fratrẽ q; diximus opere iuſto temporum noſtrorũ hiſtoriam orſi a fine Aufidii Baſſi. ubi ſit ea quæres: iampridem per acta ſancitur: & alioquin ſtatutum erat hæredi mandare: ne quid ambitioni dediſſe uita iudicaretur. xxxi. liber hiſtoriarum romanarum: quas Tacitus: & Tranquillus interdum citant. Naturæ hiſtoriarum. de naturali hiſtoria: quo uno opere græcos eruditione uincimus: ibi enim omnem naturæ uim: & potentiam explicat: quo ſi latinitas careret non a fonte peremni: ſed a riuulis ſæpe deficientibus rerum cognitionem hauriret. quanta in eo eruditio: & uarietas: quanta rerum copia. quæ ſegetis fertilitas: & apotheca: ut mihi innumerabiles: & græcorum: & noſtrorum thesauros in unum compoſuiſſe uideatur: & eſſe maris inſtar: in quod omnia decurrant flumina: & unde emergant. Diffuſum. amplum: ſpacioſum. Eruditum. refertum rerum cognitione. Varium, diuerſitate rerum. Scrupuloſa. difficilia: ardua. Occupatus: officiis diſtentus. Homo. non deus. idem in præfatione. homines. n. ſumus: & occupati officiis. Cauſas actitaſſe. ſæpius dicendo patrocinium ſuũ præſtitiſſe clientibus. Medium tempus. dimidium uitæ. interdiu. Diſtentum. implicitum. Qua. partim. libro ſexto. qua fœminæ: qua uiri: & ad Traianum qua priuatim: qua publice: in panagyrico qua ciuium: qua ſociorum uoluntatibus: ideo plura exempla huc adduximus: q; in multis exemplaribus legebatur quam: & ne uno Secundo contenti ſimus Apuleium audiamus libro nono dicentem: qua pugnis: qua cubitis: qua morſibus conuerberat: & Pacatum in laudibus Theodoſii: iam te ipſum qua publice: qua priuatim uideret priſcorum luxuria ducum uiuentem: deniq; Mamertinum pro conſulatu: qua ſacra: qua prophana rapiebant. Amicicia principum. Veſpaſiani præſertim: & Titi: q; ipſe confitetur. ſubciſiuis inquit temporibus iſta curamus. i. nocturnis ne quid ueſtris putes ceſſatum horis: dies uobis impendimus. Acre acutum: uehemens. Lucubrare. ſtudere. nam lucubratio eſt ſtudium nocturnum non ſolum circa litteras: ſed etiam alias res. Fabius ideoq; lucubrantis ſilentium noctis: & clauſum cubiculum: & lumen unum uelut tectos maxime teneat: & libro. xi. oratori uigilandæ noctes: & fuligo lucubrationum bibenda. Apuleius uerum perpeti etiam nocte prorſus inſtabili machinarum uertigine lucubrabant peruigilem farinam: Columella item ad lucubrationem ueſpertinam palos decem: uel ridicas quinq; conficere poteſt: totidemq; per antelucanam lucubrationem: & ſalix deciſſa pridie ad lucubrationem expurgari poteſt. Tranquilius lucubratoriam lecticulam appellat: in qua lucubrare ſolebat Auguſtus. A Vulcanalibus. feſtis Vulcano dicatis. ridicula illorum interpretatio: qui uulcanalia accipiunt tempora nocturna: quibus ſurgunt fabri ad opus antelucanum. de menſe auguſti fuiſſe Vulcanaliorum diem authoritate Plinii: & Columellæ comprobatur: ille enim libro. xvii. fici cum Vulcanalibus tonuerit cadent. at hic. xii. libro inquit decimo calendas ſeptembres ſol i uirginẽ trãſitũ facit: hoc: & ſequenti die tempeſtatem ſignificat: interdum: & tonat: & paulopoſt. cæteꝝ auguſto circa uulcanalia tertia ſatio eſt: eaq; optima radicis: & rapæ: itẽ napi: idẽ mox atrum olus iubet ſerere a uulcanalibus uſq; in calendas ſeptembres: & raphanum auguſto menſe circa uulcanalia cum maturius: d quibus in cultu ortorum ſic mentionem fecit. Quin & Tardipedi ſacris iam rite peractis Nube noua ſerit: cœli pendentib9 undis Congilis. ex præcedentibus igit colligo Vulcanalia fieri ad decimũ cal. ſeptẽbris: cui ſententiæ accedit fragmentũ uetuſtiſſimi calendarii Romæ repertũ: ſic enĩ inciſum fuit in mẽſe Auguſto, C.X. VOLCAN. NP. VOLCANO. IN. CIRCO FLAM. nam. P. Victor ædem Vulcani i Circo Flaminio nona urbis regione locat. poſtridie Vulcanalia mondũ patere tradit Feſtus. nec me fugit inſup Vulcani luſtria fieri ſolita circa. xi. cal. Iunias Ouidio in Faſtis referente: quẽ ſi totũ haberemus: non pfecto elaborauiſſemus in Vulcanaliorum die inquirendo. ſolitos aũt fuiſſe ueteres in fine aucũni: q; etiã nunc in publicis gymnaſiis obſeruat: lucubrationẽ antelucanam incipere teſtatur Iuuenalis. at nũc poſt finẽ

xxx: unus. Naturæ hiſtoriarũ. xxxvii. opus diffuſum: eruditũ: nec minus uariũ: quã ipa natura. miraris q; tot uolumina: multaq; in his tã ſcrupuloſa hõ occupatus abſoluerit? magis miraberis ſi ſcieris illũ cauſas actitaſſe aliquãdiu: deceſſiſſe anno vi. &. L. medium tps diſtentũ: impeditũq; qua officiis maximis: qua amicicia principum ægiſſe. ſed erat acre ingenium: incredibile ſtudium: ſumma uigilãtia: Lucubrare a Vulcanalibus incipiebat

Aufidius Baſſus

Pli. locus.

Lucubratio.

Vulcanalia.

Qua.

autumni media de nocte supinum Clamosus iuuenem pater excitat: accipe cæras: Scribe puer. uigila: unde nimiꝫ laudaꝫ a Secundo auunculus: qꝫ soleret inchoare lucubrationem autumni initio. Non auspicandi. nō auspicii capiēdi. mos erat ante diluculum luminibus: & lychnis apertis auspicia capere Plut. in quæstionibus referente: priusqꝫ auspices postea augures nominatos: & Metellum pont. Max. uetuisse post augustū inaugurate Gellius Varronis authoritate innixus tradit. nā magistratus qñ una die eis auspicādū erat: & sup auspicato agendū post mediā noctē auspicabanꝫ: & post meridiem sole magno diuersū fuisse auspiciū ab augurio Pli. senior oñdit: cū iqt auguria ex auibꝰ Car. auspicia auiū Thyrelias iuēit: auspiciū. n. ab auiū aspectu: & auguriū ab auium garritu dictū scribit Festꝰ. Statī a uulcanalibꝰ sic ordinādū. i. seqnti die post uulcanalia: ē alia lectio p statī: ut legas æstate tanq̄ si annū in duo diuideret tātū: in æstatē: & hyemē: ac priorē autumni partē: & ueris posteriorē pro æstate intelligeret: nā seqtur hyeme uero: & ipse Secundus libro. viii. ad Fuscum ubi quo modo studeat scribit: annū tm̄ in æstatē: & hyemē partit. A nocte multa ad multū tēporis ante diei exortū. Septima. noctis. Cū tardissime. repete incipiebat lucubrare. Somni parcissimi. tantū. n. dormiebat q̄tū ad tuendā ualitudinē satis erat. unde in præfatione inquit cū somno ualitudinē computamus. Instantis. grauantis eius oculos. Deserētis. abeuntis ipso tractu: & resistentis. Ille noctibus utebatur. uigilabat ante diē. memorat Trāquillus Vespasianum multū de nocte uigilasse: deinde plectis epistolis: officiorumq; oīum breuiariis amicos ad. mittere solitū: & Philostratꝰ nō multū disparia refert summo mane Apollonium uenisse ad Vespasianū. per cūctatumq; ianitores qd imperator ageret: audiuisse illum iampridem surrexisse: & scribendis epistolis uacare: quo audito dixisse Apollonium Damidi. iam uir regnat. Delegatum. commissum: demandatum a Vespasiano. Reuersus. post peractum officium. Leuem cibum. mediocre prandium. Interdiu. de die. in quem sensum Cato. Terentius: Varro: Marcellus accipiunt: nomen etiam interdius ab aduerbio deducentes. Veterum more. qui bis in die cibum sumebant. id quod a quibusdam Secundi temporibus obseruabatur: maior tamē pars cœna contenta erat. In sole. ad sudores excitandos. Iuuenalis: Nostra bibat uernum contracta cucula solem. Frigida. aqua: quam antiquos gustare consueuisse Athenæus testatur: conuenit itaq; Cæcilianæ breuitati: ut frigida tantum legatur: & Columella greges armentorum frigida lauari iussit: pari modo libro. xxviii. os calida. Martialis in distichis: Frigida non desit: non deerit calda potanti: non abnuerim plærumq; frigidam: & calidam cum additione aquæ apud authores inueniri. Fabius tradit sæpius reperiri caldum. q̄ calidum: rarenter. n. hoc uti probatos: sic in epistolis ad. C. Cæsarem emendatius executum Augustum: non quia calidum non sit latinum: sed quia odiosum. Lauabatur frigida. ad restringendum corpus. Quasi alio die. post somnum tanq̄ alia nox præteriisset. In. usq; ad. Legebatur. ab aliquo lectore. Cursim. raptim: properanter. Perperam. male. barbare. uocabulum historicorum: qꝫ Liuius interdum usurpat. Hirtius tamen aut Oppius non usquequaq; in eundem sensum. capti inquit tabellarii: qui a Corduba ad Pompeium missi erant. perperamq; castra nostra peruenerant. i. temere: & errore uiarum decepti. Reuocasse. iussisse lectorem quæ dixerat. repetere. Nempe cum ille annuisset: cum amicus respondisset quæ lector male pronunciauerat: intellexisse. Versus. an quia liber ille metro constabat: an quod magis probo ordines uerborum: quas uulgo lineas uocamus: Fabius quippe cum in Bruto. M. Tullius tot milibus uersuum de romanis tantum oratoribus loquatur. Secundus libro quarto: non paginas tantum epistolæ. sed etiam uersus: syllabasq; numerabo. Tranquillus in Augusto: non diuidere uerba. non ab extrema parte uersuum habundantes litteras in alterum transferre solitus erat. Virg. etiam remorum: & uitium ordines uersus uocat. Censorinus nominatū uersum ab eo qꝫ fluat: seqꝫ ipse circumeat: putat. Interpellatiōe. interruptiōe. est aūt iterpellare

Auspiciū. Augurium

Interdiu.

Frigida. Calida

Perperam

Versus

Interpellare.

non auspícandí causa: sed studendí statím a nocte multa: hyeme uero ab hora septía: uel cum tardissíme octaua. Erat sane somni parcíssimi: nonnunq̄ etiam ínter ípsa studía ínstantis & deferentis. Ante lucem ibat ad Vespasianum ímperatorem: Nā ille quoq; noctibus utebatur: índe ad delegatum sibí officium: reuersus domum quod relíquū temporis: studiís reddebat: post cibum sæpe: quem interdíu leuem: & facilem ueterum more sumebat. æstate síquíd ocíí: iacebat ín sole: líber legebatur: adnotabat: excerpebat: níhíl ením legit: qd̄ nō excerperet: dícere ét solebat: nullū eē librū tam malum: ut nō alíqua ex parte p̄desset. Post solem plærūq; frígida leuabatur: deínde gustabat: dormiebatq; mínimum: mox quasí alío die studebat í cœnæ tp̄s: super hāc líber legebaꝫ: annotabaꝫ: & quí dé cursím. Memíní quendā ex amícis: cū lector q̄dā perperā p̄nunciasset: reuocasse: & repetí coegísse: huíc auūculum meū díxísse: ítellexeras: nempe cū ílle annuíflet: cur ergo reuocabas? decē amplíus uersus hac tua íterpellatíōe p̄dídimus: tanta

ſecundum Aſconium mediam alterius orationem interrumpere:uel Actioni alterius ſe interponere:interdum ad alia tranſfertur:ut apud Liuium morte alterius Cenſoris religionem interpellatam legimus idem ualet interpollare frequens apud.Qu.Curtium tradentem epularum ſacietatem Alexandrum ludis interpollaſſe:& ocio bellum interpollandum.alibi:ſi quis arti tuæ intentum: & extra ſpectantem lic interpollet.aliquando differre ſignificat.ut illud non ultra interpollandum ratus. Paſimonia.diligentia non abutendi temporis. Surgebat.ordo:& ſenſus:æſtate ſurgebat a cœna luce ideſt æſtatis tempore finez cœnæ ſuæ faciebat adhuc lucente die:at hyeme itra primam noctis horam cœnam terminabat. Lege.neceſſitate. Hæc:obſeruabat prædictum uitæ ordinem. Vrbis fremitum. ſtrepitum:perturbationem urbanam. In ſeceſſu.in uilla. Interionbus.locis balinei ſe cretioribus.ut de thermis:baptiſterio.piſcina frigidaria: & caldaria: Diſtringitur:ſtrigilibus raditur: de quibus Marti.Pergamus has milit curuo diſtrigere ferro.conſueuere antiqui ad ſudorem excitandum ſtrigilibus radi leuiter. erat autem ſtrigilis inſtar eius: qua equi ſtrigilantur:ſed minor:& leuior. Apuleius ſtrigileculam nominauit.Hippias inquit ſophiſta ſibimet fabricauerat honeſtam ſtrigileculá recta faſtigatione clauſulæ:flexa tubulatione ligulæ: ut & ipſa in manu capulo moraretur: & ſudor ex ea riuulo laberetur: & ſtrigilibus aureis uſos græcorum quoſdam tradit Athenæus.nam fricatio ſi uehemens fit: corpus durat:ſi lenis mollit:ſi multa minuit ſi modica implet.in hac Aſclepiades ma

Strigiles

ximam partem uoluminis:cui titulus communium auxiliorum conſumpſit. Audiebat aliquid. intendebat legenti aliqua. Dictabat.dicebat quæ notarius exciperet. Huic uni. compoſitioni. Ad latus. iuxta erat.adhærebat: Notarius.qui notis quibuſdam breuibus citiſſime notabat:quæ Plinius dictaſſet.de quo Martialis:Currant uerba licet manus eſt uelocior illis:nondum lingua ſuum:dextra peregit opus.Seneca quid uerborum notas? quibus quamuis citata excipitur oratio:& celeritatem linguæ manus ſequitur.ſed pluribus notarii uelocitatem Auſonius exequitur eo carmine:cui initium:Puer notas & præceptum.huius inuenti exordium Plutarchus Ciceroni aſcribit:hanc ſolam dicens Catonis orationem ſeruatam.M.Tullio conſule uelociſſimos ſcriptores deponente:atq; docente:ut per ſigna quædam & paruas:breueſque notas multarum litterarum uim habentes dicta colligerent.nondum enim reperti erant ii qui notarii appellantur:ſed tunc primum huius rei ueſtigium ferunt extitiſſe:nam poſtea Mœcenas notas quaſdam litterarum breuiſſimas excogitauit:& eas per Aquilam libertum multis publicauit.notarios Tranquillus & Seneca actuarios appellant.quod in acta referrent actiones: quæ dicebãtur in ſenatu:& ad populum:longo tempore poſt dicti ſunt notarii:quibus publica cura ſtipulandorum inſtrumentorum ab imperatore commiſſa fuit.Lampridius eum notarium:qui falſum cauſæ breue in cõ filio imperatorio retuliſſet Seuerus inciſis digitorum neruis ita:ut nunquam poſſet ſcribere:deportauit dictos notarios a notis Hammonius credidit:& Paulus de teſtamento militari innuit. L. inquit Titius miles notario ſuo teſtamentum ſcribendum notis dictauit. Manicis.tegumentis manuum contra frigus.Palladius.tunicas uero pellicias cum cucullis:& ocreis.manicaſq; de pellibus:quæ uel in ſyluis: uel in uepribus ruſtico operi:& uenatorio poſſint eſſe communes parari iubet.fiunt intetdum manicæ ferreæ:quibus utuntur milites in bello ad tutelam manuum:harum mentionem fecit Iuuenalis. Balteus: & manicæ:& Flauius Vegetius monet ſiniſtra brachia ſagittariorum manicis muniéda. ſunt præterea manicæ uincula ad conſtringendas captiuorum manus. Virgi.manicis poſt terga reuinctum. Apuleius manicis etiam cunctos coarctant.pedicæ autem ad continendos pedes.idem author:quid ſi manus manicis conſtringantur? quid ſi pedes pedicis coertantur? Virg. Tũc gruibus pedicas:& retia ponere ceruis.

Notarius

Manicæ

Pedicæ

Aſperitas cœli.frigiditas aeris intoleranda. Sella lectica:quam cubiculum uiatorium *Plinius* uocat. in ea ſolitos legere romanos teſtatur Iuuenalis:Atque obiter leget:aut ſcribet:uel dormiet intus. Repeto.reminiſcor. Ambularem.ſpaciarer ocioſe. Perire omne tempus. Varro dum ſtuderet pluribꝰ horis uiuere arbitrabatur:noſtra enim uita uigilia eſt Saluſtius in præfatione Catilinarii indoctorum uitãris uiuere arbitrabatur:noſtra enim uita uigilia eſt Saluſtius in præfatione Catilinarii indoctorum uitã & morẽ iuxta exiſtimat. Impartiretur.daretur. Intentione.perſeueranti ſolicitudine. Cõmentarios

Cõmẽtarii

cõmentarii ſunt nõ eloquentiæ cauſa ſcripti:ſed memoriæ ſummã reꝛ cõplectentes:& id præcipue agẽtes:ut ſi quis eloquẽs uellet maiorũ geſta referre:materiã ex cõmentariis eloquii miniſtris haberet.unde multos imperatoꝛ legimus cõmentarios reꝛ ſuaꝛ reliquiſſe: ut Tiberium tradente Suetonio: nam de uita ſua cõmentarios ſummatim:breuiterq; cõpoſuit:& Cæſarem dictatorem cõmentarios ſuos tã elegãter cõpoſuiſſe:ut prærepta non præbita facultas ſcriptoribus uideatur.pudet referre:quæ dicantur ſuper illud Modeſtini.ff.quarto in cõmentariũ principis deferri:nos in diurnalem:& rationalẽ: in quem princeps acta ſua refert: interpretãdum ducimus. Electorũ.rerũ electarum.

Opiſthographos .in tergo ſcriptos. ὀπισθεν enim poſt. γραφη ſcriptura. fuit.n. moris antiqui tantũ in anteriore pagina ſcribere:quod Marti.monſtrat de ſuo libro ſcribens inuerſæ pueris arande carthæ:& Iuue.longiſſimã tragœdiã taxãs in prima ſatyra notat:& in tergo nec dũ finitus Oreſtes.Porphyrionem Acro ſecutus hoc uerbo utitur:opiſthographas epiſtolas appellans.& Vlpianꝰ de bonorum poſſeſſione ſecũdũ tabulas.Carthæ appellatio etiam ad nouam cartham refertur:& ad deletitiam:proinde ſi i opiſthographo quis teſtatus ſit hinc peti põt bonorũ poſſeſſio.uis ridere?lege inibi iuriſcõſultorũ gloſemata.opiſthonomos boues in Lybia dici a quibuſdã teſtatur Athenæus ꝙ retroeuntes paſcuntur.

Opiſtho-graphos

Qua ratione.ꝙ erant in tergo ſcripti:& litteris minutiſſimis. Multiplicatur.geminatur.fiunt.cccxx. Referebat.narrabat. Procuraret.ꝓcurator Cæſaris eẽt: cuius acta geſtaq; ſic comprobabantur: ac ſi a Cæſare geſta eſſent:nam claudius a ſenatu impetrauit:ut quæ ſui procuratores ſtatuiſſent eandem uim haberent ac ſi ipſe ſtatuiſſet:ſi tamen uenditionis: uel tranſactionis: uel donationis cauſa quaſi rem propriam tradant:nihil agũt: non enim alienare rem Cæſaris inuito principe licet:ſed diligenter gerere commiſſum.eſt autem procuratoris officiũ rariones omnium redituũ:qui ad Cæſarem ſpectarent procurare diligenter:cũ facultate defendendi:& acquirendi non alienandi:& diſtrahendi:Lãpridius in Seuero procuratores interpretatur rationales: in quorum ſimilitudinem:qui rem priuatam curãt procuratores Columella nominauit. Largio Licinio de quo in præcedentibus. Quadringentis milibus.Nummum.quadringentis ſextertiis.potius nũmũ dicimus:quæ forma in ponderibus frequẽtius obſeruatur.nummorum quidam ferrei:ut apud Spartanos:quorum author Lycurgus:quidam ærei:quorum inuentor Saturnus ſecundũ Eutropium: Plinius tamen Seruium regem primum ſignaſſe æs aſſerit:quidam argentei:quorum Phedon excogitator. aureorum nũmorum inuentorem Plinius neſciri putat.Plut.ſcripſit quattuor nummos ualuiſſe drachmã unam atticam:ita ut mile nũmi drachmas atticas ducentas & quinquaginta conficerent. Pauciores. minores numero. Principũ. Veſpaſiani ac Titi:ſuperiorũq; ætatis ſuæ Cæſarũ. Nec in officiis ullis. tanq; ſi ſtudio tm̃ uacaſſet. Nec ſcripſiſſe ſatis.reſpectu ſtudii intentiſſimi. Illæ occupationes.circa diurna officia:quæ oĩa ſtudia ipedire debuiſſent. Inſtantia.continua ſtudioꝛ intẽtio:& aſſiduitas. Ego autẽ.ſum deſidioſiſſimus in cõparationẽ illius:ſed aliorũ non:cũ ſim occupatus publicis:& priuatis officiis. Collatus illi.ſi cõparetur auunculo meo. Tota uita.totũ uitæ tẽpus. Litteris aſſidẽt. in ocio literario ſunt. Somno.ꝙ ſcripſerit:& ſtuduerit minus q̃ ille. Extendi epiſtolã.longiorẽ feci q̃ inſtituerã. Hoc.quot eſſent Plinii libri. Hæc de ſtudio eius. Elaborandũ.excolendũ cũ labore perficiendum.

Procurator Cæſaris

Nũmus

quidem:& minutiſſime ſcriptos:qua ratione multiplicatur hic numerus.referebat ipſe potuiſſe ſe: cum ꝓcuraret in Hiſpania:uendere hos cõmentarios Largio Licinio.cccc.mil.nũmũ:& tũc aliquã to pautiores erant. Nõne uidetur tibi recordanti quantum legerit? quantum ſcripſerit? nec in officiis ullis:nec in amicitia principum fuiſſe? Rurſus cũ audis:quid ſtudiis laboris impenderit: nec ſcripſiſſe ſatis? nec legiſſe? Quid eſt.n.qd̃ nõ: aut illæ occupationes impedire? aut hæc inſtantia nõ poſſit efficere? Itaq; ſoleo ridere:cum me quidam ſtudioſum uocant: qui ſi comparare r illi ſum deſidioſiſſimus.Ego autem tm̃:quem partim publica partim amicorũ officia diſtringunt.Quis ex iſtis qui tota uita litteris adſident:collatus illi:nõ quaſi ſomno:& inertiæ deditus erubeſcat? Extẽdi epiſtolam:q̃is hoc ſolum:quod requirebas:ſcribere deſtinaſſem:quos libros reliquiſſet.Confido tamen hæc quoq; tibi non minus grata: q̃ ipſos libros futura:quę te non tantum ad legendos eos: uerũctiam ad ſimile aliqd elaborandum poſſunt

Æmulatiõis ſtimulis excitare. Vale.

C.Plinius.Seuero.S.

EX hæreditate:q̃ mihi obuenit: emi ꝓxie X hæreditate.Seuerũ municipem ſuum rogat:ut ſignũ æreum Comi in tẽplo Iouis ponendũ procuret:baſimq; cum ſuo:& honoꝛ nomine incidendam:ſe breui in patriam uenturũ promittens. Ex hæreditate.ſiue Saturnini:ſiue aliorum:nã multorũ hæres fuit Scds. Proxime

Stimulis.irritamentis.

nuper. Corinthium ſignum.ſtatuam ex ære corinthio olim in maximo precio:ut Verres potius uoluerit exulare:quam corinthia tradere Antonio.de corinthio ære:& ſtatuis ſupra hiſtoriam altius repetiuimus. Modicum.mediocre. Feſtiuum.gratioſum.elegans. Expreſſum.faberrime ſignatum. & excuſſum ad archetypum. In omni re.ſapio perexiguum. In hac.fabrili:& ſtatuaria. Celat uitia. ueſtit:cō tegit multo enim præſtantius facere ſignum nudum ad unguem:q̄ ueſtitum. Parum.obſcure:ſed aperte. Effingit.format.exprimit.repræſentat per effigiem. Stantem.erectum.pedibus nitentem. Muſculi.ex neruis:& carthilagine condenſati:quibus robur oſtenditur. itaque Columella equum lato:& muſculorum toris numeroſo pectore commendat. Rutilius Taurus Aemylianus apud eūdem omne corpus muſculorum denſitate nodoſum cæteris anteponit. & Vegetius tyrones muſculoſis humeris compactos mauult eligi.hic quæret aliquis cur Seneca in naturalibus medullas:& muſculos oſſibus attribuerit. tanquam eſſent medullis connexi muſculi: ſed non ita eſt:nam ſicut medulla eſt tanquam oſſis anima:ita muſculi cathena illius:an magis extrinſecus roboris miniſtri.muſculus inſuper bellicum inſtrumētum a marinis belluis authore Vegetio: de quo pluribus Cæſar:& Hirtius in commentariis:& diminitiuum a mure. authores ſunt Plinius:& Apuleius. Venæ.ſanguinis receptacula: arteriæ ſpiritus Seneca tradente:at Gellius ſcribit uenam receptaculum ſanguinis:& ſpiritus commixti:in quo minus ſpiritus ſit.plus ſanguinis:arteriam uero eiuſdem commixturæ:ſed in qua ſpiritus plus: ſanguinis minus.Magnus etymologicus ſententiam Senecæ comprobat.& arteriam :q̄ ſpiritum ſeruet:uel q̄ contra eleuetur tremores faciens:more ſuo dictam putat. Ariſtoteles de uēis multa libro tertio de animalibus. Rugæ.tenues ſulci:nam criſpatur pellis ex ſenio deficiente ſanguine. Vt ſpirantis.tanquam ſi uiueret. Cedentes.demiſſi:plani. Exile collum. & quæ ſequuntur ſigna ſunt ptæmaturi ſenis. Papillæ.mammæ.abuſus tamen eſt uocabulo: nam mamilla eſt omnis eminentia uberis:papilla breue illud unde lac trahitur: quantum a Columella colligitur. Iacent. dependent. Receſſit.fugit.diminutus eſt. Eadem.ſenilis.uidetur. Vt a tergo. apparet: uel eſt. Artificum. peritorum excuſſorū. Tenere oculos .in contemplationem ſui adducere. Tyrunculum. rudem in hac arte.tyro enim in quacunq̄ re nouus tranſlatiue dicitur. Corinthium.ſignum. In patria noſtra. Comi. Celebri.frequenti. Dignum templo.quod maximum in municipio erat.ſicut Iuppiter inter deos maximus credebatur. Baſim.firmamentum.ſuppedaneum. Capiat.inciſos habeat. Honores: magiſtratus.qui a nobis in eius uita enumerantur. Quod mauis.quod erit tibi gratius. Officii.præfecturæ ærarii. Iſto.comum. Contrahes frontem.triſtaberis:quod monſtratur ex corrugatione frontis:quæ modo triſticiam:modo leticiam aperte indicat. Adiecero.addidero me futurū tecū. Eadem hæc.officii negocia & occupationes. Exire.proficiſci ab urbe.

Muſculus

Vena
Arteria

Papilla
Mamilla

Corinthium ſignum:modicum quidem:ſed feſtiuum:& expreſſum: quantum ego ſapio: quí fortaſſe ín omní re: ín hac certe per quam exíguum ſapío: hoc tamen ſignum ego quoque íntellígo: eſt enim nudum: nec aut uitía:ſí qua ſunt: celat: aut laudes parum oſtentat: effingit ſenem ſtantem.oſſa: maſculí:neruí:uenæ:rugæ: etíam ut ſpírantis apparent:rarí:& cedentes capíllí: lata frōs: contracta facíes: exíle collum pendent lacertí:papíllæ íacent:uenter receſſit:a tergo quoq; eadem ætas:ut a tergo æs ípſum: quantum uerus color índícat:uetus:& antíquum.talía deníq; omnía: ut poſſint: artíficum oculos tenere:delectare ímperítorum:quod me quanquam tyrunculum ſolícítauít ad emendum: Emí autem: non ut haberem domí: neq; enim ullum adhuc Corínthíum domí habeo: Verum ut ín patría noſtra celebrí loco ponerem:ac potíſſímum ín Iouís tēplo. Vídetur enim dígnum templo: dígnum deo donum. tu ergo (ut ſoles omnía: quæ a me tibí íníungun tur) ſuſcipe hanc curam: & íam nunc íube baſím fierí ex quo uoles marmore: quæ nomen meum: honoreſq; capíat: ſí hos quoque putabís addendos. ego ſignum ípſum:ut primum: ínuenero alíquem: qui non grauetur: míttam tíbí: uel ípſe (quod mauís) Afferam mecum. deſtíno enim ſí tamen officíí ratío permíſerít: excurrere íſto.gaudes q̄ me uenturum eſſe polliceor. ſed contrahes frontem: cum adíecero ad paucos díes: neq; enim díutíus abeſſe me eadem hæc:quæ nondum exíre patíuntur. Vale.

C.Plínius Canínío Rufo.S.

Silius Italius

MOdo nunciatus. Silii Italici morté Caninio Rufo municipi ſuo ſignificans de breuitate uitæ conqueritur: inde ſumpta occaſione cũ res humanæ futiles: & caducæ ſint: eũ hortatur: ut ali quo ſtudioſo & opere perfecto mortalitaté fugiat. Silius Italicus. orator: & poeta: qui ſecundũ bellũ punicũ metro complexus. Italicũ aũt exiſtimo cognominatũ non ab Italia: neq; ab Italica colonia in Hiſpania: cuius gentile ſecundũ Stephanũ Italicenſis eſt: ſed a Corſinio Peligno rũ metro poli: quam Sánites cõmuné uniuerſis Italis ciuitaté demonſtrantes: eamq; tranſlato nomine Italicã appellantes contra po.ro. receptaculũ: propugnaculũq; conſtituerũt authore Strabone. Stephãus præterea Italicũ Siciliæ oppidulũ eſſe teſtat: nã ſi fuiſſet hiſpan⁹ profecto Martialis illius unicus admirator: & laudator auidiſſime tantũ uirũ: & dignitate: & ingenio celeberrimũ iter ſuos recenſuiſſet: ubi hiſpanorũ ſcriptorum ſumma cũ uoluptate meminit. addo ex authoritate Taciti: Italicũ Sueuorum regẽ iiſdem temporibus fuiſſe. In edia. abſtinentia edendi. Neapolitano prædio: qd' iuxta Neapolim poſſedit.

Clauus

Valitudo. morbus fuit. Clauus inſanabilis. ſecundũ medicos clauus uocatur exitus tunicæ uueæ oculi: & tunicæ oculi exitus ab ulcere ϰλος græce dicitur: incurabilis aliquando: & ad pernicem trahens. inquit autẽ. Paulus libro ſexto. clauus callus eſt rotundus albus ſimilis clauicapiti per omné corporis partẽ conſiſtens. ſed præſertim in planta pedũ: & digitis dolorem: & difficultaté in greſſu inurit. morticinũ uulgo appellatũ ſcribit Pli. & Cor. Celſus tradit. clauus ueruca non diſſimilis nõnunq; alibi: ſed in pedibus maxime naſcitur: præcipue ex contuſo: q̃uis iterdũ aliter doloréq;: ſi non alias: ingredienti tñ mouet: ſine curatione uix unq; deſinit: naſcuntur & in albo oculi callo-ſa tubercula: quos clauos a ſimilitudine figuræ idé uocat. & Vlpianus de edicto edilitio: qui clauũ habet morboſum cenſet. bouũ etiá ceruicẽ: & ouiũ ungulas infeſtare clauos tradit Columella. & clauũ in arboribus morbũ refert Teophraſtus: & eũ ſecutus Plinius. nec me p̃terit Columellá clauiculos in uite ſolitũ nominare exiles nepotes exeuntes a palmite: quos capreolos uulgus appellat.

MOdo nunciatus eſt Silius italicus in Neapolitano ſuo inedia uitam fuiſſe: cã mortis ualitudo: erat illi natus inſanabilis clauus: cuius tędio ad mortem irreuocabili conſtantia decurrit: uſq; ad ſuppremum diem beatus: & felix: niſi q̃ minorẽ ex liberis duobus amiſit: ſed maiorem: melioremq; florentem: atq; etiam conſularem reliquit: læſerat famam ſuam ſub Nerone: credebatur ſponte accuſaſſe: ſed in Vitelli amicicia ſapienter ſe: & cõmuniter geſſerat: ex proconſulatu Aſiæ gloriam reportauerat: maculam ueteris iduſtriæ laudabili ocio abluerat. fuit iter principes ciuitatis ſine potentia: ſine inuidia: ſalutabatur: colebatur: multũq; in lectulo iacẽs: cubiculo ſemp nõ ex fortuna frequẽti. doctiſſimis ſermonibus dies tranſigebat: cum a ſcribendo uacaret. ſcribebat carmina maiore cura: q̃ ingenio: nonnunquam

Beatus. & felix. de quib⁹ copioſe libro primo. Minorẽ. filiũ Seuerũ nomine: cuius obitu Martialis libro nono patrẽ ſolat⁹ eſt carmine: cui initium: Feſtinata ſui gemeret cũ fata Seueri Silius auſonio non ſemel ore potens. Meliorẽ præſtantiorẽ filiũ. Florentẽ. ætate: & fortuna. Reliquit. ſuperſtitẽ poſt ſe. Conſularem iã conſulatu functũ. Læſerat famã. infamis fuerat: & mali nominis Silius. Sponte accuſaſſe. ſua ſponte: & non metu Neronis uiros bonos accuſaſſe. In Vitellii amicitia. Tacitus Cluuiũ Rufum: & Siliũ Italicũ teſtatur fuiſſe uerborũ teſtes: quæ Sabinus: & Vitel. in æde Apollinis ſimul pepigere. Proconſulatu Aſiæ. quez ſub Domitiano fuerat adeptus. Gloriá reportauerat. laudatus fuit quia in ea prouincia ſe integre geſſerat. Maculá. infamiá. Veteris induſtriæ. dũ alios accuſationibus infectat ſub Nerone: ne ipſe piret.

Poeta Natura

Laudabili ocio. ſtudioſo ſeceſſu. Principes. primarios uiros diuitiis: & authoritate. Sine potentia. ſine iperio: & factione: unde ſine maliuolentia. Salutabatur. q̃ erat potentiorũ Mar. teſtimonio. Cubiculo ſemp. ſe cõtinebat: cubiculo inquá. Non frequẽti ex fortuna. i. nõ ea multitudine ſalutantiũ frequẽtato ſicut Silii fortuna exigebat: uel nõ ex fortuna frequẽti. i. nõ erat cubiculũ illud ornatũ ſicut ei⁹ fortũa q̃ ſæpe ſcda3 fuerat exptus: regrebat: uel nõ ex fortũa frequẽti. i. nõ ex uulgari cõditiõe. an magis multos Silii cubiculũ frequẽtaſſe nõ fortuná ſequẽtes: ut ſolet uulg⁹: ſed mores ei⁹ ſpectatos. alia lectio eſt nõ ex fortuna p̃nti. nõ. ſ. cubiculo ſe cõtinebat pp p̃ntem rẽ ſtatũ: q optius eſt Traiano principe: ſed pp morbũ. Scribebat carmina. ſecundũ bellũ punicũ metro componebat Mar. Sili Caſtalidum decus ſoro. Qui periuria barbari furoris ingenti premis ore: nã cũ foro renũciaſſet aduerſus tranſit eodẽ libro epigrámaton ſexto referẽte. Emeritos muſis: & Phœbo tradidit annos: Proq; ſuo celebrat nũc Helicona foro. Cura. labore: arte. Ingenio. natura. ná oratores ſimus poetæ naſcimur: & poeta natura magis: q̃ arte conſtat. hic faciunt Diogenis uerba: ita ſe inquit habet res: ut poetæ quidẽ ſi proſa oratiõe ſcribere uelint efficiant: q uero proſa ſcribere cõſueuerunt: ſi poetæ ſibi partes uendicare uelint: non conſequantur: ex quo liquet alterũ naturæ: artis alterũ opus eſſe. Mar. Tulli⁹ pro Archia. atqui ſic a ſũmis

hominibus.eruditiſſimiſq; accepimus cæterarum rerum ſtudia:& doctrina:& præceptis:& arte conſtare:poetam natura ipſa conſtare:& mentis uiribus excitati. Iudicia.quid de ſcriptis ſuis iudicarent. Recitationibus:nam Secundus aſſerit recitationem eſſe optimum emendandi modum. Suadentibus annis poſt ſexageſimum ætatis annum:cum liberum erat ſenatori uacare ab officiis publicis. Campania. de qua Pli.ſuo loco:& libro.xyiii.ac cæteri rerum ſcriptores plura in laudem eius:unus tamẽ nobis Lucius Florus hic ſatiſſaciet:toto orbe terrarum pulcherrimã Campaniæ plagam ſcribens:non modo Italiæ:nihil mollius cœlo:nãq; bis floribus uernat:nihil uberius ſolo:ideo ſummum liberi patris cum Cerere certamen.nihil hoſpitali⁹ mari:hic illi nobiles port⁹ Caieta:Miſenus: & tepentes fontibus Baiæ Lucrinus:& auernus quædã maris ocia: hic amicti uiribus montes Gaurus Falernus:Maſſicus: & pulcherrimus omnium Veſuui⁹ Athnei ignis imitator: urbes ad Mare Formiæ;Cumæ:Puteoli:Neapolis Herculaneũ:Pomponii:& ipſa caput urbium Capua quondam inter tres maximas Romaz.Carthaginemq; numerata: romani imperii æmula:& ꝓpter agri fertilitatem ne deſtrueretur reſeruata. Ad uentu noui principis. Traiani in urbem. qui dum eſſet in expeditione contra Germanos a Nerua ſene adoptatus:& Cæſer factus in urbem rediẽs habenas imperii ſumpſit.huius redit⁹ Martialis¹: ſed lati⁹ Secundas in panagyrico meminere. ubi nos hiſtoriam melius explicabimus. Cõmotus.ut occurreret Traiano ueniẽti.nemo enim Traiani aduentũ expauit. Cæſaris.Traiani. Liberum. permiſſum impune: ne ſenator aduenienti principi officium ſuum præſtaret. Illius Silii: qui non eſt ueritus iram Traiani ocio ſuo.φιλογαλλος:elegans amator pulchritudinis.eſt alia lectio nõ diſſona propter ſequentia.γαιγοφιλος ideſt nouarum rerum cupidus. Emacitatis repræhenſionem.emẽdi uicium rarum uocabulum inuẽtu emacitas:quod apud unum alium annotauimus:quoſdam. inquit Columella emacitas in comparandis armentis exercet:de tuẽndis nulla cura tangit: nam ab emace deduci recte poteſt:quo.M.Cato uſus eſt. Nouis uillis:quas nuper coemerat. Priores:prius præſtinatas.

Cãpania.

Emacitas.

Statuarum.uirorum illuſtrium:& doctrina præſtantium. Imaginum.picturarum:quas in bibliothecis locabat antiquitas:ut illarum ſtimulis ad ſtudia incitarentur. Cuius natalem. Virgilii natalis idibus octobris fuit Mar.Octobres Maro conſecrauit idus:cui ſententiæ Seruius accedit:& opinatur natalem tantum antiquos dixiſſe:iuniores addidiſſe diem:uiderit ipſe,& eum ſecuti:ego autem non Horatium:quem inter antiquos putat:ſed Terentium potius antiquum reor:antiquum Neſtorem: & ulyſſem intelligit Secũdus apud Tacitũ.quid ergo dixit comicus ille? nẽpe. Virg.& Horatius natalẽ tm̃:& iuniores:ut Mar.plærũq; ſine additione diei:& longe recentior eo Vegetius.quid ipſe Secũdus? quinimmo ſæpius apud iuniores.qbus eſt amica breuitas:natalẽ tm̃ modo inuenies p̃ſertim ſoluta oratione:nã poetas ꝑ cõmodo ſuo nõ diſſentio confundere Neapoli.Palæpolis olim uicina Neapoli poſtea ex duabus una facta ciuitas:& dicta Neapolis Chalcidenſium colonia:& ipſa Parthenope a tumulo Syrenis appellata: ad quã plurimi ab urbe ſecedebant quietis gratia:ut quos ſenectus:uel aduerſa ualitudo cõflictabat. maxime autem qui eruditioni dabãt operam:nec iniuria igitur a Martiale docta appellatur. Monumẽtũ eius.quod teſtatur idẽ author lib.xi.Silius hæc magni celebrat monumenta Maronis:& mox:lã ꝑpe deſertos cineres:& ſancta Maronis Noia q coleret paup:& unus erat. Monumẽtũ eius:cũ Brunduſii mortuus eſſet tranſlata ſunt eius oſſa Neapolim:& ſepulta uia puteolana intra lapidem ſecundum. Vt tem plũ.tanq̃ rem ſacrã.& diuinam. Tranquillitate.ocio litterario. Exceſſit.tranſgreſſus eſt. Delicato. enerui.fluxo. Factus eſt cõſul.creatus eſt cõſul a Nerone Silius cum galerio Trachallo:pliſ.enior libro octauo æui ſui conſulatus Appii lunii &.P.Silii meminit. Neronianis conſularibus.quos nero conſules fecerat. Quo conſule.dũ Silius gereret conſnlatũ.duo notanda:& q̃ ultimus a nerone creatus conſul:poſt oẽs neronianos conſnles uixerit:& quod ultimus neronianoꝝ cõſulũ obierit: quo conſule Nero interiit:nã hoſtis ab ſenatu adiudicatus in ſuburbanũ Phaontis liberti confugiens.cum milites ſentiret aduenientes:ſeipſum adiuuante Epaphrodito cõfecit anno ætatis ſuæ trigeſimo ſecundo:ut alii uno

Virgi. Natalis. Antiquus.

Neapolis.

Virg. monumẽtum

Neronis ætas.

minus:quidã trigesimo mensibus quinq; diebus uiginti. Fragilitatis.instabilitatis:caducitatis. Circũ
Piso. cisum.contractũ. Longissima.ut centum annorum:nam respectu immortalitatis uita hominum quã
uis longissima: tamen breuis est. Nero.legimus etiam Neronem. L.Piso.qui cum Nerone.ii.consul
Festus. fuit:deinde ab eodem imperatore uectigalibus publicis cum Ducenio Geminio: & Pompeio paulino
præpositus: Vespasiano:& Tito.coss. Africæ præfectus: eius filius ingenio quietus legatum habuit Va-
lerium Festum sumptuosæ adolescentiæ:neq; modica cupientem: sed affinitate Vitelii anxium:qui par
imperium proconsuli gerens incertum
an pisonem tentauerit ad res nouas: an
tentanti restiterit: quoniam secreto eo-
rum nemo affuit.Claudius Sagitta pro-
spera nauigatione præuenit Papyrium
Centurionem missum a Mutiano: asse-
uerauitq; mandata interficiendi Pisonis
centurioni data:multa prætera addens
quibus pisonem ad res nouas molliẽdas
impelleret. nihil ad ea moto proconsu-
le:centurio a Mutiano ubi portum Car
thaginis intrauit magna uoce:læta Piso
ni omnia tanquam principi continuare
ad similia obuios hortari:uulgus credu-
lum in forum ruere:præsentiam pisonis
exposcere:ille indicio Sagittæ:uel insita
modestia domi se continens centurionẽ
percontatur: postquam quæsitum sibi
crimen:cædemq; comperit:animaduer-
ti in eum iussit non tam spe uitæ: q̃ ira
percussorem: quod idem Clodium Ma-
crum legatum interfecisset.anxio. deiu-
de edicto Carthaginensibus increpitis in
tra domum clausus solita munia: haud
quamquam obibat.Festus igitur cõster-
natione uulgi: & supplicio centurionis
audax oœnos auxiliares:& mauros i ne-
cem pisonis misit:qui domum proconsu
lis obscura luce ingressi haud procul cu-
biculo seruum.qui se interrogantibus egregio mendacio pisonem esse responderat:obtruncãt:nec mul-
to post indicio Bebii Massæ piso interficitur.hæc Tacitus. Neminem.senatorum:nam omnes decesse-
rant. Consul ipse.cum Nerone secundo. Sententiam rogasset.consul enim senatui præsidebat: & ius
rogandarum sententiarum habebat:primum consules designati: deinceps cæteri censebant. Tam an-
gustis.sensus est.tam breui spacio tot homines uiuunt:& moriuntur:exclamatio opportuna:qua mouet
Viuacitas. indignationem:& miserationem. Viuacitas.uita.Fabius pro cupiditate uiuendi ponit impiam uiuaci
Xerxis la- tatem dicens.Apuleius uero pro uigore:& robore uitæ:uirum inquit magnanimum magnanimæ uiua
chrymæ. citatis uolentem uolentes accipite. Xerxen illachrymasse.Diuus Hieronymus ad Heliodorum:Xerxes
ille magnus rex potentissimusq;:qui subuertit montes:maria constrauit:cum de sublimi loco infinitam
hominum multitudinem:& innumerabilem uidisset exercitum:fleuisse dicitur: quod post centum an-
nos nullus eorum:quos tunc cernebat supfuturus esset.sed Herodotus libro historiarum septimo latius
hoc tractauit.Xerxes inquit cum intueretur omnem helespontum nauibus obductum:oia littora: atq;
Abydenorum plana hominibus referta:se beatum iactauit:& post hæc lachrymas fudit:quod animad-
uertens Artabanus eius patruus interrogauit:quam diuersa rex inter se facis:dudum te beatum esse di
xeras:nunc lachrymas fundis:& ille reputantem me inquit q̃ breuis est omnis humana uita subiit horũ
miseratio:quorum:cum tot sint:nemo ad centesimum annum supererit. Tot milibus.septingenta mi-
lia de regno:& trecenta milia de auxiliis armasse traditur:ut non immerito proditum sit flumina ab ex-
ercitu eius siccata:nauium quoq; decies centena milia numero habuisse dicitur:nisi menda est apud lu-
stinum.Plinius refert Xerxen in Doriſco centum uiginti milia hominum tantum dinumerasse. Obiis-
set.lustrasset.Hoc temporis.uita nostra.Quicqd est.quãtulacũq; est. Futilis.fluxi:uani ab effundendo
& futile uas quod patulo ore:& acuto fundo in sacris erat.authores sunt grammatici. Si non datur fa-
ctis:nisi dispensatur circa præclare gesta.Horum.factoꝝ.In aliena manu.in facultate aliorum:non no-
stra.q.d.materia bene gerendaꝝ reꝝ est in manu imperatoris:ac eoꝝ:qui præsunt exercitibus:nos: qd
unum possumus:æternitatem studiis comparemus:nam & qui facere: & qui facta alioꝝ scripsere multi
laudantur.Proferãus.extendãus uiuendo post morte.Aliquid aliquod opus mẽoratu dignũ.Stiulis icita-

Quod me recordantem fragilitatis humanæ mi-
seratio subit. Quid enim tam circumcisum? tam
breue? q̃ hominis uita longissima? an non uidetur
tibi Nero modo fuisse? cum interim exiis:qui sub
illo gesserant cõsulatum:nemo iã supersit? Quã
quam quid hæc miror? Nuper.L.Piso pater Piso
nis illius:qui a Valerio Festo per summum faci-
nus in Africa occisus est dicere solebat: neminem
se uidere in Senatu:quem consul ipse sententiam
rogauisset:tam angustis terminis tantæ multitu-
dinis uiuacitas ipsa concluditur:ut mihi non ue-
nia solum dignæ:uerumetiam laude uideantur il
læ regiæ lachrymæ.Nam ferunt Xerxen cum im
mensum exercitum oculis obiisset: illachryma-
se: q; tot milibus tam breuis immineret occa-
sus: sed eo magis hoc quicquid est temporis fu-
tilis: & caduci: si non datur factis: nam ho-
rum materia in aliena manu:nos certe studiis me
moriam proferamus:& quatenus nobis denega-
tur diu uiuere:relinquamus aliqd:quo nos uixis-
se testemur.Scio te stimulis non egere:me tamen

tionibus:exhortionibus. Euocat.ipellit. Currenté.pronum ad ſtudia.perſtat in uerborũ metaphora. Me.inſtigare.ατατηδ ερις.ſumptũ ab Heſiodi georgicis:quibus ſcribit. ατατιδ ερης ηδ εβροτοισι.i. bona aũt cõtẽtio hæc mortalibus:hic.n.poeta duas facit cõtẽtiones inter mortales:quaꝝ altera eſt laudãda.cũ iuicẽ certãus honoris:& uirtutis cã:altera pniciosa:cũ malogꝝ gra cõtẽdius. Acis.Suetonius Tranquillus per Secundum impetrauerat ſibi a Neratio Marcello tribunatuꝫ militum:deinde rogauerat:ut in Cæſenium Syluanum tranſferretur:q̃ conſilium ſumme probat Secundus: & policetur ſe facturum.

tuí caritas euocat:ut currentem quoq; inſtigem:ſí cut tu ſoles me ατακηΔερις: cũ inuicẽ ſe mutuis exhortatiónibus amící ad amorem ímmortalitatís exacuunt. Vale.

C.Plínius Tranquíllo.S.

FAcís pro cætera reuerentía: quam mihí præſtas:q̃ tam ſolícite petís:ut tribunatum:quem a Neratío Marcello clariſſímo uiro ímpetrauí :tíbi in Cæſennium Syluanũ propínquum tuum tranſferam: mihí autem ſícut iucundíſſimum ípſum te tríbunum:ita non mínus gratum alíum per te uídere:neq;.n.eſſe congruẽs arbítror:quẽ augere honoribus cupías: huíc pietatís títulos ínuidere quí ſunt omnibus honorí-bus pulchríores. Vídeo etíam quam ſit egregíum & mereri beneficía:& dare utranq; te laudem ſímul aſſecutorum:ſí quod ípſe meruíſti: alíi tribuas:præterea íntellígo míhi quoq; gloríæ fore:ſí ex hoc tuo facto non fuerít ignotum amícos meos: non gerere tantum tríbunatum poſſe: uerumetiã dare .quare ego uero honeſtíſſime uoluntatí tuæ pareo:neq; enim adhuc nomen in numeros relatum eſt.ideoq; líberum eſt nobís Syluanum ín locum tuum ſubdere:cui cupío tam gratum eſſe munus tuum:q̃ tíbí meum. Vale.

C.Plínius Cornelío Mínutíano.S.

POſſum iam pſcríbere tíbí q̃tum ín repu. puícíæ Bethycę cã laboris exhauſerim: nã fuít multíplex:acta eſt ſæpe cum malatum eſt in ordinem tribunorum:erat enim adhuc integrum alium ſubrogare:ſecus ſi fuiſſet aſcriptuꝫ numero cæterorum.dicimus milites nondum relatos in numero cum delecti quidem ſunt.nondum tamen in ſuos ordines peruenere:quod iuriſconſultus plærunque teſtatur:ut Vlpianus de bonorum poſſeſſione ex teſtamento militari.ſi quis inquit militum ex alio numero tranſlatus ſit in aliuꝫ quemuis: & hinc exemptus ſit:& illo nondum peruenerit:tamen poterit iure militari teſtari:eſt enim miles quamuis in numeris non ſit.ſed nomen ipſius tantum.

Tribunus militaris.

POſſum.Cor.Minutiano Macrino ſingulosactus accuſationis Claſſici per epiſtolam narrat:& quẽ euentum actio ſortita:quotq; labores perpeſſus ſit:quamuis.L.albinum in dicẽdo copioſum ſocium haberet:aſſeuerenter cõtenderẽ hũc eſſe Minucianũ:quẽ ſupra rogauerat:an approbaret ſuſceptã Claſſici accuſationẽ.& octauo libro huius actionis orationẽ mittit. Perſcribere.totã rẽ litteris ſignificare.in rep.duplex lectio circũferẽ ſi placet in rep.ſic ordinandũ: quantum laboris ſuſtinuerim in rep.ro.reſpectu puinciæ Bethycæ:ſi uero legeris in publica puinciæ Bethicæ cauſa:clarior eſt ſenſus.Exhauſerim:ſuſtinuerim. Multiplex. quia multi criminum participes accuſat ſunt.

Minutianꝰ

Varietate.alii.n.absoluti:alii reoꝝ damnati. Vnde ex quibus cauſis euenit tanta uarietas. Fœdus. auarus.In ea.prouincia Bethyca. Violenter.crudeliter. Sordide.auare. Dictum.ſcomma .adagium.

Venuſtus Venuſtos.qui cum gratia quadam:& uenere loquuntur ii uenuſti appellantur.Fabius author.imitat⁹ eſt Secūdus.M.Tullium:qui ſexta in Verré actione inquit nunq̄ tm̄ malū:eſt ſiculis:quin aliquid facere & commode dicant:uelut in hac re aiebant in labores Herculis nec minus hunc imaniſſimum Verrem q̄ illum apruꝫ Erymāthium referre oportere. Non illepidū.non inſulſuꝫ:urbanuꝫ:cū lepore. Dedi malum. Marium priſcum malum uiruꝫ Africæ proconſulem miſi. Accepi.Claſ

Reū pagef ſicū Afrum ꝓconſulé in Bethyca habui. mus. Reum peregerunt. condemnari fecerunt : hic interpretatur Vlpianus : nam peregiſſe reum non aliter quis uide tur:niſi condemnauerit. Prouincia Be thyca. Incubuit.fecit impreſſionem:ac cuſationem intendit. Præuertit. decli. nauit : ſubterfugit. Infamis : turpis.

Ambigua.an uoluntaria an fortuita. (Mirum) eſt hominem fœdum:& for. didum. Damnanda.atrocia ſcelera ani maduerſione digna. Prouiſum hoc le. gibus.cauent leges ut mortuos liceat ac cuſare.Sceuola ad legem Iuliam repetū. darum:datur ex hac lege: & in hæredes actio intra annum dumtaxat a morte ei us:qui arguebatur. Marcellus ad ſena. tuſconſultum. Turpillianum. morte rei iudicium ſoluitur:niſi tale crimen fuerit cuius accuſatio aduerſus hæredes durat ueluti maieſtatis : idem in accuſationi. ne repetundarum eſt : quia hæc quoque morte non ſoluitur Modeſtinus de accu ſationibus:& inſcriptionibus ex iudicio rum publicorum admiſſis: non alias trā ſeunt aduerſus hæredes pœne bonorum ademptionis:q̄ ſi lis conteſtata:& condē natio fuerit ſecuta excepto repetunda. rum:& maieſtatis iudicio: quæ etiā mor tuis reis cum quibus nihil actum eſt ad huc:exerceri placuit : ut bona eorum fi. ſco uendicentur:adeo ut diui Seuerus:& Antoninus reſcripſerint.ex quo quis ali. quod ex his cauſis crimen contraxit : ni. hil ex bonis ſuis alienare:aut manumit. tere eum poſſe Martianus de publicis iu diciis:defuncto eo qui reus fuit criminis pœna corporalis extincta eſt. In quacun q̄ cauſa criminis extincti debet is cogno

gna uarietate. Vnde uarietas? unde plures actio. nes? Cæcilius Claſſicus homo fœdus : & aperte malus proconſulatum in ea:non minus uiolenter q̄ ſordide geſſerat eodem anno : quo in Aphrica Marius Priſcus.Erat autem Priſcus ex Bethyca: ex Africa Claſſicus:inde dictum Bethycorum:ut plærūq; dolor etiam uenuſtos facit: non illepidū ferebatur:dedi malum:& accepi. Sed Mariū una ciuitas publice:multiq; priuatim reum perege. runt.in Claſſicum tota prouincia incubuit:ille ac cuſationem:uel fortuita:uel uoluntaria morte p. uertit.Nam fuit mors eius infamis : ambigua ta. men:ut.n.credibile uidebatur uoluiſſe exire de ui ta:cum defendi non poſſet:ita(mirum)pudorem damnationis morte fugiſſe : quem non puduiſſet damnanda cōmittere: nihilominus Bethyca etiā in defuncti accuſatione perſtabat: prouiſum hoc legibus:intermiſſum tamen:& poſt longam inter capedinem tunc reductum. Addiderunt Bethyci quot ſimul ſocios:miniſtroſq; Claſſici detulerunt nominatimq; in eos inquiſitionem poſtularunt. aderam Bethycis:mecumq;.L.Albinus uir in di. cēdo copioſus:ornatus:quem ego:cum olim mu. tuo diligerem:ex hac officii ſocietate amare ardē tius cœpi:habet quidem gloria:in ſtudiis p̄ſertim quidam ανοιγωνιστον nobis tamen nullum certa. men:nulla contentio:cum uterque pari iugo:non pro ſe:ſed pro cauſa niteretur.cuius:& magnitu. do:& utilitas uiſa eſt poſtulare:ne tm̄ oneris ſin. gulis actiōibus ſubireus. Verebamur:ne nos dies

Intercape. do

Lucius Albinus

ſcere:cuius de pecuniaria re eſt cognitio. Intermiſſum.per aliquod tempus leges iſtæ ſiluere:nam per lon gam deſuetudinem tacito,oium conſenſu illas abrogari receptū eſt.ſed ſenatus : & abrogatas reducere: & nouas inducere poteſt. Intercapedinē.temporis ſpacium:& loci plærūq;:ut apud Ciceroné. Feſt⁹ ait eſſe tempus interceptū:ille uocabulū obſcænū eſſe uoluit in eplis ad Pætū:& pariter fabius:contrarium eius diuiſionem eſſe dicentes:ſicut illa coniunctio alias appellari poſſet:eſt autem intercapedo interſtiti. um:& ſpaciū inter anum & uuluam.quod.ſ.duo foramina intercapiat:& ſepiat.ide tráſlatiue pro ſpacio ad alia tranſfertur. Addiderunt.accuſationi.Socios.conſcios:& ſcelerum participes. Detulere reos fece. re.Inquiſitionē.cognitionē criminū:q; ſolet fieri ſi præceſſerint indicia.Aderā aduocatus erā.Lucius Al. binus.quo ſocio ét uſus eſt in cā Iulii Baſſi.& ioſephus tradit añ Hieroſolymaꝫ captiuitatē illic Albinū iudicem ro.fuiſſe.Dion in Traiano meminit Luciū fuiſſe p̄fectū aduerſus Dacos:& cōtra Parthos mul. ta memorāda geſſiſſe.Officii.aduocationis.αγοιγωνιστον in cōmunicabile.nā q uelit ingenio cædere:ra. rus erit.Iugo.labore:cōcordia.Pro ſe.p gloria ppria.Pro cā.ad utilitatem Bethycoꝫ.Poſtulare exigere. Tm̄ oneris.ſi oēs reos ſimul cōplexi fuiſſemus.Singulis actionibus.nā plures actōes in una cā hēbant:q

uidimus factum aduersus Priscum. Dies.quia interuentu noctis senatus soluebatur. Latera. uires. spiritus. Nominibus.reorum. Ne gratia singulorum collata.sensus est uerebamur si omnes simul accusarentur ne gratia quam unusquisq; eorum habebat apud unum aliquem senatorum si simul conferretur prodesset etiam omnibus respectu huius:& illius. Omnium nam aliqui inuisi absoluti fuissent fauore gratiosorum reorum. Potentissimi.rei uel gratia:uel diuitiis. Dato.exposito.damnato. Viliissimo.conditionis infimæ. Quasi piaculari.tanquam ad expurgationem cæterorum reorum:piacularia auspicia arbitrabatur antiquitas: quæ sacrificantibus tristia portendebãt: & Seruius piaculum duo significare credidit:purgationem:& contaminationẽ. Piaculare

ne uox:ne latera deficerent:si tot crimia: tot reos uno uelut fasce complecteremur.deinde ne iudicum intentio multis nominibus: multisq; causis non lassaretur modo:uerumetiam confunderetur mox ne gratia singulorum collata:atq; permixta pro singulis quoq; omnium uires reciperet. Postremo:ne potentissimi uilissimo quoq; quasi piaculari dato:alienis pœnis elaborentur. Etenim tũ maxime fauor:& ambitio dominatur:cum sub ali qua specie seueritatis delitescere potest. Erati cõsilio Sertorianum illud exemplum:qui robustissimum:& firmissimum militem iussit equi caudam: reliqua nosti.Nam nos quoq; tam numerosum agmen reorum:ita demum uidebamus posse superare:si per singulos carperetur.placuit imprimis ipsum Classicum ostendere nocentẽ:hic aptissimus ad socios eius:& ministros transitus erat:quia sociii:ministriq; probari nisi illo nocente non poterant.Ex qbus duos statim Classico iunximus: Bebium probum:& Fabium Hispanum:utrũq; gratia: Hispanum etiam facundia ualidum: & circa Classicum quidem breuis:& expeditus labor. sua manu reliquerat scriptum:quid ex quaq; re:qd ex quaq; causa accepisset.miserat etiã epistolas Romã ad amiculam quandam iactantes:& glorioſas his quidem uerbis:Io Io liber ad te uenio.Iam sex tertiũ quadragies redegi parte uẽditaBethycoꝝ. Cõtra Hispanũ:& Probũ multũ sudoris, horum

Ambitio.fauor quæsitus blanditiis: & præcibus. Erat in cõsilio.accedebat ad nostrum consilium:& nos nõ mediocriter mouebat. Sertorianum illud exemplu3.Sertorius corporis robore: atq; animi consilio parem naturæ indulgentiã expertus:proscriptione Syllana dux Lusitanorum fieri coactus cu3 eos ratione flectere non posset:ne cum romanis uniuersa acie confligere uellent statuit ita obiicere hosti:ut periclitarentur:ipse uero cu3 reliquis copiis in tempore subueniret.Quare multis uulnerib9 cõfectos: qui iniussu suo pugnã inierant suppetiis opportune laris in castra reduxit:nec mltos post dies uafro consilio in sua3 snia3 perduxit.duos enim in conspectu eoru3 constituit equos:alterum ualidissimum: alterum infirmissimum: ac deinde ualidi caudam ab imbecillo sene paulatim carpi:infirmi a iuuene eximiarum uiriũ uniuersam conuelli iussit: obtemperatũ imperio est.sed dum adolescentis dextera irrito se labore fatigaret.senio confecta manus ministerium est executa.tunc barbaræ concioni quorsum res ea tẽderet cognoscere cupienti:subiecit Sertorius:equi caudæ consimilem esse nostrum exercitum:cuius partes aliquis aggrediens opprimere possit:uniuersum conat9 prosternere:celerius tradiderit uictoriã: q̃ occupauerit.Ita gens barbara aspera: & regi difficilis in exitium suum ruens, quam utilitatem auribus respuerat: oculis peruidit.hæc Valerius Maximus:Plutarchus: & Iulius Frontinus in suo stratagematico. Sertorius de quo

Equi caudam.simul totam conuelli. Reliqua. reliquum historiæ de equis. Agmen. multitudinem translatum uerbum ab historicis: nec immerito: cum sermo per comparationem ab historia dependeat. Carperetur. uelitaretur.excipere tur. nam carpi agmen dicitur:cum aliquis intercipitur militum. Nocentem. obnoxium criminibus tanquam principem. Aptissimus. iustissimus. commodissimus. Transitus. descensus ad accusandum. Gratia.beniuolentia senatorum. legitur etiam genere. ideſt nobilitate. Expeditus.facilis ad comprobanda crimina. Sua manu.manus non tantum corporis membru3:sed & proprias litteras significat:q; etiam nunc uulgo usurpamus:& amanuenses scribẽdi ministri a manu dicti sunt. in masculino manus bonum significat.ut in carmine saliarii cerum manum:creatorem bonu3 dixerũt. Manus

Amiculam.meritriculã. Massurius libro memorabiliu3 scribit pellicẽ apud antiquos eã habitã:quæ cũ uxor non esset:cum aliquo uiuebat,quam nunc uero noĩe amicã:paulo honestiori uocabulo cõcubinã appellari paulo referẽte.amiculũ uero diminutiuum ab amictu. Io io liber ad te uenio.instar rhythmi.io io lætãtiũ uox. Liber.a debitis.solutus:& a pauptate.diues. Sextertiũ quadragies.q̃drigẽta millia nũmũ. Redegi.accumulaui.expleui. Vẽdita pte.distracta:& alienata bonoꝝ pte.an magis Classicũ iactãter scripsisse Bethy.hoiu3 pté uẽdidisse qd maioris crimis fuit:q̃ eoꝝ bõa uẽdidisse.Sudoris labo

ris:ab eo quod ſequitur. Ingrederer.attingerem.ordirer. Miniſterium.turpe miniſtrorum officium. Crimen eſſe.perinde teneri ac ſi ipſi authores forent.Marcellus.ff.xlyiii.in comites quoq; iudicium:qui repetundarum rei ſunt:iudicium datur.Gratianus:& Valent.Auguſti.non ſolum miniſtros præſidum prouinciarum:repetundarum teneri cenſuerunt:ſed etiam in quadruplum:quæ rapiunt exoluere cogũt codice ad legem Iuliam repetundarum. Defendebantur.ab aduocatis ut Claudio Reſtituto. Negarent.non fuiſſe miniſtros ſcelerum Claſſici. Neceſſitati.q; coacti imperio ea patraſſent. Prouinciales,

Claudius Reſtitutus

Bethycos. Claudius Reſtitutus.orator eloquentiſſimus:& Cæcilio amicus: ad quem alibi epiſtolæ eiuſdem. Valerius Mart.quantæ authoritatis eſſet natale3 eius celebrans oſtẽdit ibi.Octobres age ſentiat calendas Facundi pia Roma Reſtituti.Linguis omnibus:& fauete uotis Natalem colimus:tacete lites. Vigilãs. prouidus.intẽtus. Quamlibet ſubitis. ad quantumuis improuiſa:& inexpectata. Caliginis.cæcitatis:ignorantiæ:

Extorta.conuerſa in rem noſtra3. In quibus.iam enim parauerat Reſtitutus probare miniſterium non eſſe crimen:in hoc omnem defenſionis ſuæ fiduciã collocans:neq; in eo exiſtimans aduerſariũ elaboraturum. Exitus conſilii noſtri. euentus noſtræ actionis:quã ex conſilio cœperamus. Ante. prouinciam anteq; proconſul in Bethycam iret. Illa.bona: quæ habuiſſet ante proconſulatum placuit ſenatui relinquere filiæ Claſſici.

Hæc.quæ in proconſulatu comparauerat relinquenda Bethycis ſpoliatis.Additum eſt.huic ſententiæ. Soluerat.Claſſicus. Reuocarentur.redimerentur a creditoribus. Graue.miniſteriu3 res atrox apparuit. Chilonium Priſcũ.alii legũt Tilonium:nonnulli Stilonium tãta exẽplarium uarietate confundente. Tribunus cohortis.una quæq; legio decem cohortes continebat:prima cohors reliqs: & numero militum:& dignitate præcedebat.pedites habebat mile centũ qnq;: equites loricatos centum triginta duos: cui præerat tribunus maior:ac deinceps cæteræ ſequebantur: quorum militum numeru3 Flauius Vegetius:& eum ſecutus ad uerbum Modeſtus tradiderunt.idicabo tamen apud Vegetiu3 mendoſe legi ſecundã cohortem:quæ pedites qngentos quinquaginta quinq;:equites loricatos ſeptuaginta ſex continebat appellatam quiquagenariã: cum:& ratione maioris numeri.& aliorum authoritate quingentariam norimus appellandam: non minori cenſura indiget locus Seruii grammatici:ubi legionem ſcribit ſex tantum cohortes habuiſſe: cum præter ſuperiorum ſcriptorum ſententiam Gellius libro decimoquinto decem cohortes in una quaque legione fuiſſe aſſerat.accepimus a Liuio Turmam equitum eſſe.cohortem peditũ.adde quod apud græcos interdum non diuerſus militum in cohorte numerus fuit:nam Plutarchus cohortem quingẽtos habuiſſe uiros confirmat:ſic Curtius Rufus:ſed ab Alexandro in mile uſq; uiros creuiſſe:antea inqt qngentariæ cohortes erant:quãuis paſſim corrupte legatur quinquagentariæ:niſi.tamẽ apud ueriora exẽplaria manuſcripta.in quibus ſana lectio adhuc extat.Cohors inſuper:& per ſyncopen cohors:locus eſt ad pullos educandos idoneus. Interdictum.uetitum.relegatum. Plures.reos. Congregare.ſimul cõplecti. Iuſtitia cognoſcentium.iuſti ſenatores crimina examinantes. Langueſceret.refrigeret. debilitaretur: Alioquin.inſuper. Hunc in locum.in tertiam actionem:ad hunc finem ut una complecteremur. Excepta.quia non erat minor ut alii:nam:& proconſulum uxores coguntur ad reddenda3 ratio-

Chilonius

Tribunus Cohors

Vegetii locus

Seruii locus

Turma

Curtii locus

antequam crimina ingrederer: neceſſarium credidi elaborare:ut conſtaret miniſteriũ crimen eſſe: quod niſi feciſſem: fruſtra miniſtros probaſſem: neque enim ita defendebantur: ut negarent: ſed ut neceſſitati ueniam præcarentur. eſſe enim ſe prouinciales:& ad omne proconſulum imperiũ metu cogi. Solet dicere Claudius Reſtitutus:qui mihi reſpondit uir exercitatus:& uigilans: & quamlibet ſubitis paratus nunquam ſibi tantum caligi nis:tantumque perturbationis effuſum: quantũ: cum prærepta: & extorta argumenta defenſioni ſuæ cerneret:in quibus omnem fiduciam reponebat.Conſilii noſtri exitus fuit:bona Claſſici: quæ habuiſſet ante prouinciam:placuit Senatui:a reliquis ſeparari:illa filiæ:hæc ſpoliatis relinqui. Additum eſt:ut pecuniæ quas creditoribus ſoluerat reuocarentur:Hiſpanus:& Probus in quinquennium relegati:adeo graue uiſum eſt: quod initio dubitabatur an omnino crimen eſſet.Poſt paucos dies Clau.Fuſcum Claſſici generum:& Chiloniũ Priſcum:qui tribunus cohortis ſub Claſſico fuerat:accuſauimus diſpari euentu.Priſco in biennium Italia interdictum.Abſolutus eſt Fuſcus: accuſatiõe tertia commodiſſimum putauimus plures congregare:ne ſi longius eſſet extracta cognitio: ſocietate:& tædio quodam iuſtitia cognoſcentium:ſeueritaſq; langueſceret:alioquin ſupererant minores rei data opera hunc in locum reſeruati excepta tamen Claſſici uxore:quæ ſicut implicita ſuſpitionibus.ita non ſatis conuinci probatio-

nem.Iulianus.ff.primo.proficiſci autem proconſulem melius quidem eſt ſine uxore: ſed: & cum uxore poteſt: dum modo ſciat ſenatum Cotta:& Meſſalla coſſ.cenſuiſſe futurum:ut ſi quid uxores eorum: qui ad officia proficiſcuntur:deliquerint:ab ipſis ratio:& uindicta exigatur. Non ſatis conuinci.non ſufficienter poſſe oſtendi noxiam. Probationibus:quæ ab hiſpanis contra illam producebantur. Hærebat.detinebatur.nulla in ea ſuſpitio erat:non modo probatio. Extrema actiõe.in ultima actionis parte:potius q̃ in tertia actione:erat enim is locus contra Claſſici filiam in extrema tertiæ actionis parte.

nibus uiſa eſt.nam claſſici filia .quæ & ipſa inter reos erat.ne ſuſpitionibus quidem hærebat. Itaq; cum ad nomen eius in extrema actione ueniſſem (neq; enim ut initio.ſic etiam in fine uerẽdũ erat. ne pro hac totius accuſationis authoritas minueretur) honeſtiſſimum credidi.non præmere imerentem.idq; ipſum dixi.& libere.& uarie .nã modo legatos interrogabam.docuiſſent ne me aliqd quod reprobari poſſe confiderent.modo conſiliũ a Senatu petebam.putaret ne debere me.ſi quam haberem in dicendo facultatem.in iugulum inocentis quaſi telum aliquod intendere? poſtremo totum locum hoc fine concluſi.Dicet aliquis. iudicas ergo? ego uero non iudico .memini tamen me aduocatum ex iudicibus datum hic numeroſiſſimæ cauſæ terminus fuit.quibuſdam abſolutis plũribus damnatis.atq; etiam relegatis.aliis in tẽpus.aliis in perpetuum.eodem Senatuſconſulto. induſtria.fides.conſtantia noſtra pleniſſimo teſtimonio comprobata eſt.dignum.ſolumq; par pręcio tanti laboris.Concipere animo potes q̃ ſimus fatigati.quibus toties agendum. altercandum. tã multi teſtes interrogandi.ſubleuandiq;.& refutãdi.Iam illa.q̃ ardua.q̃ moleſta tot reorum amicis ſecreto rogantibus negare .aduerſantibus palam obſiſtere.referam unum aliquid ex omnibus:quæ dixi.Cum mihi quidam ex iudicibus ipis pro reo gratioſiſſimo reclamarent.non minus iquam hic inocẽs erit.ſi ego oia dixero.coniectabis ex hoc q̃ tas cõtẽtiones.quãtaſq; offenſas ſubierimus dũtaxat ad breue tps.Nã fides in p̃ſentia eos.qbus reſiſtit.offẽdit.deide ab illis ipſis ſuſcipit.laudaturq;. Non potuit te magis in rem pręſentem perducere.

Pro hac.gratia filiæ Claſſici. Ipſum. q; putabam turpe innocentem urgere.

Dixi.tractaui. Legatos. bethycos.

Docuiſſent.inſtruxiſſent. Reprobari refelli:dilui. In iugulum.in pniciẽ. Intendere.dirrigere:infigere. Totũ locũ. illam cauſæ partem pertinentem ad filiá Claſſici. Dicet aliquis Fabius libro nono inter figuras proſopopœiæ:& hãc cõ numerans inquit: eſt & incerta perſona ficta oratio:ut hic aliquis:dicat aliquis.

Datum.ſolitos dari aduocatos litigantibus a ſenatu iam ſupra memorauimus

Numeroſiſſimæ.multiplici. magnum reorum numerum continenti. Terminus.finis. Eodem.quo pronunciatũ eſt in Claſſicũ:& miniſtros eius. Par.æquale meritum combrobari teſtimõio ſenatus. Precio.nam abſtinebat Secundus in agẽdis cauſis ab omni pecunia: & munere contentus ſola laude. Altercandu;. contendendum. Teſtes interrogandi. circa teſtes:ut eius præceptor inquit maximus patronis ſudor eſt:nam ſũmis artibus interroganti opus eſt: timidus eni terreri:ſtultus decipi:irracundus concitari:ambitioſus inflari:longus protrahi poteſt:prudens:& conſtans:uel tanquã inimicus.& peruicax dimittendus ſtati: uel aliqua facetia refrigerandus. Subleuandi.adiuuandi ſi quid titubauerint opportuna rurſus eius:a quo producti ſunt interrogatione uelut in gradum reponendi:quare ſecundum Archadium quorum teſtium fides non uacillat frequens ,uſus adhibendus eſt. Refutandi. imprimis conditio cuiuſq; teſtis exploranda:an decurio:an plebeius:an honeſtæ uitæ:& inculpatæ:an notatus: & repræhenſibilis: an locuples:uel egenus:an inimicus: an amicus:nam ſi careat ſuſpitione teſtimonium:uel propter perſonam a qua ferẽ: q; honeſta ſit:uel propter cãm:q; neq; lucri: neq; gratiæ:neq; inimiciciæ cauſa ſit:admittendũ eſt.lege Iulia de ui cauetur ne liceat in reum dicere teſtimonium ei:qui ſe ab eo:parente ue eius liberauit:qui ue impuberes erunt. qq; iudicio publico dãnatus erit:qui eorũ in integrũ reſtitutus nõ erit:qui ue cũ beſtiis ut depugnaret ſe locarat:qui ue in uinculis cuſtodia publica erit:quæ palam quæſtum faceret:fecerit ue:qui ob teſtimonium dicendum pecuniam accepiſſe iudicatus:uel conuictus erit.hæc Caliſtratus. Negare:quæ pro reis petebant:neque uelle deſiſtere ab accuſatione. Vnum aliquid.unam quandam rem. Gratioſiſſimo admodum fauorabili.cariſſimo. Reclamarent.improbarent cum clamore quæ dicerem. Nõ minus inq̃.ſenſus eſt:ſi ego omnia in illum dicam:quæcunq; potero:non ideo erit magis nocens:nam mea accuſatio nõ faciet eũ magis nocẽtẽ:q̃ eſt. Nõ erit minus innocens.i.non erit nocẽs:& crimini obnoxius qui.n.minus innocẽs eſt:nocens eſt. Ex hoc.dicto. Offenſas.inimicicias. Suſpicit. uenerat. legitur:

&. Suſcipitur:ideſt approbatur. In rem præſentem perducere.rem totam cognoſcendaꝫ tibi tradere ranq̃ ſi præſens fuiſſes. Non fuit tanti.hæc cauſa non tanti erat:ut epiſtola me tam longa obtunderes.
Longa.reſpectu rerum:quas complexa eſt. Temere dixi.correctio. Sero.extra locum. Præpoſte-re.conuerſo ordine. Facit hoc Homerus: ut multa præpoſtere referat. immo ſuum opus a deci-mo traiani belli anno inchoauit: quem poſteriores poetæ æmulantes pariter obſeruarunt. Alio-quin. præterea. Perdecorum. uenuſtum mutato ordine rem narrare: ſed poetis hoc conceſſum: oratoribus interdum: hiſtoricis nunq̃.
Ideo.ut ſit perdecoꝫ. Euocatus. antè iudices.poſtulatus. Subornatus. iã do-mi inſtructus:ut hoc faceret:quod Fabi-us damnat:illæ uero inquit peſſimæ ar-tes teſtem ubornatũ in ſubſellia aduer-ſarii mittere:ut inde excitatus plus noce at:uel dicendo contra reũ cum quo ſede rit:uel cũ adiuuiſſe teſtimõio uidebitur faciendo ex induſtria multa ĩmodeſte:& intemperanter:per quæ nõ a ſe dictis tm detrahat fidem:ſed cæteris quoq̃: qui p fuerant:auferat authoritatẽ. Exarma-ret.ĩfirmaret.debilitaret.exarmatos leo nes:pardos:& urſos dicit Lampridius ci cures:manſuetos:edentulos: exungues.
Norbanum Licinianum.fuit alius Nor ban⁹ p̃fectus p̃torii:qui in necem Domi tiani coniurauit. Legatum.in numero legatoꝝ Bethycorum. Inquiſitorẽ.præ fectum inquirendis criminibus. Cau-ſa.accuſatione. Præuaricaretur.Defie-cteret a præſcriptiõe ſui officii:& aduer-ſarii Caſtæ faueret.præuaricari authore Marcello eſt uera crimina abſcondere:
Præuarica ri. tergiuerſarii in uniuerſum ab accuſatio-
Tergiuer-ſari ne deſiſtere.is autem ſecunduꝫ Vlpianũ præuaricator proprie dicitur: qui publi co iudicio accuſauerit.cæterũ aduocat⁹ nõ proprie præuaricator dicitur. Cau-tum.ſancitum: prouiſum. Vlpianus de publicis iudiciis.is qui reus fact⁹ eſt pur gar̃ ſe debet:nec ãte poteſt accuſar̃:q̃ fue rit excuſatus conſtitutionibus enim ob-ſeruatur:ut non relatione criminũ: ſed ĩ nocentia reus purgetur. Reus peraga-tur.accuſatio perficiatur anteq̃ de præ-uaricatione quæratur. Optime.cum ra tione:laudat hanc legem. Fides. ueri-
Legat⁹ nõ accuſatur. tas:quia æſtimatur non audere accuſare:niſi perficere intenderet accuſationem. Ordo legis. ut prius peragatur reus q̃ de præuaricatore quæratur. Legati nomen.quod ſemper ſacroſanctũ habituꝫ eſt. & eius iniurias populus ro.ſeuere ultus eſt. Vlpianus legati non cõpelluntur ſe Romæ defendere: q̃diu le-gationis cauſa hic morantur:qđ:& Iulianus ſcribit:& diuus pius reſcripſit.quare Paulinus cenſuit apud ſecũdũ libro quarto referendũ de Theophane legato:cũ legationi renunciaſſet. Venuleius de accuſatio nibus.nos accuſare non licet legatũ imperatoris:ideſt prælidẽ prouinciæ ex ſententia Lentuli dicta Syl-la:& Tyrone coſſ.itẽ legatũ prouincialem eius dũtaxat criminis:q̃ ante cõmiſerit:q̃ in legationẽ ueni-ret:itẽ magiſtratũ popu.ro.eum ue qui reipublĩ.cauſa abfuerit:dũ non retractandæ legis cauſa abfuerit
Inuidia.Maliuolentia. Domitiani tẽporibus uſus.delator:& bonorum accuſator ſub Domitiano.
Vt multi.alii fuere:quia talia uidebant placere principi.numerantur inter delatores:Carus:Maſſa:Ve iento. Subicius:Regulus. Prouincia.Bethyca. Inquirendum.reos. Fidelis bethy. Ab illo.Claſſico.
Dari diem ad dilluenda crimina.decerni præfixum diem ad defendendum:quæ obiiciebantur. Neu trum.nec ut reum prius perageret:nec ut in aliud tempus defenſionem protraheret Confidenter.au-dacter in malam partem:quod mali plærunq̃ faciunt:& tamen a multis iuſtam cauſam tueri credun-tur.Iuuenalis.Nam cũ magna malæ ſupereſt audacia cauſæ Creditur a multis fiducia. Multa.crimi-

re.dices non fuit tanti.quid enim mihi cũ tam lon ga epiſtola? Nolito ergo idemtidem quærere: qd Romæ geratur:& tamen memento etiam nõ eſſe epiſtolam longã:quę tot cognitiones:tot dies:tot deniq̃ reos:cauſaſq̃ complexa eſt:quæ omnia ui-deor mihi non minus breuiter:q̃ diligenter proſe-cutus:temere dixi diligenter.Succurrit quod prę terieram:& quidem ſero:ſed(q̃q̃ præpoſtere)red detur:facit hoc Homerus: multiq̃ illius exẽplo. eſt alioquin perdecorũ:a me tamen non ideo fiat. e teſtibus quidam ſiue iratus: quod euocatus eẽt inuitus:ſiue ſubornatus ab aliquo reorum:ut ac-cuſationem exarmaret:Norbanum Licinianũ le-gatum:& inquiſitorem reum poſtulauit:tanq̃ ĩ cã Caſtæ(uxor hæc Claſſici)præuaricaretur.Eſt le ge cautũ:ut reus ante peragat̃:tunc de p̃uaricato re quæratur:uidelicet:qa optime accuſatione ipa accuſatoris fides ęſtimatur:Norbano tamẽ:nõ or do legis:non legati nomen:nõ inqſitionis offiñ p̃ fidio fuit:tanta conflagrauit ĩuidia homo alioqn flagitioſus:& Domitiãi tẽporibus:ut multi: uſus: electuſq̃ tunc a prouincia ad inquirendũ: nõ tãq̃ bonus.& fidelis.ſed tãq̃ Claſſici inimicus: erat.n. ab illo relegatus.dari ſibi diem ad diluenda crimi na poſtulabat.neutrũ impetrauit.coactus eſt ſta-tim reſpondere:reſpondit(malum.prauumq̃ ige niũ hois facit.ut dubitẽ cõfidẽter.an conſtanter) certe paratiſſime.obiecta ſunt multa.quæ magis. q̃ pręuaricatio nocuerunt.quinetiam duo cõſula

na.Pomponius Rufus.ſic legendum ex uetuſto codice:& q̄ libro quarto eundem peritum:& uehementem in dicendo fuiſſe aſſerat. Libo Frugi. Annium Libonem conſulem.M. Antonini philoſophi patrum Capitolinus recitat:& Libonem eiuſdem imperatoris legatum in Syria interiiſſe non ſine ueneni ſuſpitione. Læſerunt eum teſtimonio.contra Norbanum teſtimonium dixerunt. Adfuiſſet accuſatoribus.adiuuiſſet accuſatores. Saluii.Liberalis.de quo in præcedentibus. In inſulam.incertum in quam inſulam:conſueuerant romani in aſperrimas inſularū:ut Cyclades:& ſporades deportare nocentes atrocium ſcelerum:ſi autē mollius darēt exilium in humaniores:uel inſulas:uel prouincias. Preſſi.inſtiti:dicendo īmorat⁹ ſum. Corruiſſet.damnatus eſſet. Accuſatore præuaricationis.Norbano accuſatore Caſtæ damnato:quod præuaricaretur ab officio ſuo: & Caſtæ faueret.

Pompo. Rufus

Libo Frugi

res Pomponius Rufus:& Líbo Frugí læſeruntꝫeū teſtímonío:tanq̄ apud íudícē ſub Domítíano Saluíí líberalís accuſatorıbus adfuiſſet:damnatus:& ín ínſulam relegatus eſt.Itaq; cum Caſtam accuſarem nihíl magís preſſi:q̄ q̄ accuſator:eius præuarícatíonís crímíne corruiſſet.Preſſī tamen fruſtra.Accídít ením res contraría:& noua:ut accuſatore p̄uarícatíonís dāmato: rea abſolueret.Quæ rís:quíd nos:dum hæc aguntur:índícauímus Senatuí ex Norbano dídícíſſe nos publícā cauſam: rurſuſq; debere exíntegro díſcere:ſi ílle præuarícator p̄baretur:atq; ita:dum ílle peragítur reus: ſedímus.Poſtea Norbanus omnıbus díebus cognítíonís ínterfuít:eandem uſq; ad extremum: uel cōſtātíam:uel audacíam pertulít.Interrogo ípſe me an alíquíd omíſerím rurſus:& rurſus.pene omíſí.Sūmo díe Saluíus Líberalís relíquos legatos grauíter íncrepuít tanq̄ non omnes:quos mandaſſet p uíncía reos peregíſſent:atq; ut eſt uehemens:& díſertus ín díſcrímen adduxít:protexí uíros optīos: eoſdemq; gratíſſímos:míhí certe debere ſe prædícant: q̄ íllū turbínē euaſerít.híc erít epíſtolę fínís: re uera fínís.líttera non addam:ét ſí alıq̄d p̄terííſſe me ſenſero. ℂ C.Plíní⁹ Spurínæ: & Coccíæ.S.

Diſertus

Turbo

COmpoſuíſſe me quædam de fílío ueſtro non díxí uobís:cum proxíme apud uos fuí:prímum.quía nō ídeo ſcrípſeram: ut dícerem:ſed ut meo amorí:meo dolorí ſatíſfacerē Deínde quía Spurína cum audíſſes recítaſſe me: ut míhí ípſe díxíſtí:quíd recítaſſem ſímul audíſſe credebam: præterea uerítus ſum ne uos feſtís díebus confunderem: ſí ín memorıam grauíſſímí luctus reduxíſſem. Nunc quoque paulíſper hæſítauí íd ſolum: quod recítauí mítterem exígē

Senecæ locus

COmpoſuiſſe: Veſtricius Spurinna rebus bellicis:& doctrina excellens Cocciam Saluii Cocciani a Domitiano interfecti filiam duxit uxorem:ex qua filium Coccium ſingularis indolis ſuſcepit:qui iuuenis admodum mortuus triumphali ſtatua donatus eſt ab impatore in ſolatium orbitatis paternæ:& uictoriæ præmium de uictis Bructeris.in laudē igitur filii Secūdus q̄dam lucubrauerat parentibus íſcíís:ea nūc per epiſtolā præter cæteras familiarē legenda illis trāſmittit. Deinde ordo:& ſenſus eſt:o Spurinna deinde:cū audiſſes me recitaſſe illa:ut tu ipſe mihi dixiſti quia ſimul etiam credebā audiſſe:& cognouiſſe quid recitaſſem.i.totam ſūmam rei. Feſtis.lætis. Cōfunderē:perturbarē. Reduxiſſem.uos legentes ſcripta de Coccio. Grauiſſimi luctus.quē habuiſtis in

obitu filii. Adiicerem.mitterem etiam illa. Affectibus.amori.Prosequi memoriam.honestis scriptis memorare Coccium.Lautius.diutius. Dispensata.limata.uulgata. distributa. Digesta.per ordinem disposita. Amicius.non amicicius:nam ab amico comparatiuum fit amicior:quo Ouid.utitur. Intra uos.apud uos secreta. Indicetis.placet magis q̃ si legatur iudicetis. Difficile est hucusq;.uerba sunt q̃ dici possent a Spurinna:& Coccia. Intendere.dirigere ad inquisitionem rerum. Difficile.Secundi uerbum concedentis superiora. Sculptorem.marmorarium:statuarium. Quid exprimere.quem gestum & habitum referre. Immortalem.litterarum enim monumenta statuis diuturniora. (Vt uos putatis.dicta hæc ut iactantiam declinaret. Hoc.táto magis.

tibus uobis:an adiicerem:quæ in aliud uolumen cogito reseruare:neq; enim affectibus meis uno libello sanctissimam mihi: & carissimam memoriam prosequi satis est:cuius famæ latius consuletur:si dispensata:& digesta fuerit. Verum hæsitãti mihi an omnia:quæ iam composui uobis exhiberẽ:an adhuc aliqua differrẽ:simplicius:& amicius uisum est omnia:præcipue cum affirmetis intra uos futura:donec placeat emittere.qd̃ superest rogo:ut pari simplicitate: si qua existimabitis addenda:commutanda: omittenda indicetis mihi.difficile est hucusq; animum intendere in dolore.difficile:sed tamẽ ut sculptorem:pictorem:qui filii uestri imaginem faceret:admõeretis:quid exprimere:quid emendare deberet:ita me quoq; formate:rigite:qui non fragilem: & caducam: sed immortalem: ut uos putatis:effigiẽ conor efficere: quæ hoc diuturnior erit:quo uerior:melior: absolutior fuerit.

¶C.Plinius Iulio Genitori.S.

EST omnino Arthemidori nostri tam bẽigna natura.ut officia amicorum in maius extollat.Inde etiam meum meritum: ut uera.ita supra meritum prædicatione circumfert.Equidem cum essent philosophi ab urbe summoti.fui apud illum in suburbano.& quo notabilius.hoc erat periculosius eẽt.fui prætor. pecuniã etiã.qua tũc illi ampliore opus erat. ut æs alienũ

ESt omnino. Arthemidorus philosophus a Secundo bene affect9 beneficiorum memor apud Iulium Genitorem copiosum:& grauem in dicendo magistrũ maximis laudibus illuz cumulauerat qd̃ per Genitorem edoctus Secundus eidez rescribit non esse mirãdum:cum eius naturæ sit Arthemidorus:ut amicorum facta in maius extollat:explicat tamen: q; pro eo periculum subierit. Nostri amici. Arthemidori.fuit Arthemidorus Daldianus)Daldis autem ciuitas Lydiæ)philosophus:qui somniorum interpretamẽta libris quattuor:& augurandi disciplinam:ac chiromanticam scripsit aliũ Arthemidorum cognomento Pseudaristophanium legimus coquinariaruz dictionum collectorem. Arthemidori meminit Martia. In maius.supra ueritatem.

Arthemidorus

Circũfert.omnibus narrat.diuulgat.

Philosophi ab urbe sũmoti Domitião iubent philosophi sunt eiecti non soluz urbe: sed etiam Italia. authores habeo Tranquillum:&Gellium:qua tempestate Epictetus quoq; philosophus ob eandem causam Roma Nicopolim cõcessit.quidam insuper græcorum . tradunt multos philosophorum Domitia.necesse:reliquos uero relegasse philosophis ét mathematicos addidisse.Euseb9i chronicis bis per edictum urbe philosophos interdictos testatur. Suburbano . uilla iuxta urbem. Fui prætor. tunc gerebã præturam:cuius rei mentionem facit libro septimo duo prætores creabãtur in urbe:qui præessent iuridicẽdo. alter qui urbanis:alter qui peregrinis ius diceret.Liuii abbreuiator refert numez; prætoz; ampliatũ:ut essent quattuor Mar.Tullius i Miloniana cõnumerat:septẽ prætores suæ salutis authores:captis deinde prouinciis totidem prætores: quot prouinciæ in ditionẽ uenerant:creati sunt secundũ Põponiũ iurisconsultũ partim:qui urbanis rebus:partim qui prouincialibus præessent:deinde Cor.Sylla quæstiones publicas constituit ueluti de falso:de parricidio:de siccariis:& prætores quattuor adiecit.deinde.C.Iulius Cæsar duos prætores ĩstituit: ita ut fierent duodecí numero.idẽ tradit sexdecí prætores creasse Augustũ:& Tranquillus ab eo prætorũ numez; ampliatũ:perinde ac si prius tantũ octo fuissent.Diuus Claudius duos prætores adiecit : qui de fideicõmissis ius dicerent:ex quibus unũ diuus Titus detraxit. Nerua unũ adiecit:qui inter fiscum: & priuatos ius diceret.ita decem:& octo prætores in urbe ius dicebant:eum prætorem qui fideicõmissis ius dicebat fideicõmissariũ appellatũ scribit Iustinianus.Liuius monumentis reliquit creatos prætores:qui præessent prouinciis ad bellicas res tractãdas:ut ex ordine belli:exercituq;:quẽadmodũ consules haberent potestatẽ:erant.n.uelut minores duces:qbus una legio mixtis auxiliis decẽ milia peditũ:& duo millia equitũ dabant.Hor.in epistolis p̃toré:q; militibus p̃esset:ĩperatoré uocat.M. Varro:q; pplis p̃sit p̃toré dictú putat. Ampliore.maxía cõparatiuũ pro superlatiuo. Aes alienũ quod aliis debeat.

Philosophi ab urbe moti

Prætor

Contractum.comparatum:mutuo ſumptum.Pulcherrimis cauſis.honeſtiſſimis rationibus. Muſantibus.dubitantibus.uerentibus.nam muſare interdum uereri:& dubitare:quandoq; tacere:nonnunq̃ ob murmurare ſignificat ſic muſitare.opinor uerbum deductum:ſicut mutus ab.m.littera: quã dubitãtes: & muti exprimunt imprimis. Amicis.Arthemidori. Magnis.magnæ authoritatis. Mutuatus ipſe. cum mutuo ab aliis accepiſſem:quantum debebat Arthemidorus. Dedi gratuitam.largitus ſum ei. Senectione.Herennio Senectione:de cuius interitu repete:quæ libro.i.rettulimus.fuit:& Soſſius:& Sépronius Senectio iiſdem temporibus:& alii prius Senectiones. Senectio inſuper herba:quæ a græcis erigeron uocatur. Ruſtico.Iunio Aruleno Ruſtico: de quo pariter ſupra.fuit:& Iunius Ruſticꝰ tradente Iulio Capitolino ſtoicus præceptor Antonini philoſophi domi:militiæ q; polens:quem idem imperator imprimis reuerebatur:cui omnia cõſilia:& publica: & priuata cõmunicabat: & ante præfectos prætorio oſculum dabat:quẽ conſulem iterum deſignauit: ac ei poſt obituꝫ ſtatuas a ſenatu poſtulauit. Heluidio.Heluidius Priſcus municipio Tarracinæ:patre Cluuio ingenium illuſtræ philoſophiæ dedit:quam totam ad animi bona exercuit:adhuc quæſtoruꝫ Pætus Thraſea generum aſſumpſit:deſponſata ei Fannia:is omnibus uirtutibus præditus libertate præſertim:ruina ſoceri ab Italia relegatus:Galbæ principatu reſtitutus:cuius cadauer permiſſi Othonis ſuſtulit:dein prætor deſignatus in eo honore præeunte Plauto Heliatio pontifice fondamenta capitolii reſtituendi iecit quem ex Syria reuerſum nunq̃ Veſpaſianum imperatorem ſalutantem:& in prætura omnibus edictis ſine ulla mentione ac honoris præfatione trãſmittentem æquo animo paſſus eſt imperator:donec Thraſeæ audaciam importune imitans:& inſolentiſſimis altercationibus pene Cæſarem in ordinem redigens a tribunis plebis compræhenſus miniſtris traditur conturbato Veſpaſiano:& cum lachrymis e ſenatu egreſſo tantum hoc prælocuto: mihi filii ſuccedent:aut nemo:ſed prius illum relegauit:deinde iuſſit interfici:mox pœnitentia ductꝰ magni æſtimauit ſeruare quoquomodo miſſis:qui percuſſores reuocarent:& ſeruaſſet utiq;:niſi iã periiſſe falſo nũciatuꝫ eſſe:huius filius nomine Heluidius poſtea a Domitiano occiditur:quod quaſi ſcenico exodio ſub perſona Paridis:& Oenones diuortium imperatoris cum uxore tractaſſet:quem nunc Secundus ſignat: nam cum patre nulla propter ætatem potuit fuiſſe amicicia:altius tamen patris hiſtoriam repetiuimus: q uideo Tranquilli interpretem ſcripſiſſe Heluidium patrem a Domitiano morti datum:nec contẽtus hoc ſtatim repetat.ſanguinarius princeps non contentus interfeciſſe uirum ſanctiſſimum Heluidiũ patrem:occidit:& filium:poterat ſane admoneri ex recenti lectione in Veſpaſiani uita:ubi legerat illũ percuſſum iuſſu Veſpaſiani:ſed demus ueniam alienis erroribus:ut:& noſtris aliquando ĩpetremus. Mauricco.Iunio Mauricco in exilium pulſo:de quo pariter libro primo. Gratilla.Pomponia Gratilla Aruleni Ruſtici uxore:quæ poſtea exhæredato filio Aſſudio Curiano legatum Secundo:& cohæredibus reliquit. Arria.Arrias tres celebratas comperio primam Cecinnæ Pæti uxorem:quæ marito:& ſolatiuꝫ mortis:& exemplum fuit:ſecundam filiam prioris:& uxorem Pæti Thraſeæ:quæ cognito ſenatuſconſulto aduerſus maritum:& ipſa exemplũ matris ſequi uoluit:ni a Thraſea eſſet admonita ut uiueret: & Fanniæ filiæ ſubſidium unicum eſſet:quam Secundus libro octauo teſtatur cum Fannia poſt interitum Domitiani ab exilio rediiſſet:tertiam Arriam Fatidillam Antonini pii:qui poſtmodum imperauit matrem:ſecundam Arriam nunc intelligit. Fannia.duæ fuerunt Fanniæ una:quæ.C.Marium captũ iuſſu Miturnenſium detinuit in domo:altera Thraſeæ:& Arriæ filia Heluidio deſponſata:quæ bis maritũ ſecuta in exilium:tertio ipſa propter maritum relegata:nã cum Senectio reus eſſet:quod de uita Heluidii libros cõpoſuiſſet:& in defenſionem ſui dixiſſet ſe rogatũ a Fannia ut hos ſcriberet: quærente minaciter Metio Caro an rogaſſet:reſpondit;rogaui:an cõmẽtarios ſcripturo dediſſet:dedi:an ſciente matre Arria: neſciente:poſtremo nullã uocem: qua periculũ euitaret emiſit.quinẽt illos ipſos libros:q̃q̃ ex neceſſitate:& metu temporum abolitos ſenatuſcõſulto publicatis bonis ſeruauit:habuit:tulitq; in exiliũ exilii cauſam. Fulminibus. hanc rem tangit in fine panagyrici: utrunque inquit noſtrum ille optimi cuiuſque ſpoliator:& carnifex ſtragibus amicorum in proximum iacto fulmine afflauerat. Fulminibus.ſuppliciis uiolentis. Idem exitium.uel necem:uel exilium. Notis.ſignis. Ideo.q; me expoſuerim periculo:& mutuatam pecuniam donauerim. Tantum flagitium.ne amicum ab omnibus derelictum in calamitate:& ipſe negligerem. C.Muſonium.C.Muſonius Rufus genere Thuſcus equeſtris ordinis ſtudium philoſophiæ:& ſtoicorum placita æmulatus: & Plautum ad conſtantiam mortis hortatus ſtudia iuuenũ præceptis ſapiẽtiæ fouebat:bello uitelliano legatis ad Antoniũ ſe miſcuit. & in

exoluere eam

exoluerẽt cõtractum ex pulcherrimis cauſis muſantibus magnis qbuſdã. & locupletibus amicis. mutuatus ipſe gratuitam dedi. Atq; hæc feci. cum vii. amicis meis. aut occiſis. aut relegatis. occiſis Senectione. Ruſtico. Heluidio. relegatis Mauricco. Gratilla. Arria. Fannia. tot circa me iactis fulminibus quaſi ambuſtus mihi quoque impendere idem exitium certis quibuſdam notis augurarer. non ideo tamen eximiã gloriam meruiſſe me. ut ille prædicat. credo. ſed tantum effugiſſe flagitium. nam &. C. Muſonium ſocerum eius quãtum

Muſare
Senectio
Ruſticus
Heluidius
Trã. locus
Gratilla
Arria
Fannia
Muſo.

Puplicum Celerem:a quo Baream Soranum falso testimonio circumuentum arguebat inuectus est mi-
ror Suidam tradere Musonium Capitonem Thuscum ex oppido Vulsinio dialecticum:& stoicum phi-
losophum Apollonii Tyanei familiarem:quorum inuicem multas extare epistolas propter audaciam&
arguendi libertatem summam a Nerone interfectum:cum Philostratus libro septimo prodiderit Mu-
sonium in insula Gyaro relegatum fecisse fontem:ad quem omnes uisenti causa concurrebant: Dion
æque referat Musonium Philosophum a Nerone in exilium pulsum.aut igitur aperte inter se dissentiūt
aut plures fuere Musonii:q̄ ex sequenti-

Philostratus

bus magis suspicamur:naz Philostratus libro quarto scriptum reliquit Musoniū babilonium ab Apollonio sapientia secū dum iussu Neronis in carcerez detrusuz: in summo uitæ discrimine uersatum: & nisi ualido robustoque corpore fuisset in carcere proculdubio moriturum. idem in uita Herodis declamatoris asserit Mu sonium fuisse tyrrhenum:q̄q̄ mendose le gatur τυρίω pro τυρρηνῶ.ad hæc Euse. in Chronicis recitat Musonium philoso phum in signem Nerone imperāte: dein a Tito reuocatum ab exilio: cum Dion: & alii græcorum adfirment.Muciani ac cusatione impulsum Vespasianum philo sophos ab urbe submouisse præter Mu sonium.scripsit Musonius tyrrhenus ser mones ex professo philosophiam conti nentes:& epistolas si Suidæ credimus.

Per ætatem. Secundus enim Musonio sene admodum iuuenis erat. Tribunus militarem.tribunus militum essem:& in tribunatu militiam exercerem. Speci men.indicium:specioſum signum. In dolis.futuræ uirtutis. Proximum.sapiē ti.philosophuz:uel quia solus sapiens So

Sincerum

crates ab oraculo iudicatus. Sincerita te.simplicitate.sincerum authore Dona to purum sine succo:& simplex dicitur ut mel sine cæra. Hyemes frigora. Iuxta

Iuxta

pariter.in qua significatione frequentis sime Tacitus utitur:& Liuius libro qnto ab urbe cōdita:se iuxta hyeme:atq̄ æsta te bella gerer posse. In hoc. Arthemido ro. Ordinum.conditionum. Assecta-

Alioquin

toribus.discipulis.proprie locutus est:nā sectæ philosophorū dicuntur. Alioqn. in aliis.Hōesto errore.laudare supra mo dum. Pluris.maiori laude dignos.

licitum est per ætatem cum admiratione dilexi: & Arthemidorum ipsum iam tum:cum in Syria tribunus militarem:arcta familiaritate comple xus sum:idque primum nonnullius indolis dedi specimen:q̄ uirum:aut sapientem: aut proximū. simillimumq̄ sapienti intelligere sum uisus: nam ex omnibus:qui nunc se philosophos uocant: uix unum:aut alterum inuenies tanta sinceritate:tan ta ueritate.Mitto qua patientia corporis hyemes iuxta:& æstates ferat: ut nullis laboribus cedat: ut nil in cibo: in potu uoluptatibus tribuat: ut oculos:animumq̄ contineat. Sunt hæc magna: sed in alio:in hoc uero minima:si cæteris uirtuti bus comparentur:quibus meruit:ut a.C. Muso nio ex omnibus omnium ordinum assectatori bus gener assumeretur: quæ mihi recordanti est quidem iucūdum:q̄ me:cum apud alios:tū apud te tantis laudibus cumulat.uereor tamen ne mo dum excedat: quem benignitas eius (illuc enim unde cœpi reuertor) solet non tenere.Nā in hoc uno interdum uir alioquin prudentissimus hone sto quidē:sed tamen errore uersatur:q̄ pluris ami cos suos:quam sunt arbitratur.

C.Plinius Catilio Seuero.S.

VEniā ad cœnā:sed iam nunc paciscor: sit expedita:sit parca.Socraticis tantū ser monibus abūdet:in his quoq̄ teneat mo dū:erūt officia antelucana:in quæ incidere impu ne ne Catoni quidē licuit.quem tamen.C.Cæsar

VEniam. A Catilio Seuero inuitatus ad cœnam Secundus breui epistolio respondet his condi tionibus se uenturū.ut sit breuis:& frugi:nec in seue is sermonibus modum excedat: cum sit iturus ante lucem ad officia. Expedita.succincta.breuis. Socraticis.honestis:Socratis bo nitatem:ut Laertium Diogenem omittam:& reliquos per illud carmen:Cecropium superas qui bonitate senem ex libro decimo Martialis repræsentauit:quāuis interpres Epicuruz sentiat. primus enim Socrates itroduxit ethicam philosophiā ad officia uitæ necessariā. Antelucana.ante lucem Var ro in re rustica.antelucanū tēpus uocat gallicinium:sic Apuleius:apud quem legitur antelucio uolo ire p ante lucem diei. Catoni.Vticensi. C.Cæsar.C.Iulius Cæsar dictator.nam post necem Catonis: qui se met Vicæ confecit.M.Tullius laudem eius complexus est libro:qui Cato maior dicitur: hunc autem librum:& ppter ingentes uiri uirtutes:& oratoris summam eloquentiam cum Cæsar uiderer amplecti: exorsus est duos anticatones:qbus crimina Catonis colligés(fuerat.n.illi Cato in repu.hostis:ut q Cæsa. tyrānida pr̄sagire)magnā in.tm uigz iracūdiā effudit:sunt tn̄ q urbanitatis gr̄a:ut cū Ci.cōtēderet:q̄ odio aduersus defunctū scriptos opinent. Anticatonuz meminere.Fabius Tranqui.Iuuenalis:Plutarchus: & Seruius.Cicero p̄terea his uerbis ad Atticum:q̄lis futura sit Cæsaris uituperatio contra laudationē meā

Antelucanū

Anticatones

perſpexi ex eo libro:quē Hircius ad me miſit:in quo colligit uitia Catonis:ſed cū maximis laudibus meis:& eodē libro id.n ipſum putarā:qđ ſcribis:ut cū ingeniū Cæſaris noſtri ꝓbaret. argumentū uituperandi Catonis irrideret. Ita reprehendit:ut laudet. reprehēſio Catonis laudi cōiungit. Eos. petulantes iuuenes. Obuius. Cato. Ebrii. nā uino incaluit:& noctes bibēdo amicis īpartiebat:cū toto die circa negocia publica occupatus eēt:unde Memmius quidā totas noctes Catonē ebrium eē dicebat: cui Cicero num addes eū dies totos ad aleā ludere:nō uideo cur Acron in odis apud Horatiū ſuper illud: Narratur & priſci Catonis Sæpe mero caluiſſe uirtus. priſcū interpretetur cenſorinū:cū hiſtoria repugnet nam Secundus hic: & Seneca cū Plutarcho non cenſorinum: ſed uticenſem merum amaſſe tradunt:priſci ergo uenerandi:& ſancti liberalior autē potio uigorē dat:hominis nanq; defatigati: atq; defecti Homero referente ſuaui uino mire:& animus excitat:& robur exurgit:& nonnunq; uſq; ad ebrietatem ueniendum: non ut mergat nos:ſed deprimat curas:quas profecto trudit:& ab imo aīum mouet:morbiſq; ut q̄buſdam ita triſtitiæ medet. ideoq; uini inuentor liber dictus:nō ob licētiā linguæ: ſed qa liberū a ſeruitio curarū aīum aſſerit: & audaciorem in oēs conatus facit. Erubuiſſe. uerecūdia cōfuſos cū agnouiſſent eē Catonē. Deprehēſos. inuētos in aliquo crimine. nā ſecūdū Senecā qſquis obiecit Catoni crimen:facilius eū fecit honeſtū:q̄ turpē. Venerabilis. reuerēdus dū eſſet ebrius. Cōſtet. fit. Modus. honeſta menſura. li. talis cōditionis. Niſi ut ſimul laudent. niſi uituperationi laus ſit annexa: q; Catoni eueniebat. Cato ebri⁹

ita reprehendit:ut laudet. deſcribit enim eos:quibus obuius fuerit:cum caput ebrii retexiſſent:erubuiſſe. Deinde adiicit: Putares non ab illis Catonē:ſed illos a Catone deprehenſos. potuit ne plus authoritatis tribui Catoni: q̄ ſi ebrius quoq; tam uenerabilis erat? noſtræ tamen cœnæ:ut apparatus:& impendii:ſic temporis modus conſtet: neq; enim hi ſumus:quos uituperare ne inimici quidē poſſint:niſi ut ſimul laudent. Vale.

C. Plinius Voconio Romano. S.

LIbrum:quo nuper optimo principi Cōſul gratias egimiſi exigenti tibi: miſſurus:& ſi nō exegiſſes:tn hoc cōſideres uelim:ut pulchritudinē materiæ:ita difficultatē: in cæteris. n. lectorē nouitas ipſa intentū hēt: in hac nota:uulgata:dicta ſunt oīa:quo fit: ut quaſi ocioſus:ſecuruſq; lector tm̄ elocutioni uacet:i qua ſatisfacere difficilius eſt:cū ſola æſtimatur: atq; utinam ordo ſaltem:& tranſitus: & figuræ ſimul ſpectarent. nā inuenire præclare:enunciare magnifice interdum etiā barbari ſolent: diſponere apte:

LIbrum. panagyricā orationē: qua Traiano conſulatus accepti gratias ægit Voconio Romano emendandā mittit: & difficultatem in ea propter uulgatam iam materiam excuſat. Librum. orationem in genere demonſtratiuo omnium pulcherrimam. Optimo principi. Traiano:qui ob morum probitatem a ſenatu optimi cognomen meruit. Conſul. cum Cornuto Tertullo. Gratias ægi. ſenatus iuſſu. Exigenti. petenti. Hoc. libro. Pulchritudinem materiæ. ſingulares in principe uirtutes:exemplum unicum futuris imperatoribus. Cæteris rebus dicēdis. Ipſa nouitas. noua materia:& cauſa inaudita. Habet. tenet. Nota. iam prioribus dicta principibus. Omnia. quæ laudando īperatori faciunt. Ocioſus. non occupatus circa inuentionē utpote iā uulgatam. Elocutioni uacet. intentus ſit rōni bene:& apte dicendi. eſt autē elocutio idoneorū uerborū:& ſniarū ad inuentiones accōmodatio:quæ ſuauitatē: & grauitatē plurimā affert:in oratore difficillima pars:ubi plurimum ſtudii eſt adhibendū:debet enim perfecta elocutio habere tres res in ſe:elegantiam:cōpoſitionē:dignitatem. M. Tullius & eum ſecurus Fabius quartā elocutioni uirtutem addit: ut apta:& accōmodata rebus:ac perſonis ſit. Cum ſola æſtimat. cum ꝑ totam orationem nulli alii rei attendit:īmo ꝓceptor eius uoluit elocutionem eſſe difficillimā: & ſi reliquæ ſpectarent. Ordo. qui rectus eſſe debet:nā ut quæq; geſta ſunt priuſ:ita narranda præſertim in genere demonſtratiuo:in coniecturali nō ſemper:& ſententioſe dicere ſine uerborū:& ordine:& modo infantia ē: authore. M. Tullio de oratore. Tranſitus. qui in eo mirabilis eſt:cū. ſ. ab una re ad aliā tranſitur: debet autem fieri ut præcedens ſequentē trahere uideat:& oratio ſit quaſi corpus una ſuperficie contentū: ne cōmiſſura perluceat. trāſitio alioquin exornatio. cū orator breuiter oſtēdit qd dictū ſit:& ꝓponit qd cōſequat. Figuræ. tria illa dicendi genera:graue:mediū: attenuatū: quæ ita in oratione mutari debent: ut graue mediū:& mediū artenuatū:ſuſcipiat. figuræ ꝑterea oēs exornationes dicunt:quæ ſuo loco diſpoſitæ afferunt lumen:ut clauus purpuræ inſertus. Simul. cū elocutione. Inuenire ꝑclare. excogitare res opportunas cauſæ:cōuenit in hoc cū ꝓceptore Fabio:inuentio inquit cū īperitis ſæpe cōmunis eſt. Enunciare magnifice. uti magna:& ꝓſtanti ꝓnunciatione:cui in toto genere dicēdi Demoſthenes ſūmā dedit:cōſiſtit autē uoce:& geſtu. Barbari. īperiti:nō calentes oratoriā. Diſponere apte. ordinare: & diſtribuere res ſuis locis:ut inter ſe iunctæ:& cohærētes ſint:qd fiet:ſi uerba:quæ ſe inuicem comple- Elocutio Tranſitus Diſpoſitio

ctanť uerbis applicemus:ita res priores ſequẽtibus conſimiles:ſic uidebiť oŕo non ſolũ cõpoſita:ſed etiã cõtinua:quæ ſi diſpoſitione caruerit:tanq̃ nauis ſine rectore fluctuabit. Figurare uarie.mutare dicẽdi figurá prout res exigit. Eruditis.arte inſtructis. Affectanda.nimiũ curioſe quærẽda.Quint.reſiſtam neceſſe eſt his:qui omiſſa rey diligẽtia:qui ſunt nerui cauſay:quodã inani circa uoces ſtudio ſeneſcunt: idq; faciũt gra decoris:qui eſt ĩ dicẽdo mea quidẽ opinione pulcherrimus:ſed cũ ſequiť: nõ cũ affectať. Affectare ná affectare eſt conari aliquid cõtra naturá rei:unde putať Virgi.locutus affectate dicẽdo pinguẽ ariſtã: q; dicta ſit ariſta ab areditate. Elata.ſublimia grauis ſtilus: & magnificus: debet enim orator interdũ erigi:& attolli: non nunq̃ deprimi.& p plana ĩcedere. Vmbra.extrema circũlita corporib9: cũ nec pictura:ĩ q̃ nihil circũlitũ ẽ emineat:iõq; artifices ẽt cũ plura ĩ unã tabellã opa cõtulerũt ſpaciis diſtingũt:ne umbræ ĩ corpore cadant:p̃ter hoc color ipſe dicendi quãlibet claris multis:tñ uariis uelut maculis cõſpergiť hũc locũ Fabius lib.yiii. capite de gñibus ſniay latius tractat.Lumen.coloré ſplendoré. Submittere. ad figurá attenuatá. Attolere.ad grauem: quod utrunq; p mediã cõmodiſſime fit.

Hæc.cõmemoro.Doctiſſimo. iã p̃dixi mus Voconiũ fuiſſe oratoré: & poetam præſtantiſſimũ. Adnota.ueru ſigna.

Acilius

Macedo

Formiæ

Pauimẽtũ

REm atrocé.Exẽplo Macedonis monet nõ debere dños erga ſeruos truces eẽ: a qb9 ille pene in balineo necatus: non multo poſt ĩteriit:uey prius ultus ẽ mortẽ ſuã cõpræhẽſis:& occiſis ĩterfectorib9 Acilios plures fuiſſe cõſtat: ſed maxime celebratũ:q nauali ad Maſſiliã prœlio iniecta ĩ puppẽ hoſtiũ dextra: & aſciſſa memorabile illud apud græcos exẽplũ imitatus tranſiluit in nauẽ umbone obuios agens:itẽ Aciliũ poe.& Aci.Glabrionem cõſulẽ cũ Traiano a Do.relegatũ:& ĩterfectũ:ut Aciliũ Steneleũ omittã: & quos iã alibi p̃notauimus. Epiſtola ſed tragœdia. Prætorius.prætura functus:uelius hñs geſtãdi p̃toria ornamẽta. Macedo.apud Iuriſconſultos lego Macedonẽ fuiſſe uiy ſceleſtũ:& cæteris malis: quæ illi natura adminiſtrabat: etiã æs alienũ adhibuiſſe.inde decretum ſenatuſcõſultum macedonianum: ne ſæpe materiam peccãdi hominibus malis præſtaret. Seruiſſe. ſeruum fuiſſe.

Minimum meminiſſe.non reſpiceret natales ſuos:ſed inſolentius ſe gereret: quam parentum obſcuritas pateretur. Formiana:quam in agro formiano habebat.Formiæ oppidum antiqua Leſtrigonum ſedes:cuius Lacones conditores prius Hormias a ſtatione frequenti appellantes: deinde aſpiratione in.F. mutata dictæ ſunt Formiæ:eius littoris amœnitatem:& crebras ſtationes Martialis libro decimo multis commendat:ſic exordiens:O temperatæ dulce Formiæ littus. Inuadit.repente conſtringit. Verenda.inguina.genitalia. Feruens pauimentum:peruſtum ſolum balinei.pauire antiqui ferire dixerunt: a quo pauimentũ ex crebra percuſſione. Fidẽ peractæ mortis impleuit.cum non ſe moueret:fecit fidem tanquam ſi uere mortuus eſſet. Aeſtu ſolutus.nimio feruore necatus. Effertur. extra balineum portatur a conſciis tanquam mortuus;nam efferri proprie dicuntur cadauera ad ſepulturam. Excipiunt. ab interfectoribus Macedonem tollunt. Vlulatu.lugubri uoce.Excitatus.expergefactus.Frigore.qd modicum aſtringit corpora:& excitat.(Et iam erat tutum)nunq̃ enim auſi fuiſſent mali quicquam ſeruiq̃ nequã præſentibus bonis. Refocillatus:reparatus:reſtauratus. Vltionis.qa ſerui ſunt puniti.apud iuriſconſultos multis quæritur qui ſeruorum ueniant puniendi occiſo domino:ubi Vlpianus Iuriſconſultorum præſtantiſſimus reſpondet pariter condemnandos: qui ei auxiliũ nõ tulerunt: quoties potue-

ſigurare uarie niſi eruditis negatum eſt. Nec uero affectanda ſunt ſemper elata:& excelſa.nam ut in pictura lumen non alia res magis: q̃ umbra cõmendat:ita orationem tam ſummittere:q̃ attollere decet.Sed quid ego hæc doctiſſimo uiro? quin potius illud? ad nota:quæ putaueris corrigenda? ita enim magis credam cætera tibi placere:ſi quædam diſplicuiſſe cognouero. Vale.

C.Plinius Acilio.S.

REm atrocem nec tantum epiſtola dignã Largius Macedo uir prætorius a ſeruis ſuis paſſus eſt:ſuperbus alioquin dominus:& ſæuus:& qui ſeruiſſe patrem ſuum parum: immo minimũ meminiſſet:lauabatur in uilla Formiana:repente eum ſerui circumſiſtunt; alius fauces inuadit:alius os uerberat:alius pectus: & uentrem:atq; etiam(fœdum dictu)uerenda contundit:& cum exanimem putarent:abiiciunt i ſeruẽs pauimentum:ut experirenť: an uiueret. Ille ſiue quia non ſentiebat:ſiue quia nõ ſentire ſimulabat: immobilis:& extẽtus fidẽ peractæ mortis impleuit. Tũ demũ quaſi æſtu ſolutus effertť: excipiunt ſerui fideliores:concubinæ cum ululatu:& clamore concurrunt:ita: & uocibus excitatus: & recreatus loci frigore:ſublatis oculis:agitatoq; corpore uiuere ſe(& iam tutum erat)confiteť.diffugiunt ſerui:quoy magna pars cõprehenſa eſt: cæteri requirunť.Ipſe paucis diebus ægre refocillatus nõ

runt aduersus uim opem ferre. Vindicatus.sumptum suppliciũ de cõplicibus adhuc illo uiuẽte. Obnoxii.subiecti. Quisquã.dñs. Iudicio.iure:merito:rõne. Scelere.imanitate seruorũ. Hæc.dicta sint. Quid ꝑterea.dices noui est. Quid?repetit q̃ dicere potuisset Acilius:& infert nihil noui eé. Feriatus. ociosus:festus. Cõtexi. scribi. Publico balineis publicis. Ominosa malũ omen portendens. Eius. Macedonis. Vt daret transitũ.ut liberaret ĩgressum:& spacium transeundi ꝑberet. Cõtumeliæ despectus:dum manu percutitur. Gradus.ascensus:incrementa:minor enim contumelia q̃ mors.

sine ultionis solatio decessit.ita uiuus uindicatus: ut occisi solent: Vides quot periculis: quot cõtumeliis:quot ludibris simus obnoxii.nec ẽ ꝙ quisquam possit esse securus: qa sit remissus: & mitis: non enim iudicio domini: sed scelere perimunt. Verũ hæc hactenus. Quid præterea noui? quid? nihil:alioquin subiũgerem: nam & charta adhuc supereſt:& dies feriatus patitur plura contexi. addam quod opportune de eodem Macedone succurrit.Cum in publico Romæ lauaretur notabilis:atq; etiam:ut exitus docuit: ominosa res accidit.Eques Ro.a seruo eius:ut transitum daret:manu leuiter admonitus conuertit se: nec seruum a quo erat tactus:sed ipsum Macedonem tam grauiter palma percussit:ut pene concideret. Ita balineum illi quasi per gradus quosdam primum contumeliæ locus:deinde exitii fuit.

C.Plinius Proculo.S.

PEtis ut libellos tuos in secessu legã? examinem an editioe sint digni? adibes preces:allegas exemplum: rogas etiam: ut aliquid succesſiui temporis studiis meis subtraham:& impartiam tuis:adiicis.M.Tul.mira benignitate poetarum ingenia fouisse:sed ego nec rogandus sum:nec hortandus:nam & poeticen ipsam religiosissime ueneror:& ualidissime diligo: faciam ergo:quod desideras tam diligenter: q̃ breuiter. Videor autem iam nunc posse rescribere:eẽ opus pulchrum:nec supprimendum:quantũ æstimare licuit ex iis:quæ me pręsente recitasti: si modo mihi non imposuit recitatio tua:legis enim suauissime:peritissime.confido tamen me non sic auribus duci:ut omnes aculei iudicii mei illarum delinimentis restringantur:hebetentur fortasse: & paululum retundant: euelli quidẽ: extorqueriq; non possunt. igitur non temere iam de uniuersitate pronuntio:de partibus experiar legendo.

PEtis.Rogãti Proculo: ut uersus suos emẽdaret:& an publicandi essent iudicaret.respondet se libentissime susceptuꝝ tale honus:iamq; uideri dignos editioẽ: nisi deceptus fuerit suaui eius recitatioe.

Secessu.ruri.Exẽplũ.Ci.qui fouit poetas.succissiui.subcisi:subtracti a rebus urgentibus Pli.senior in præfatione suæ historiæ succissiuis tẽporib9 ista curamus. uocabulũ apuleianũ:quo.M.Tul.Tranquillus Gel.ét utunt: succissiuũ interdũ significat reliquũ:superfluũ: inutile.M. Tulliũ.extat adhuc oro pro Archia poeta ꝑceptore:q̃ eum ciuitate Romana donatũ:& dignũ qa poeta ꝓbat.fuit.n.Cic. puer ad carmẽ nõ mediocriter iclinatus: ut libellis qbusdã uersibus editis ingeniũ eius primũ eluxerit:postmodũ in secessu hæc studia exercuit:& i urbe interdũ nõ pauciores qngẽtis uersib9 p singulas noctes cõponere solitũ tradiderunt:nã multa trãstulit ex Demetrio:& Aratum latinũ fecit.Balchionas. Vxorium: Nilum metro pãxit. sed q̃to maiorẽ laudẽ soluta oratione meruit:tãto minorẽ uersu inuita(ut inqt Mar.)minerua. Poeticẽ.artẽ scribẽdæ poeseos.est.n.fictæ ueræq; narrationis cõgruẽti rythmo:uel pede cõposita metrica structura ad utilitatẽ: uoluptatemq; accõmodata: distat autẽ a poemate:& poesi: quod poeticæ ars ipsa intelligit:poema autẽ pars opis:ut descriptio armorũ Achillis:poesis cõtextus: & corp9 toti9 opis effecti:ut Ilias:Odyssea: Aeneis:autho.hẽo Marcel. Aphthoniũ: Diomedẽ: Ephestionẽ: Dona.aũt putat poesin esse unius carminis plures libros. Religiosissime.tanq; rẽ diuinã:& sanctã: nã q̃si diuino quodã spiritu afflant poetæ:q̃re suo iure nr̃ ille Ennius sanctos appellat:qd' quasi deorũ aliquo dono: atq; munere cõmendati nobis esse uideant. hæc Cicero pro Archia. Nec supprimẽdũ.nõ continẽdũ domi:sed publicandũ.

Succissiuũ

Ci.poetica

Poetica

Poema

Poesis

Accœpi. Flacco agit grās pro turdoꝝ corona. Anniū Flacū senatorē apud eundē inuenies. adhæc scimus Valeriū Flaccū poetā per illa tēpora claruisse:crediderim tn̄ cū hæc scriberet Secūdus ab humanis excessisse in qbusdā exēplarib⁹ nō Flacco:sed Calphurnio scriptā ep̄lam notauimus:siue is fuerit Calphurnius Piso:cuius paulopost fit mentio : siue Calphurnius Agricola ab Antonino p̄fo missus aduersum Britānos. Calphurnio Rufo scripsit Adrianus : & Calphurnio Flacco:secūdū Paulū:quem cōstat peruenisse usq; ad Antonini & Seueri tēpora. Calphurniū Macrū Secundus testat' sua tēpestate uiꝝ clarissimū. Vlpianus Calphurniū Rufum ꝓconsulem Archadiæ sub Adriano:sic Calphurniū Celerianū: Marcellus Calphurnio diuū Piū & Antoninū rescripsisse:& Calphurniū Lōginum fisci aduocatum recitat. Turdos. fuerunt inter aues turdi gratissimo sapore:authoribus Horatio & Martiale: tria genera facit Arist.lib.ix.de aialibus. Ponere.reddere. Parem calculum.par munus. Nec ullis copiis ex Laurentino.cū ibi nihil p̄ter tectū & arenas statim possideret ut alibi refert:nullæ ergo erāt in Laurētino copiæ. Turbidis tēpestatibus . qbus nō licet piscari: id autē mare sæpius cōtrariis fluctibus incrudescebat:soleas & squillas optimas ꝓducebat.in cæteris nō admirabile. Steriles.sine apophoretis. Simpliciter.aperte. Imitātes solertiā Diomedis . nullo quantulocūq; munere te dignātes.In.vi.Iliados rapsodia tradit Homerus Glaucū & Diomedē post cōgressū iter se mutasse arma:Glaucū aurea:q̄ cētū bobus:Diomedē ferrea:q̄ nouē tm̄ æstimabant' dedisse: q; indicat sequēs uersus χρυσέα χαλκείων ενα τομβροια εννεα βοίων.huius rei meminere īsup Pli.lib.xxxiii. capite prīo:& Gellius li.ii.cap.xxiii.& Mar.li.ix.exp̄ssit.Homeri carmē.M.Tul.ad Atticū lib.vi.recitat. habes inqt ad oia nō ut postulasti χρυσεα χαλκείων:sed paria paribus rn̄dimus & puerbiū inde ortū in segaces.χρυσέα αντι χαλκείων διαμείβεσθαι νοείς.i.aurea pro æreis permutare nosti. (Quæ facilitas tua)tua solita facilitate. Mereri ueniam idest aperte suum crimen fatentur litteræ meæ.

Flaccus

Calphurnius

Diomedis & Glauci arma

CVm.Dum legerentur Secundi epigrāmata apud Aristonē præsentibus multis: qdā laudarūt: alii secus:q; uir tantus lasciua talia publicaret:quibus ab Aristone cognitis scribit Secūdus se honestas animi laxationes sequi p̄sertim in cōponendis uersiculis:nec id facere sine multoꝝ ac maxioꝝ uiroꝝ exēplo quos plurios cōmemorat:deīde cur epigrāmata recitet prudēter explicat. Versiculis.hendecasyllabis. Diuersitate iudicioꝝ.uaria.n.hoium iudicia. Lōgius. in multū tpis & uerboꝝ. Non īprobarent.laudarent. Hæc.lasciua. Scribere.cōponere. Recitare. emittere.

publicarem.auditoꝝ iudicium experirer. Seueros parum.moliuſculos:tenellos:prurientes. Comœdias.xiiii.natus annos comœdiam græcam cõpoſuit ut alibi refert. Mimos.oium geſticulatores:unde & pãtomimi appellati:eos qui ſpectaſſet Apuleio tradente ridere opus erat:mimiographi autẽ mimoꝝ ſcriptores:e quibus Laberius palmam tulit. Satyricos.quia turpia uerſu notãt:& carpunt.Intelligo dixit non tam propter difficultatem:& figuratum dicendi genus:quod illis peculiare eſt:q̃ propter turpia. Intelligo igitur lego. Innoxia.cõceſſa:uel legaſ innoxiæ remiſſionis in eundem ſenſum. Hõ ſum. trahor affectibus. Vt:tanq̃. Talia.laſciua. Doctiſſimos. in ſcda lectione fuit ditiſſimo.i.ſupremæ fortũæ uiros. Doctiſſimos.conuenit aũt cum illo Papinii ad Stellã.nec quiſq̃ inquit eſt illuſtrium poetaꝝ: qui nõ aliqd operibus ſuis ſtilo remiſſiore præluſerit.Grauiſſimos Sic ꝓcedit Apuleius in oſone prima contra ac cuſatores enumerans uiros grauiſſimos q̃ ſcripſerant epigrãmata. Errare. ſcribere tali.i.ſi tñ error eſt. Cũ illis. exemplo illoꝝ. Exprimere.exemplificare.referre. Seria.res graues.nã ut in uita: ſic i ſtudiis pulcherrimũ & humaniſſimũ exiſtimo ſeueritatẽ comitatẽq; miſcere. An ego uerear:quæ illi nõ ueriti ſunt. Neminẽ uiuẽtiũ.multi.n.tũc uiuebãt:qui i ſcribẽdis epigrãmatib9 excellebãt: quos dicit ſe omittere: ne tanq̃ grauiſſimis & ſanctiſſimis uideaſ adulari. M.Tul.quẽ idem lib.vii.teſtaſ laſciuos uerſus cõpoſuiſſe:& ad exemplum eius commoꝝ:ut ſimiles pangeret.C.Caluum. oratorem: & poetam.de uerſibus utriuſq; ſatis iam prædiximus. Aſinium Pollionem.longum eſſet recenſere omnia:quæ ab hiſtoricis de iſtis ſcriptoribus referantur: quare contenti erimus tantum allegare:quibus probentur fuiſſe ſummi & oratores & poetæ: Aſinius igitur Pollio uir cõſularis & triumphalis:orator ac hiſtoricus inſignis & ſecũdũ aliquos declamator pñuſq;:nã tpibus Põpei Magni declamauit in urbe:& Timagenis ſcholæ ſucceſſor fuit.lxxx.ætatis ſuæ anno ĩ uilla tuſculana moriſ.eũ Seneca poetã appellat:nã tragœdias cõpoſuiſſe Tacit9 & Hor.meminere: & illius carmẽ miꝝ in modũ Virg.in bucolicis extollit:ſcripſit autẽ multa quoꝝ aliqua recitanſ a Suida. alios polliones plures annotauimus:quos nũc cõſulto omittimus.M.Meſſallã.hic patre.M.Meſſalla nat9 iiſdẽ conſulibus:quibus. T.Liuius hiſtoricus.minor natu q̃ Cicero orator nullo mõ inops: ſed non nimis ornatus genere uerboꝝ:prudens:acutus:minime incautus patronus in cauſis cognoſcẽdis cõponẽdiſq; diligẽs:magni laboris:multæ operæ:multarũq; cauſaꝝ ſecundum alios nitidus: & candidus quodãmodo præſeferens in dicendo nobilitatẽ ſuã.quare dignitatẽ in eo ꝓbat Fabius. fuit ingenio exactiſſimo: & latini ſermones diligentiſſimus obſeruator:unde quoſdã totos libellos nõ de reb9 modo ſingulis: ſed etiã de litteris edidit.illi uertere græca in latinũ placuit:multæq; fuerũt ad hunc modũ ſcriptæ orationes:adeo ut etiã cũ illa Hyperidis ꝓ phime difficillima ro.ſubtilitate contenderit.ſenẽ adoleſcens Octauius obſeruauit:& in oratione latina ſequi conatus eſt.hic ille Meſſalla quem triũuiri morte proſcripſerant pecuniam libertatẽq; interfectori policiti.ueꝝ ad Brutũ & Caſſiũ cõfugiens cũ bellicoſiſſima ꝓmilitũ parte in cornu Bruti collocatus aduerſus Antoniũ multa fortiter geſſit:defunctis partiũ ducib9 exercitũ ꝓ inducias Antonio tradidit:& Octauiũ ſe ꝓſcribenteẽ in tanta clade nactus ĩ poteſtatẽ ſuã tñ ut ĩperatorẽ iuuit ſalutiq; reſtituit traduntq; ab Auguſto laudatũ:q; licet in cãpis philippis Bruti gratia hoſtis acerrimus ſibi fuiſſet:in actio prõptiſſimũ ſeſe ꝓbuiſſet.iã aũt illi aduerſum Sex.Põpeiũ Dicæarchiã ꝓmiſſerat:& primã legionẽ ad Hipponiũ ducere ĩperauerat:ad illã igiſ Meſſalla ĩquit ego tibi o Cæſar ſp melioris:atq; iuſtioris ptis:honoriſq; fui.bis conſul p annos.ly.auguratũ geſſit: aquaꝝ ꝓfecturã primus ab Auguſto accepit:a quo præfectus urbis prío factus ſexto die magiſtratu ſe abdicauit in ciuilem poteſtatẽ eſſe conteſtans ante bienniũ q̃ morereſ ita memoria excidit ac ſenſu:ut uix pauca uerba coniungeret:& ſui obliuiſcereſ:ad extremũ ulcere ſibi circa ſacrã ſpinã nato inedia ſe confecit anno ætatis lxxii.agere in foro cœpit iã Cicerone arcẽ eloquentiæ tenente.in iudicio ꝓ Aufidio Seruio.Sulpitio cõtradixit:cãm.Phaſelli & Herodis accuſantibus iudæis apud.M.Antoniũ defendit.Tibullus panagyricũ ſcripſit:ĩ quo Meſſallã a rebus bellicis & eloquẽtia laudat:& eius natalẽ ſuprema elegia celebrat. Liuius

Mimi

qui ſcripta quidem ipſa non improbarent:me tamen amice ſimpliciterq; repræhenderent ꝙ hæc ſcriberẽ:recitaremq;:quibus ego:ut augeam meã culpam:ita reſpondebo.facio nonnunquam uerſiculos ſeueros parũ:facio: & Comœdias: audio: & ſpecto mimos:& lyricos lego: & ſatyricos intelligo.Aliqñ præterea rideo:iocor:ludo.utq; omnia innoxiæ remiſſionis genera breuiter amplectar:homo ſum.Nec uero moleſte fero hanc eſſe de moribus meis exiſtimationẽ:ut qui neſciunt talia doctiſſimos: grauiſſimos: ſanctiſſimos hoies ſcriptitaſſe:me ſcribere mirenſ.Ab illis autem qbus notum eſt:quos q̃toſq; authores ſequar:facile ĩpetrari poſſe cõfido:ut errare me:ſed cũ illis ſi nant:quoꝝ non ſeria mõ:ueꝝ etiã luſus exprimere laudabile ẽ.An ego uerear(neminẽ uiuẽtiũ ne quã in ſpeciẽ adulationis incidã noiabo)Sed ego uerear ne me non ſatis deceat:qd decuit.M.Tulliũ.C.Caluũ. Aſinium Pollionem. M.Meſſallã.

Aſinius Pollio

Meſſalla

& Macro. Meſſallæ cognomentū pluribus exequunt. Qu. Hortenſiū. hic cōſularis uir clarus & huma nus. ꝓtor pōpeianas partes ſecutus Macedoniā. M. Bru. tradidit. orator plurimū actione ualens: cuius rei fides eſt: q eius ſcripta tm̄ intra famā fuerūt. diu oratoꝝ princeps: aliqn̄ æmulus Cic. exiſtimatus eſt nouiſſime quoad uixit ſcds: nā oībus ferme ætatis ſuæ oratoribus: niſi. M. Tul. clarior fuit: multa cum mūdicia indutus: amictuſq; piſcinarum: & pauonū amator: Ci. de cla. ora. & Val. Max. lib. viii. plurimū actione ualuiſſe tradunt. Catone familiariter uſus: cuius uxorē Martiā ad ꝑlē īpetrauit. pōpeii bona de fendit. pōponio Attico amicus & ſi ſen ne hiſtorico: Luculloq; : ut inter ſe ſortē ꝑponerēt: qs poemate: quis oīone græ ca pariter: & latina aliqd opus compone ret. Ouidi. ſcdo triſtium oſtēdit ī uerſib⁹ Hortenſii nō defuiſſe laſciuiā: eius tm̄ carmina ſi Gel. credimus: inuenuſta quidā græcoꝝ putarūt. tradit Plutarchus in Bruti uita: cū Hortenſius. C. Antoniū. M. Antonii in uindictam Ciceronis occidiſſet: cō præhēſus poſtea in philippicis a. M. Antonio iugulaſ. at. Qu. Serenus inquit. ſic eſt Hortenſius olim Ab ſumptus: cāis: &. n. cōfectus agendis Obticuit: cū uox dño uiuēte periret: & nōdū extincti morereſ līgua diſerti. M. Brutū. philoſophos ferme oēs Brutus: ſed ꝑſertim platonicos attigit: quare ī his egregius & multo q̄ ī orationibus ꝑſtantior: ſuffecit pōderi reꝝ: ſcias eū ſentire quæ dicit: nā grauitatē quandā præ ſefert: uirtutibus ſuis a plæriſq; amatus: ab amicis deſideratus: ab optimis admiratus: hoſtibus nō inui ſus: clæmens & magnanimus: inflexibilē mentē ad bonū: & equū cōſeruans. eius eloquentiam pluribus. M. Tul. de cla. ora. cōmendat, epl̄as ſcripſit laconico ſtilo: breuis. n. & aſtrictus fuit: q̄bus ſimpliciter & in genue iudiciū aī ſui detexit. librū de uirtute cōpoſuit. orationē ꝑ Deiotaro rege adoleſcens dixit: ſed ꝑ Milone ſcripſit exercitationis cā. Brutū ſeptē libellos de iure ciui. feciſſe Pōponius de origine iuris au thor eſt. pueꝝ a ſe delectū illuſtrauit: q poſtea in ſigillis celebratus. meminere Pli. & Mart. in eius amo rem cōdita in bibliothecas carmina rettulit: nō melius q̄ Cicero: ſed felicius: q illū feciſſe pauciores ſci unt. Ouid. lib. pri. de ponto ſi tm̄ is eſt: nā multi ꝑea tpa Bruti fuere: teſtaſ Brutū poetā doctū: Doctus: & in promptu carmina Brutus hēt. in Brutū etiā edita carmina ꝑdit Seneca li. vi. controuerſiaꝝ. M. Bruti uita Luculentiſſime a Plutarcho deſcribitur. L. Syllā. Sullā quidā legūt q facilis trāſitus fit. ab. y. in. u. Syllā a colore nomē traxiſſe credit Plutarchus: alii ut Macro. dictū quaſi Sybillā. L. igiſ Sylla cognomē to Felix ſalibus: & ſcōmate oblectatus cōmentarios reꝝ ſuaꝝ reliquit. poſt captas Athenas allatā Apelli conis bibliothecā traſtulit: in qua fuerant Ariſto. & Theophraſti libri qui publicati multū ro. ad philo ſophiā cōtulerūt: fuit. n. L. Sylla litteris græcis: & latinis pariter doctiſſime eruditus: facundus: ac īgenio incredibili. ut in hiſtoriis memorat Saluſtius. quare illud. C. Iulii Cæſaris apud Tranq. Syllā neſciſſe lr̄as cū ſtomacho prolatū eſt: q dictaturā, depoſuiſſet: tanq̄ nō legiſſet in hiſtoriis Dionyſium ſæpe uſurpaſſe hanc uocē tyrannū pedibus tractū nō inſidēte equo relinquere tyrannidē debere. Qu. Catullū. Qu. Ca tullus Luctatius conſul cū Mario de Cimbris triūphauit: cenſurā cū Craſſo geſſit: ciuilibus negocīs q̄ rei militari cōmodior: ſyllanæ factionis aliquando princeps: in ſummo honore apud optimates: & mul titudini nō inuiſus: oīum uero Romanoꝝ manſuetiſſimus: authoritatis: integritatis: æquitatis primus: poſt dedicatum a ſe Capitoliū: qui ſomniauit Iouē in gremiū ſuū Auguſt. puerū repoſuiſſe: atq; reip. ſi gnū: q manu geſtaret: in ſinū eius collocaſſe: Catullo non ſolum nos latini: ſed etiā græci ipſi (Cicero re fert) ſolent ſuæ linguæ ſubtilitatem: elegantiāq; cōcedere. epigrāmata luſiſſe Gellius author: apud quem ſequentes uerſus. Qu. Catuli recognoſcunt. Aufugit mi animus credo (ut ſolet) ad Theotimū Deuenit. ſic eſt: perfugiū illud habet. Quid ſi non interdixiſſem ne illuc fugitiuum Mitteret ad ſe intro? ſed magis eiiceret. Ibimus. quæntum uerbū ne ipſui teneamur. Formido. qd ago? da Venus conſiliū. M. Tullius primo de natura deorum tradit ab eo Roſcium quendam in deliciis habitum: in quem pulcherrimū il lius epigrāma recitat. Conſtiteram exorientem aurorā forte ſalutans. Cū ſubito a leua Roſcius exorit. Pace mihi liceat cœleſtes dicere ueſtra. Mortalis uiſus pulchrior eſſe dea eſt. Plutar. & Appianus teſtant interiiſſe poſtq̄ Marius ꝑ Catullo rogantibus rn̄dit: mori oportere. incluſum domi accēſis carbonibus ſe ſuffocantē. Pli. tm̄ libro. xxxv. ſcribit interfectū ab Amphione. ſatis conſtat quē Plut. & Appianus reci tant: non fuiſſe Capitolini tēpli dedicatorē: cū is poſt Syllā perierit: at ille uiuo adhuc Sylla: cuius felicita ti non obtigit ut capitoliū dedicaret: cū id maxime cuperet. Qu. Scæuolū. Qu. Mutius Scæuola. P. filiꝰ & L. Craſſi ſocer princeps Romæ in ædilitate ſua leonū ſimul pluriū pugnā dedit: collega Craſſo orato ri in conſulatu: & iterū cū. L. Cæcilio Metello: cū uterq; de Dalmatis triumphauit: pontifex Max. Rom. unus: & ingenio: & induſtria præſtantiſſimus. nā fuit orator: ac iuriſconſultus inſignis: qui Ciceronē in iure ciuili inſtituit: unde merito Quintū Scæuolā libro primo de oratore uocat oīum doctiſſimū: & di ſciplina iuris ciuilis eruditiſſimū: & ingenio: prudentiaq; acutiſſimū: & oratione maxime limatū: ſubtilē atq; iuriſperitoꝝ eloquentiū iuriſperitū eloquentiſſimū. plura lege apud eundē ī lib. de cla. ora. Fab. ſa ne facundiā ī Scæuola probat. hunc Marius filius īterfici iuſſit: & ī Tyberī deiici. alteꝝ Scæuolā iuriſcō ſultū recitat Iulius Capitolinus: cuius authoritate & piculo Ant. pn̄us ſp iura dictauit: & ſub eo Pap. & Seuerus iuriſconſulti ꝑfeſſi ſunt Ser. Sul. Ser. Sulp. uir priceps: q īter rex pōpeiū unicū conſulē creauit in adoleſcētia uerbis redundātibus: & efferueſcētibus poſt. L. Craſſi auditor magnificū illud dicēdi genus

Hortēſius

Quintum Hortenſium? Marcū Brutū? Lucium Sullam? Quintū Catullum? Quintū Scæuolā.

Brutus

Sylla

Trāql. loc⁹

Catullus

Scæuola

Sulpitius

expreſſit:tantam facultatem aſſecutus:ut non æqualibus ſuis ſolum anteponeretur:ſed cum maioribus natu compararetur nemo enim nec motu corporis:nec ipſo habitu:atq; forma fuit aptior:nec uoce plenior:aut ſuauior cuius tanta erat in dicendo grauitas:tanta iucunditas: tanta breuitas: ut poſſet:uel ut prudentes errarent:uel ut boni minus bene ſentirent:dicendo perficere:& cum.M.Tullius de claris oratoribus eloquentiam Sulpitii pluribus proſequatur:contenti erimus:quæ ab eodem pro Murena dicuntur.Seruius īquit Sulpitius forum ſecutus eſt:ius ciuile didicit:multum uigilauit:laborauit:præſto multis fuit.magna laus:& gratia: hominib⁹ unum hominem elaborare in ea ſciētia: quæ ſit multis profutura. Pōponius de origine iuris: cū Seruius Sulpitius ī cauſis orandis primum locum obtineret:aut certe poſt Ciceronem:traditur de re amici.Qu.Mutium conſuluiſſe: q quāuis ſæpius reſpondiſſet:Seruiū tamen parum de iure intellexiſſe:quare a Mutio obiurgatus:q; turpe eſſet patricio:& nobili uiro cauſas oranti ius:in quo uerſaretur:ignorare:ea uelut cōtumelia Seruius tactus operam dedit iuri ciuili ſub Albo Lucillio: ſed maxime inſtructus ab Aulo Aquilio. Fabius iuriſconſultiſſimū appellat:at Gelio aſſerente iuris ciuilis author: & bene litteratus: nec minus facundus orator.M.Varrone familiariter uſus.cum in legatione periiſſet eius ſtatuā populus ro.pro roſtris poſuit:& ſecundum Euſebium in chronicis publico funere elatus eſt:anteq̄ diceret commentariis cauſas mandabat:& in libros digerebat:cuius tres orationes uidiſſe teſtatur Quintilianus:quarum una erat pro Aufidia:cui contradixit Meſſalla:hi⁹de quibus loquor cōmentarii ita extabāt exacti: ut ab ipſo in memoriam poſteritatis uidercētur eſſe compoſiti: reliquit autem prope centum: & octuaginta libros authore Pomponio.hoc ſolo exercitationis genere ſe exercere ſolebat:in componendis carminibus: nā & ſublimis ſpiritus attollere orationem poterat:& uerba poetica libertate audaciora præſumunt eandē dicendi facultatem:quare Oui.ſecundo triſtium monſtrat Seruium aliquando uerſibus laſciuiſſe. Nec Varro Minus Hortenſi.nec ſunt minus improba Serui. Varronem. hic mihi concedent lectores ita profunda Varronis doctrina poſtulante pluribus agere:nec moleſtum erit illis legere:quæ nos hinc inde inquirendo non grauarunt: omiſſis igitur rebus bellicis: nā foris pariter ac domi clarus extitit.M.Terentius Varro:ſecundum Sidonium alius ab eo qui natus in uico Atace Narbonēſis prouinciæ.xxxv.agens annum litteras græcas ſummo ſtudio edidicit:in latinis præceptorem habuit Lælium uirum doctum: & ſocerum.C.Fundanium:uir ingenio omniq; doctrina præſtans.L.Aelium equitem eruditiſſimum: & græcis litteris:& latinis:antiquitatiſq; noſtræ penitus litteraꝝ imitatus:eam ſcientiam per ſeſe etiā auctam pluribus:& illuſtrioribus litteris explicuit:quem ſenſum uoluit optime expreſſit:omnium Rom. doctiſſimum:linguæ latinæ peritiſſimū:& omnis antiquitatis: & reꝝ græcaꝝ noſtrarumq; teſtant Seneca:& Fabius:plus tamen ſcientiæ collaturum:q̄ eloquentiæ:nam philoſophum acuratiſſime doctū: atq; eruditum ſcribit Apuleius.Macro.in omnibus imitatorem Homeri:Gellius doctrinaꝝ multiformium:uariarūq; artiū:quibus humanitas erudita eſt:culmē habuiſſe.Dionyſius in antiquitatibus: ſuæ ætatis omnium florentium longe peritiſſimum. Appianus philoſophum:& hiſtoriaꝝ ſcriptorem egregium.eius uiuentis imago poſitam fuit in bibliotheca:quæ prima in orbe ab Aſinio Polione de manubiis publicata Romæ haud minore gloria principe oratore:& ciue:ex illa ingenioꝝ:quæ tunc fuit multitudine:uni hanc coronā dante:q̄ cum eidē Magnus Pompeius pyratico ex bello naualem dedit.Iulius Cæſar bibliothecas græcas:& latinas: quas maxime poſſet publicare deſtinans.M.Varroni curā dedit comparandaꝝ:ac digerendaꝝ:qui cū eſſet undecunq; doctiſſimus:tamen contumelioſe a.Qu.Rhemnio Palæmone porcus litteraꝝ appellatus eſt.præcepta auté ſapientiæ uerſibus latinis tradidit: rhetoricoꝝ libros:reꝝ humanaꝝ:de uita populi Ro.epiſtolaꝝ:de liberis educandis:Promethei libros:diſciplinaꝝ libros nouem:pro Callio:& Fundanio de rebus admirandis:reꝝ diuinaꝝ:de uita patrū:de legibus periplum:imagines ſeptingentoꝝ illuſtriū uoluminibus ſuis īſeruit:non paſſus intercidere figuras:aut uetuſtatem æui contra homines ualere:Pompeio in conſulatu cōmentarium introductorium:quæſtiones epiſtolicas:de aboriginibus libros:unū de architectura:nauales libros:quos diligenter excoluit:comœdias:ſatyras:quas alii cynicas:ipſe appellauit menippeas a Menippo philoſopho:cuius libros emulatus eſt:de compoſitione ſatyræ:de æſtuariis:& plures:quos longū eſſet recenſere:nunc de agricultura tres extant:quos fecit cum octuageſimū primū uitæ annū ageret:de libris linguæ latinæ:ſiue ſermonis latini qd ſentiamus cōſulto nunc ſuperſedimus.unum addā Varronem argonautica conſcripſiſſe:q; colligitur ex primo Naſonis amoꝝ. Varronem:primamq; ratem quæ neſciet ætas: Aureaq; Aeſonio terga petita duci:& idem:immo q; hic optime facit libro ſecundo triſtium ſatis ſignanter expreſſit. Is quoq; phaſiacas argon:qui duxit in undas:Non potuit Veneris furta tacere ſuæ:nam & Varronis argonautica:& epigrammata monſtrauit.in triumuiratu:& tribunatu clarus:& prætura functus prope nonagenarius moriē:ſe condi iubens fictilibus doliis pytagorico modo ī myrthi:& oleæ:atq; nigræ populi foliis. quidam prodiderunt Varronem eiuſdē noīs cuidā a triūuiris ꝓſcriptorū ueritū:ne ideo mali aliqd:q̄le Cinna patereē:ꝓpoſuiſſe ſcriptū:quo id ipſum admoneret:erat aūt tūc trib.ple. quare īpetū carnificū a ſe repuliſſe:& riſum excitaſſe:Appianus tñ refert inter ꝓſcriptos relatū apud Calenū clā retētū ī uilla:in quā Ant.deambulationis cā aliqñ ueniebat. Torquatū īmo Torquatos.primū Torquato cognomētū

Ser.Sulpi.Varronē: Torquatū: īmo Torq̄tos:

Oui. locus

Torquat⁹

indidiſſe accepimus torquē ex auro hoſtis galli íduuias:quē ſingulari certamine ꝓuocatus occiderat:& torquē detractū collo ſuo ipoſuerat:íde cognomē í familiā receptū.igiť torquatos eloquentes adducit: quoꝝ prius.L.Torq̄tus.M.T.referēte elegās í dicēdo:í æſtimādo admodū prudēs orator: quē nō tā cito rhetorē dixiſſes:& ſi nō deerat oſo:quā(ut græci)dñt politicon:ueꝝ í eo erāt pluriæ lſræ:nec uulgares ſed interiores q̄dā:& recōditæ:diuía méoria:ſúma uerboꝝ:& grauitas:& elegātia:atq; hæc oía uitæ de corabat grauitas:& integritas:fuit át Pōponii Attici:& Ci.cōdiſcipulus bello pyratico:& ciuili īplicitus eius ac Iuliæ epithalamium celebrauit Catul.L.Tor.rñ Gel.ſubagreſti īgenio: & ifeſtiuo fuiſſe teſtať:& dū cōtra Horten.apud cōſiliū iudicū(q̄q̄ legať iudici um cōſulú)ageret appellaſſe eū Diony. geſticulariā eius filiꝰ.T.Tor. doctus uir ex rhodiana diſciplina Molōis.& a natura ad dicēdū ſatis ſolutus atq; expeditꝰ:cui ſi uita ſuppeditauiſſet ſublato ambitu cōſul factus eēt:plus facultatis hūit ad dicēdū:quā uolūtatis:itaq; ſtudio huic nō ſatiſſecit:offō uero nec in ſuoꝝ neceſſarioꝝ cāis:nec in ſnīa ſenatoria defuit.at Aulus Tor.Caſſii:& Brutiptes ſecutus:poſt quoꝝ interitū meru ꝑculſum Atticus tuēdū īſtituit:ad hūc ſcripſit Hora.epiſtolā li.i.

C.Mémiū?C.Létulū?Getulicū?Anneū Senecā & Lucanū?& ꝓxíme Virgíniū Rufum?& ſi non ſufficiūt exépla priuata:Díuū Iulíū:Díuū Aug.

C.Mémiū.C.Mémius.L.filius pfectus litteris:ſed græcis faſtidioſus ſane:latinaꝝ argutus orator:uerbiſq; dulcis:ſed fugiés nō mō dicēdi:ueꝝ etiā cogitādi laborē:tm̄ ſibi de facultate detraxit:q̄tū īminuit īduſtriæ:hæc Ci.d̄ claris oratorib?:& q̄ ſequūť.tū ét.C.&.L.Mémii fuerūt oratores mediocres:accuſatores acres:atq; acerbi.itaq; í iudiciū capitis multos uocauerūt:ꝓ reis ñ ſæpe dixerūt.ná.C.Mémiꝰ tr.pl. Marcū Luculli fratrem reum fecit:& cū iudiciū.M.euaſiſſet cōuertit accuſationem in.L.Lucullū: ſed cōſpiratione nobiliū defenſus eſt.hic eſt ille Mémius:q̄ dixit Catoné totas noctes ebriū eē: & oſonibꝰ aſperrimis inſectatus eſt Iuliū Cæſ.a quo nō minore acerbitate reꝑſſus:ſed mox Cæ.in petitiōe cōſulatus Mémio ſuffragator fuit.Mémii dura epigrámata notat Gellius:Oui.latina lib.ii.triſtiū Quid refe ram Tindæ?q̄d Mémi carmē?apud quos Nomē adeſt rebus:noíbuſq; pudor ubi tñ q̄dā ꝓ Tindæ legūt Ticidæ.C.Lentulū.C.Lentulus Marcellinus céſorius nec unq̄ indiſertus:& in conſulatu ꝑeloquens uiſus eſt:nō tardus ſentétiis:nō inops uerbis.legiť ét.Gn.Lentulus q̄ teſtimonio.M.T. multo maiorē opinionē dicēdi actione faciebat:quā q̄ta in eo facultas erat:nō ꝑacutus:q̄q̄:& ex facie:& ex uultu uidebať nec abūdans uerbis:& ſi fallebat in eo ipſo:ſic interuallis:exclamationibus:uoce ſuaui:& canora: admirando irridebat:calebat agendo:ut ea q̄ deerát nō deſiderarenť.Ci.alios Lentulos oratores í libello de claris orato.noíat.fuere ꝑterea alii Létuli authoribus Cæſare:Liuio:Pli.Plut. quos cōſulto ꝑterimus.

Lentulus

Getulicū.cū Caio Getulico inimicicias geſſiſſe lib.iiii.naturaliū qōnum adfirmat Seneca: apud alium quēpiam nihil adhuc de illo cōpi.ꝑter unū Mar.q̄ in ꝑfatione libri.i.aſſerit Getulicū epigrámata ſcripſiſſe.Anneū Senecā.Lucius Anneus Seneca Cordubenſis:cuius ſi ſingula exeq̄uellē:formam interpretis excederem:Cyꝝ Marylliū Eſerninum rhetorem præceptorē:& condiſcipulum Portium Latronem declamatorem habuit:& Phocionem ſtoicum in philoſophia audiuit:& Attalum:ſiue:ut alii ſcribūt. Plotium: Alfio inſuper Flauio:& Aſinio Pollione:ac fere oíbus ſui téporis declamatoribus uſus:nā ſuper uixit ad multū ætatis:ut potuerit ipſo cōteſtáte.M.T.audiuiſſe.primus ſcholam frequentabat & ultimꝰ exibat:memoria uſq; in admiratiōem.Neronē pueꝝ iam a Claudio adoptatum ab exilio reuocatus ſenator præceptis eloquentiæ inſtruere conatus é:per aliquod téporis apud Agrippinam:& mox Neronē cū Bruto potés.plurimū ſtudii in eo fuit:multarūq; reꝝ cognitio:in qua tñ aliqñ ab his:q̄bus inquirenda q̄dá mádabat deceptus eſt.natus ígenio amœno:& tpis illius auribus accōmodato: tractauit omnē fere ſtudiorū materiā:ná plura ſcripſit:q̄ núc extét:in dicendo copiam præ ſe tulit:at in philoſophia parum diligens:egregius tamē uiciorū inſectator:multæ in eo:claræq; ſnīæ:multa ét morū gratia legendo:ſed in eloquendo corrupta plæraq;.uelles eū ſuo ingenio dixiſſe:alieno iudicio:ſane fractum dicēdi genus habuit:ac ab antiquis defluxit.potiores ſe nimiū inceſſit.lege Gellium lib.xii.cap.ſecundo. poemata Fab.prodente ſcripſit:nam ad gratuita carmina deflexit:q; anſam dedit delatoribus tanq̄ laudem ſibi affiſceret:poſtq̄ Neroni amor eoꝝ eueniſſet.moriēs ſibi hoc epitaphium cōdidit.Cura:labor meritum:ſumpti pro munere honores in te:alias poſt hac ſolicitate aías.Me procul a uobis deus euocat:illicet actis Rebus terrenis hoſpita terra uale.Corpus auara tamen ſolemnibus accipe ſaxis. Nanq; animā cælo reddimus:oſſa tibi Sidonius Apollinaris hendecaſyllabo ad Felicem ex profeſſo docet tragœdias ab altero Seneca ſcriptas.uitam & mores:fortunam:mortis cauſas:& genus cum uxore Paulina: ſi quis requirit legat Tacitum:Dionem:& diuum Hieronȳ.a prioribus diſſentientem. Et Lucanum. Anneus Lucanus Mella Gallionis:& Aciliæ filius coniurauit in Neronem.q; famam eius carminum imperator uanus oſtentatione præmebat:prohibueratq; oſtentare.ſcriptor in dicendo ardens: & concitatus: & ſententiis clariſſimus.Quin.iudice magis oratoribus: q̄ poetis connumerandus:Mart.ſecus ſentiente:& libro.x.atteſtante:Luſiſſe interdum epigrammate cū ad uxorem illius Pollam ſcribit.Contigeris regina meos ſi Polla libellos:Non tetrica noſtros excipe frōte iocos.Ille tuus uates Heliconis gloria noſtri:Pieria caneret cum fera bella tuba:Non tamē erubuit Laſciuo dicere uerſu:Si nec prædico Cotta: quid ħ facio?Proxime:quia non multo añ Virginius deceſſerat:de quo ſupra copioſe. Priuata.reſpe-

Mémius

Lucanus

Priuatus

Cæsaris carmen

ctu ipatorꝛ:sic usurpat in panagyrico:nã alias oẽs fuerát i magistratu. Diuũ Iuliũ.C.Iulius Cæsar dicta tor poema reliqt.cui titulus iter:puer:& adolescétulus q̃dam scripserat:ut laudes Herculis. Oedipi tragœdiá:dicta collectanea: Tacitus asserit eũ feciſſe carmina:& i bibliothecas reposuisse:apud quẽ:& Cic. Hirciũ.Fabiũ: Tranqui.Plut.Gelliũ multa de illius eloquẽtia:& ingenio diserunt. Diuũ.relatus est in deorꝛ numerꝛ nõ ore mõ decernẽtiũ:sed & ꝓsuasione uulgi.siqdẽ ludis:quos primo consecratos ei Augustus edebat:stella crinita ꝓ septẽ dies cõtinuos fulsit exoriẽs circa.xi.horã:creditũqꝫ est aiam esse Cæsaris in cælũ recepti:& hac de cá simulachro eius i uertice addit stella. Diuũ Augustũ:de cuius.deificatione:& sequẽtiũ(ná:& Titus apotheosim meruit)i panagyrico referemus. Aug.aũt Cæsar iocos affectauit:saluo tamẽ maiestatis:pudoriſqꝫ respectu:nec ut caderet i scurrã.

Augusti carmẽ

Díuũ Neruã. T.Cæsarẽ:Neronẽ.n.transeo: q̃uis sciam:non corrumpí ín deteríus:quæ etiã a malis aliqñ:sed honesta manere:quæ sæpius a bonis fíunt. Inter quos uel præcípue nũerandus. P. Vírg.

Aiacem tragœdiá scripsit:quá cũ diſplicuisset deleuit. Suidas etiã Achillis tragœdiã addidit.extat adhuc carmẽ illius exametrũ:quo uetuit Aeneida cõburi.ná fuit poeticæ studiosus Horatii testimonio musas alloquẽtis: Vos Cæsarem altũ militia:simul fessas cohortes addidit oppidís. Finire q̃rẽtẽ labores Pierio recreatis antro.itẽ exametris librũ edidit:cui argumẽtũ:& titulus Sicilia:& epigrámaticũ librũ modicũ qdẽ:qué fere balinei tpe meditatus est:uñ Val.Mar.excerpta sex carmía suo uolumini íseruit eo epigrámate:cui initiũ:Cæsaris Aug.lasciuos liuide uersus Sex lege:q tristis uerba latina leges. Diuũ Ner. Coceius Ner.q post Domitianũ ipauit:& nũq̃ uisus é ridere:neqꝫ ludere inter amicos: epigrámata scripsit: & ad eũ Nero opus suũ misit:ac Tibullũ alterꝛ appellauit.ex lib.ix.referã Mar.carmẽ.ad eundem Ner. Audet facũdo q carmina mittere Neruæ:Pallia donauit glaucina Cosme tibi:Pestano uiolas: & cana ligustra colono:Hybleis apib⁹ corsica mella dabit:Sed tñ:& paruæ nõnulla est gra musæ. Appetit posito uilis oliua lupo.Nec tibi sit mirꝛ modici ꝙ cõscia uatis Iudiciũ metuat nra thalia tuũ.Ipse tuas ét uerit⁹ Nero dr aures: Lasciuũ iuuenis cũ tibi lusit opus.facit hoc loco:& illud ex.viii.lib.Quáta qes placidi:tãta est facũdia Neruæ:Sed cohibet uires:ingeniũqꝫ pudor:Cũ siccare sacrũ largo Parmesida posset Ore ue recũdá maluit esse sitim. Pieriá tenui frõtẽ redimite corona Cõtentus:famæ nec dare uela suæ.Sed tamẽ hũc nri scit tpis eé Tibullũ:Carmina q docti nota Nerõis hẽt.nec mirꝛ Tito Neruá ꝓpositũ:cũ tñ ille prior ipauerit:nõ.n.hoc respicit Secũdus:sed qs natu prior.

Neruæ carmẽ

Titi carmen

Titum Cæs.amor:ac deliciæ gñis humani. T. Cæsar latinæ:græcæqꝫ linguæ:uel in orãdo:uel in fin; ẽdis poematibus ad ex tpalitatem usqꝫ ꝓmptus: & facilis:q ꝑter Tranq.Sueto.Pli.senior in ꝑfatione naturalis historiæ tetigit ad eũdem scribẽs: q̃to tu ore pris laudes tonas? q̃to frris amas? q̃tus in poetica es? o magna facunditas.ai.iá aũt mõstrauerat oblectatum scriptis iocosis:uersu Catulliano q̃q̃ ista nõnulli referát ad Domitianum. Neronem.Domitius Nero Cæs.puerilibus statim annis aliqñ carminibus pãgendis aium exercuit:ita ut inesse sibi elementa doctrinæ oñderet.imperator quoqꝫ carminũ studiũ affectauit:cõtracti sunt qbus aliqua pãgendi facultas:nec dũ insignis ætatis:q cõsidere simul:uel allatos:uel ibidẽ repertos uersus cõnectere solebát atqꝫ ipsius uerba quoquo mõ ꝓlata supplere:q spẽs ipsa carminũ docuit nõ impetu.& instinctu: nec uno ore fluens:sed Tráqui.diuersa a Tacito sentit.náqꝫ ad poeticá ꝓnũ fuisse:& carmina libenter: ac sine labore scripsisse:neqꝫ aliena ꝓ suis edidisse:uenisse.n.in manus suas pugilares:& libellos refert cũ quibusdã notissimis uersibus.ipsius chiro.scriptis:ut facile apperet nõ tráslatos.aut dictáte aliquo exceptos: sed plãe quasi a cogitante exaratos:ita multa:& deleta:& inducta:& superscripta inerant.Philo.lib.iiii.scriptum reliquit:Neronem hymnos scripsisse:& multas tragœdias trástulisse:Sue. Neronis carmina in theatro recitata tanta uniuersorũ lætitia:ut supplicatio decerneretur:atqꝫ pars carminũ aureis litteris Ioui Capitolino dicata sit.Dion addit poemata troica a se composita in theatro spectáte populo recitasse: & destinasse res ro.carminibus mandare. Tranqui.inquit in Domitiano extat poema Neronis in Clodium Pollioné ꝓtoriũ uirũ:q inscribit Luscio. Tacitus aũt Nero Quintianũ molli corpe ifamé ꝓbroso carmine diffamauit.

Neronis carmen

Transeo.omitto. Corrũpi.maculati. Malis.hoíbus. Sæpius.frequentius.ab usu bonorũ firmatur argumentum. Quos.bonos. P. Virg.poeta latinorum maximus:cuius hæc ingens laus:q auditis illius in theatro uersibus surrexerit populus:& forte præsentem.spectantemqꝫ Virg. ueneratus sit:sic quasi Aug.reliquit aũt pria peia lasciuum admodum carmen:q Angelus Poli.uir magni nois ad Ouid.trásferre conatus:non tñ pro cõpto:sed in ambiguo ubiqꝫ legẽtiũ iudicio rẽ ipsam relinquens:& Senecæ unicũ exẽplar mendosum significans:q.s.in controuersiis illius recitetur iste uersus tã q̃ Ouidii:Dum timet alterius uulnus inepta loci.q sane extat in carmine:cui titulus é Priapus:hic lectorem admonebo ut conferat lib.vii.ꝑfationem in declamationibus cũ illa:quã eádẽ lib.iiii.cõtrouersiaꝛ repetit.ex hoc facile iudicaturus q̃tum cæteris scriptis cõfidere possit.nam nõ solũ uerba immutata:uocabula manca.sed multos utrinqꝫ uersus abesse deprehẽdet quare illi corrigẽdum censeo Virgilia. illud nec legeñ Ouidia.addo insup Fabiũ Quinti.lib.x.scribere Senecam falsum i cognitiõe reꝛ aliqñ ab iis quibus ingrẽda q̃dã mãdabat.nec in hac re mior est apud me secũdi authoritas q̃ Senecæ:cũ ex ꝓceden tib⁹ aperte colligat: Virg.publicasse lasciua epigrámata:ut omittã Donati:& Seruii testimõiũ nõ spnẽdum ad hæc in antiquo Diomedis codice ubi de uariis carminum generibus agit referat: Virg. in ꝑti-

Virg.priapeia

ſionibus ſuis uſum carmine priapeio:& ꝓ cõperto habeam ſi huius oratoris exactiſſimi ſniam aĩaduerriſſet Politianus totis pedibus in noſtrã cõceſſuꝝ q̃q̃ apertiſſime hoc ꝓfeſſus ſit illa ſylua:cui titulus eſt Manto eo carmine.Nec re Lampſaciũ pudeat luſiſſe Ithyphallũ.ita ut ſuo gladio ſemet cõfoderit.leuia .n.illa:& facile trãſeunda:q; dictus ſit Parthe.a uerecũdia oris:nihil.n.,phibet(ut refert Pli.)ſanctiſſimos uiros talia ſcriptitaſſe:neq; inficias eo Oui.ſcripſiſſe epigrãmata:quæ ſi itercidere(nuſq̃ nãq; apud ullũ naſonis iuſtũ uolumẽ reperiẽ)cur hac rõe priapi luſus illi aſcribũt?cuius ſtil⁹ grauior:& abſolutior magis Virgilianæ maieſtati:& plenitudini q̃ Ouidianæ exuberãtiæ ne dicã redundãtiæ cõuenit.eſt.n.abſolutũ q; i ſuo genere ꝓfectũ eſt neq; illud Ride ſi ſapis o puel.ride fit in priapeis:ſed Inſulſiſſima qd puella rides?cuius ſenſus diuerſus eſt a ſuperiori.Cor.Nepos.relege in p̃cedẽtibus ex ĩdice q̃ uolueris facile inuẽtur⁹ Prius.qa antigores ſunt Enni⁹:& Acti⁹ Ennius

Cor.Nepos:& prius Ennius: Actiuſq;. nõ qdẽ hi ſenatores:ſed ſanctitas morũ nõ diſtat ordinibus. Recito tñ:qd' illi an fecerit neſcio: ſed illi iudicio ſuo poterant eẽ cõtẽti.mihi modeſtior conſtantia eſt:q̃ ut ſatis abſolutũ putẽ:qd' a me probet'.Itaq;

Virg.& Nepote.Ennius.Qu.Enniũ oriũdũ fuiſſe a Rhudiis urbe græca iuxta Tarẽtũ lib.vi.notat Strabo:ſic Pomponius Mella:quem locum Pli.ſingulari numero protulit:Eutropius Taréti natum quã rẽ uidetur indicaſſe Gellius libro.xii.cap.ii.mendam apertiſſimam uideo apud Apuleium prima oratione Apologiæ:ubi ſcribit Quintum Ennium Hædeum phagitica uerſibus complexum: & innumerabilia piſcium genera:quæ.ſ.curioſe cognorat:enumeraſſe.nam Rhudinum:aut Rhudienſem reponendũ arbitramur.editus igitur Ennius.M.Tullio referente ſequẽti ãno:quo.C.Clodius Cæci filius:&.M.Tuditãus cõſulatum geſſere ſtatim poſt primum bellum punicum:contentus unius ancillæ miniſterio:ſuper qua & Ennio:ac Naſcica Cicero libro ſecundo de oratore rem iocoſam narrat:donatus ciuitate a Qu. Nobiliore:ſe habere tria corda prædicabat:q; loqui græce:oſce:latine ſciret.uirum certe magnũ fuiſſe prodit Se.ſed eius uerborum ſitum repræhendit.M.Tullius de optimo genere oratorum ſummum epicum poetam aſſerit:qui ãnalibus ſuis romanorum geſta metro complexus prim⁹ latinorum: ſi Porphyrioni credimus:ad heroici uerſus imitationẽ aſpirauit:ulno incaluit: & ſic ad carmen ꝓdibat. author Horatius in epiſtolis.etiam ſatyras edidit.eum propter antiquitatem ſuſpiciendum putat Fabius. ex teſtimonio Gellii.T.Hellius Scillo dicere ſolebat fuiſſe Ennium mẽſæ:& ſermonis:ac rerum ſuarum liberalem:poſt maxima officia quibus in ſenatu:& in foro toto die diſtringebatur:ſolitum ueſpera non modo de rebus magnis:ſed etiã paruis:ac iocoſis eloqui:interdum carmẽ cuꝫ bile:plærũq; bonum: & cum uoluptate:& gaudio euomuiſſe:ſuaui facundia(ut illa ætas tulit)præditum:ſuo cõtentum:& opportũe locutum:uirum paucorum uerborum:antiquoꝝ morum:q̃ nouorum ſcientem:humanum:diuinumq; ius callentem:qui multa loqui:tacereue poſſet:moritur.M.Cornelio Cethego:&.P. Tuditano coſſ.q̃q̃ Varro diligentiſſimus antiquitatis inueſtigator exiſtimet in hoc erratũ:Ennii uitã longius producens: nam ꝓtore.C.Sulpitio Gallo ludos Apollini faciente cum Thyeſten fabulam docuiſſet.Qu. Martio:& Gn.Seruilio coſſ mortem obiit ſcdm.Qu.Serenum articulari morbo dum nimium nino indulget:cuius epitaphium recitat Cicero in Tuſculanis. Aſpicite o ciues ſenis Ennii imaginis urnam:Hic ueſtrum pinxit maxima facta patrum:Nemo me lachrymis decoret:nec funera fletu Faxit:cur?uolito uiuus per ora uiꝝ:Tranqui.alium Ennium ſcriprorem poſteriorem a poeta:&.M.T.pro Cluẽ.Ennium quendam egentem cõmemorant. Actius.L.Actius ſiue Accius(nam utraq; lectio frequens circumfertur) poeta tragicus Pacuuio iunior iiſdem tamen temporibus:quorum congreſſum Tarenti enarrat Gellius libro xii.cap.ſecundo:utriq; ſcriptores clariſſimi grauitate ſententiarum:uerborumq; pondere: authoritate perſonarum:cæterum nitor:& ſumma in excollendis operibus manus magis uideri poteſt temporibus ipſis defuiſſe:uirium tamen Actio plus tribuitur:Pacuuium uideri doctiorem:qui eſſe docti affectãt:uolunt.quare inquit Oratius in epiſtolis.aufert Pacuuius docti famam ſenis Accius alti:fuit.n.in Accio ingenii altitudo:& ſublimitas uerborum:cuius carminibus:qui ſtudioſe delectarentur:non modo uerborum uirtutes:ſed etiam figuram eius uidentur ſecum habere tanto honore habitus apud romanos: ut. P.Mutius eum:qui.L. Actium poetam ſine præfatione honoris nominauerat:condemnauerit in camœnarum æde maximam ſtatuam ſibi poſuit Accius:cum breuis admodum eſſet.utrorunq; nimiam obſoletam antiquitatem Mar.irridet. Attonituſq; legis terrai frugiferai Actius quicquid Pacuuiuſq; uomũt omitto alios actios domi foriſq; claros:ne legentium aures multitudine rerum opprimam. Hi.P. Virgi.& reliqui non fuerunt ſenatores:ut qui ſenatum ingrediendi:& ſententias dicendi ius haberent: quidam tamen autumant Pacuuium:& Cor.Nepotem fuiſſe ſenatores. Sanctitas morum.honeſta: & integra uita. Non diſtat par eſt. Ordinibus.illis qui geſſerunt magiſtratus certo ordine dari ſolitos.,pprie tñ in dignitatibus ordo equeſtris:& ſenatorius dicitur. Vitru.in ſtructione murorũ lapidũ ordines & Colu.ordines angulares in agris. Virg.de remis dixerũt.de ordinibus in militia libro.vi.referemus. Recito.cõmitto iudicio auditoꝝ:legendo ea. Fecerint.recitauerint. Iudicio .q; optimũ erat nec.ídigebat alioꝝ cẽſura. Cõſtãtia.fiducia. Modeſtior.timidior.cautior. A me.ſolo:& nõ ab aliis q̃ſi dicerẽt ñ ſũ iudicio meo cõtẽt⁹:niſi ẽt alioꝝ experiar.Has recitãdi cãs ſequor.moueor his rõib⁹ ad recitãdũ

Actius

Ordo

Intendit acrius reuerentiã auditorum ſcriptis ſuis diligentius ſcripta ſua examinat:qa reuereť auditores nã auditorũ reuerentiá paſſiue accipi uolo:hoc magis placet:q̃ q̄ recitando facit auditores magis reuereri ſcripta ſua. Intẽdit.auget. Ex cõſilii ſnía.ex certa auditorũ ſnĩa:quos adhibuerat in conſiliũ.q̃re Mar.xii.inqt ſi qd eſt in meis libellis:qd̃ placeat dictauit auditor.legimus ét ex cõſiliariorũ ſnĩa. Perſpicit.aĩaduertit recitator. Ab humanitate.ab hoĩe.ſicut diximus antiquitatẽ pro antiquis:mortalitatem pro morte:ita humanitaté pro hoĩbus:q̄ dicendi genus ꝓbat Quinti.in ſuis inſtitutionib⁹. Adeo tantum per ea ſigna cognoſco auditoꝝ iudicium. Eadẽ illa.quæ audiuit recitari a me. Præteriiſſe a libro exæmiſſe

Diſputo examino:cõſidero. Populũ omnimodã multitudinẽ. Auditorium locũ publicũ ad audiẽdũ ſtructũ. Ami cos.præcipuos quoſdã. Quos amicos. Habere.iudices ſuorũ ſcriptorũ.

Valeria.

REs. Tuſcilli Nomiati:& auaritiam fœdã: & incõſtãtiam notat:qui cũ a Vicẽtinis pro ꝺuocatiõe pecuniã acrepſſet:fidem fefellit. Valeriano ſcribiť epiſtola:inuenio Valerianum Seruilianum Valerianũ Pollionẽ: Valerianum ducẽ militũ ꝓtoriãoꝝ:ac eiuſdẽ nominis imperatores duos recentiores.

Solers

Solers. prium uiri:alias quaſi totus arte conſiſtens:& in omni re prudẽs.

Nũdinæ

In agris ſuis:ruri ubi ſuos agros habebat. Nundinas nona die romani fora quas nundinas uocãt cõſtituere quaꝝ cõuentus manifeſta rõ:ut nonis tm̃modo diebus urbanæ res agerẽtur:reliquis adminiſtrarentur ruſticæ:inde nũdina romanorũ dea a nono die naſcentium:qui luſtric⁹ appellatur:nuncupata.priſcis enim temporibus proceres ciuitatis in agris morabantur:& cum conſilium publicũ deſiderabatur:in ſenatum a uillis accerſebantur. Plut. tradit nundinas Saturno conſecratas: q̄ cuſtos:& felicitatis cauſa ille deus eſſet:& nihil aliud eſſe:niſi cõuentum ex agro in urbem emendi uendendiue gratia: quem mercatum uulgo nominant.nundinarum inſtitutum alii ad Romulum referunt:alii exactis iam regibus celebrari cœpiſſem:quia plæriq̄ de plebe repetita Seruii Tullii memoria parentarent ei nundinis:quas primum inſtituiſſe Seruium Tulliũ regem ꝓdiderunt:ut octo quidem diebus ruſtici operas facerent:nono autem intermiſſo rure ad mercatũ legeſq̄ accipiendas Romam uenirent: & ut ſcita atq̄ cõſulta frequentiore populo referrentur:quæ trinũdino die propoſita a ſingulis & uniuerſis facile noſcebantur: uñ etiã mos tractus ut leges trinũdino die authore Dionyſio promulgarẽtur:ea re etiam candidatis uſus fuit in comitium nũdinis uenire:& in colle conſiſtere:uñ coram poſſent ab uniuerſis uideri:ſed hæc omnia negligẽtius haberi cœpta:& poſt abolita.poſtquam trinũdino etiã ob multitudinem plebis adeſſe cœperunt frequẽtes.ſi cecidiſſent in anni principem diem uel in nonas:utrumq̄ pernicioſum reip.putabatur. nũdinis cõcio aduocari neq̄ agi cum populo poterat:ſacræ enim ioui erãt:ideo omnibus nũdinis flaminica in regia loui arietem imolabãt. Vt autem liceret ius nundinarum ĩ priuata ꝓdia habere id priuilegium uel a ſenatu uel a prĩcipe impetrabať q̄ Claudius quamuis imperator tamẽ a cõſulib⁹ petiit.

Vicẽtia

Vicentinorum legati. Vicentia in regione Venetiæ municipium a Gallis conditum prius pulſis Ethruſcis a ueteri ſede olim paruũ deinde ſub Veneto imperio ut cætera nobile:& illuſtre:ubi tamen ortu Cæcina Vitelliani exercitus dux:&. Qu. Rhemnius Palæmõ grammaticus ſummus teſtimonio Tranquilli ĩ libello de grammaticis.

Tuſcillus Noiatus

Tuſcillus Nominatus:de quo paulo poſt fit mentio:cũ exitum totius cauſæ reſcribit. Adfuit.pro Vicẽtinis aduocationẽ ſuſcepit.

Senatus qñ haberetur

Alio ſenatu.cum primũ haberetur ſenatus.nã non omnibus diebus cogebantur ſenatores. Auguſtum legimus apud Trãqui.ſanxiſſe ne plus quam bis in mẽſe legitimus ſenatus ageretur.ſ.cal'.& idibus:neq̄ ſeptembri octobriue mẽſe ullos adeſſe alios neceſſe eſſet q̃ ſorte ductos. Intrarũt.curiã ꝓximo ſenatu. Aduocato.Tuſcillo. Deceptos. a Tuſcillo. Lapſi ne uerbo.eſt ambiguũ an imprudenter:& inconſiderate dixerint ſe deceptos ab aduocato ſuo.

has recitandi cauſas ſequor:primum q̄ ipſe qui recitat aliquanto acrius ſcriptis ſuis auditorũ reuerentiam intendit.deinde:q̄ de quibus dubitat:q̃ſi ex conſilii ſententia ſtatuit.Multa etiã a multis admonetur:& ſi non admoneatur:qd quiſq̄ ſentiat perſpicit ex uultu:oculis:nutu:manu:murmure:ſilentio:quæ ſatis apertis notis iudiciũ ab humanitate diſcernunt.Atq̄ adeo:ſi cui forte eorũ: qui interfuerũt:curæ fuerit:eadem illa legere intelliget me quædam aut commutaſſe: aut præteriiſſe. fortaſſe etiam ex ſuo iudicio q̃uis ipſe nihil dixerit mihi.atq̄ ita hæc diſputo:quaſi populum in auditorium:non in cubiculum amicos aduocarim: quos plures habere multis glorioſum:reprehenſioni nemini fuit.

C.Plinius Valeriano.S.

REs parua:ſed initiũ nõ paruũ. Vir ꝓtorius Solers a Sẽatu petiit ut ſibi iſtituer ĩ agris ſuis nũdinas pmitteret.Contradixerũt Vicentinoꝝ legati.Adfuit Tuſcillus Noiatus:dilata cã é alio Sẽatu. Vicẽtini ſine aduocato itrauerũt:dixerunt ſe deceptos:lapſi ne uerbo:an

Nepote.Licinio Nepote. Quem docuissent.cui aduocato causam suam exposuissent:unde.M.Tullius inquit aduocatos totam causam solitos a clientibus discere. Quem prius.docuerant scilicet Tuscillum Nominatum. Interrogati.iterum Vicentini a prætore. Gratis adfuisset.patrocinium gratuitū: & sine mercede Nominatus præstitisset. Sex milibus nummum.suscepisse causam sextertiis sex. Rursus pro secunda aduocatione qua Vincentinos fefellerat. Postulauit.coss.petiuit. Vlpianus autem de damno infecto:postulare inquit dicitur pro tribunali petere:non alibi:latius tamen.ff.tertio declarauerat quid esset.postulare.s.est desiderium suum uel amici sui in iure apud eum: q̄ iurisditioni præest exponere: uel alteri⁹ desiderio contradicere. Induceretur.in senatum uocaretur Hactenus.huc usq̄ processit causa. Auguror.coniecto. Res:Tuscilli causa. Minima.non maximi momenti.tacita:& commota:minima:& latissime.exornatio contrariū. est alia lectio non improbanda. Ex minimo commota idest ex causa leui detecta:ut respiciatur ad illud Liuianū: parua scintilla plærunq̄ incendium ingens excitat. Serpunt.paulatim extendūtur:diffunduntur:augentur. Erexi aures tuas.te intentum ad futura reddidi. translatio a brutis quæ intentionem dirigentes intendunt aures. Virg.arrectisque auribus astant:sic Terentius trāslatiue dixerat arrige aures Pāphile. Quā diu.ad tempus refertur. Quā blande. ad modum.ludit Secūdus cum amico. Reliqua.secutura in hac causa. Si nō. nisi. Virgili.Si non pertesum thalami. Mart.si non sit Næuia mutus erit. Ouidius libro primo metam.si nō Corneus huic arcus:si non foret aure⁹ illi. Ante.q̄ proximus senatus cogetur. Lector. per epistolam meam cognoscere.

Postulare

Si non

NVnciatur Fannii obitum luget in sinu Maximi ob amiciciam.ingenium: egregios illius mores:& quod testam̄to reliquerat hæredes suos inimicos: q̄q̄ imperfectis libris: quos de Neronis sceleribus incho auerat:decesserat.Fannios ante Secundi tempora multos annotaui:eius uero ætate nullū p̄ter hūc.

Fannius

quia ita sentiebant.Interrogati a nepote prætore quem docuissent:responderunt:quem prius.Interrogati:an tunc gratis adfuisset: responderunt sex milibus nūmum.An rursus aliquid dedissent: dixerunt mile denarios.Nepos postulauit: ut Nominatus inducerētur.Hactenus illo die:sed quantum auguror longius res ꝓcedet. nam plæraque tacita tantum:& minima:commota latissime serpunt.Erexi aures tuas. quandiu nunc oportet:q̄ blande roges:ut reliqua cognoscas: si tamen non ante ob hæc ipsa ueneris Romam: spectatorque malueris esse quam lector. Vale.

C.Plinius Maximo.S.

NVnciatur mihi.C.Fānium decessisse:q̄ nuncius graui me dolore confudit.Primum q̄ amaui hominem elegantem: & disertum.Deinde q̄ iudicio eius uti solebam. erat enī natura acutus:usu exercitatus:uarietate ꝓmptissimus.Angit me super ista casus ipsius. Decessit ueteri testamento: omisit quos maxime dilige bat: prosecutus est quibus offensior erat. Sed hoc utcunq̄ tolerabile: grauius illud: quod pulcherrimum opus imperfectum reliqt:Q uāuis.n. agendis cauis distringeretur: scribebat tn̄ exitus occisorum: aut relegatorum a Nerone: & iam

Confudit.perturbauit:concussit:affecit.Elegantem.egregiū circa mores:& scripta. Disertum. acrem in disputando eloquentia populari instructū. Iudicio.in emendatione meorū librorū. Natura acut⁹. ingeniosus.q̄ primum in oratore credidit Tullius. Vsu.qui est dicendi magister. Varietate.multarum rerum cognitione.qua maxia facultas paratur. Super ista.præter iam prædicta. Casus. euentus malus. Veteri testamento. olim condito:multo antequā obiret. Omisit.præteriuit:nullo legato dignatus est. Prosecutus est.bn̄ficio affecit:reliquit bonorum hæredes. Tranqui.in Claudio:qui tamen moriens:& in tertiis hæredibus eum ex parte tertia nuncupatum legato:& circa sextertiū uicies ꝓsecut⁹. Quibus offensior erat:quos tū maxime oderat.nam dū scripsit testamētū hæredes instituerat sibi amicos:sed postea inuisis prioribus alios sibi comparauerat amicos:uerū non timens mortē:neq̄ ideo testamentū uetus mutans hæredes reliquit inimicos. Vtcunq̄.quomodocunq̄:aliqualiter. Grauius.molestius:damnosius est. Distringeretur.detineretur:occuparet. Occisorum aut relegatorū a Nerone. q̄ Claudii īpatoris necis cōscius Germanici frīs Agrippīæ parētis:amitæ Lepidæ:Octauiæ:Poppeiæ Sabiæq̄ uxorū author extitit:p̄terea Antoniæ Claudii:Attici Vestini cōsulis:Auli Plautii:priuignii Rufi Crispini: Tusci nutricis filii:Senecæ p̄ceptoris Lucāi:& multorū:quorū noīa apd Trāq.& Tacitū referūtur:p̄serti cōiuratōe pisoniana:& Viciana:ī qb⁹ ēt dānatorū liberi urbe pulsi:& enecti ueneno aut fame.

Nero quo occiderit

Subtiles.refer ad acumen ingenii. Diligentes.ad curā ueritatis. Latinos:ad elegantiā. Inter ſermonem hiſtoriamq; medios:ſtili neq; grandioris neq; infimi.eſt autem ſermo(q̄ iam prædiximus) oratio remiſſa & finitima quotidianæ locutioni: hiſtoria minor quidem oratione: ſed maior ſermone. non multo poſt dicetur in quo differat hiſtoria ab oratione. Lectitabantur.placebant.in manibus erant Acerba. intempeſtiua:lugubris. Immortale perpetuum.q̄ fit per ſcripta probata. Nam qui. eſt duplex ſententia:prior magis apparet per contrariam poſteriorem. In diem:ad præſens:& inſtaris commodum nulla habita ratione futurorū.

Indiem.

q̄ Columella libro quarto aperte declarat.fructum inquit plærisq; q̄ uberrimū præſentem conſectātur: nec prouident futuro tempori:ſed quaſi plane in diem uiuant: ſic imperant uitibus: & eas ita multis palmitibus onerant:ut poſteritati non conſulant. at in dies cum augumento dicitur: ut in dies debilitantur mortalium corpora. Viuendi cauſas quotidie finiunt.faciūt ea per quæ quotidie morte digni ſint ideſt uoluptatib⁹ inuoluti nullam habent iuſtam uiuēdi cauſam.inde illud Iuuenalis ſatyricum. Dignus morte perit: cœnet licet oſtrea cētum Gaurana:& coſmi toto mergat aheno.nam horū uita & mors iuxta eſt.

Poſteros cogitant. poſteritatem & immortalitatem ante oculos habēt. Extendunt.prorogant:& q̄ maxime longā efficiunt. Operibus.laudandis:præſertim ingenii. Nulla mors.etiam ſi extrema moriantur ſenectute. Aliquid præclari. Abrūpat. intercidat. Quod accidit.ſibi mori ſcilicet. Per nocturnam quietem.dormiens:in inſomniis.

Scriniū

Cōpoſit⁹.cōformat⁹. Scriniū. capſā librorū:& armariū ſcriptorū Theophraſt⁹: taxus tenuiter ſecta cōglutinaméta capſis:ſcriniis: ſubſellis.atq; i totū ſimilibus p̄ſtat. Iuuenalis.q̄ ſcripta:& quot lecture tabellas:Si tibi zelotypæ retegātur ſcrinia mœchæ.Horati⁹ i epiſtolis. calamū & carthas:& ſcrinia poſco:libris legatis Sabinus & Caſſius ſcripſerunt non contineri bibliothecas: neq; ſcrinia:neq; armaria:neq; cætera in qb⁹ libri continentur.fuiſſe ēt ſcrinium unguentorū apothecam docet Pli.ubi ſcribit Alexandrum expugnatis Darii caſtris cœpiſſe ſcrinium unguētorū. Prō p̄ſiſſe.Neronem exæmiſſe a ſcrinio: Ediderat.Fannius iam publicauerat. De ſceleribus.ſcelus genus eſt:cuius ſpecies plures ſunt:ut libido: auaritia:prodigalitas:crudelitas: & uitiorum reliqua: quæ i Nerone fuerunt.Reuoluiſſe:uoluendo inſpexiſſe a principio uſq; ad finem. Secundo.libro. appellatione librorum ſecundum Vlpianum continentur omnia uolumina ſiue in charta ſiue in membrana ſint: ſiue in quauis alia materia. Abiiſſe. euanuiſſe ab imaginatione Fannii. Expauit. extimuit hoc uiſu.

Librorum appellatōe

Illi.Neroni. Et fuit idem. nam mortuus eſt antequam inciperet quartum. Subit miſeratio miſereor:& doleo. Exhauſerit.ſuſtinuerit exanclauerit. Fruſtra:quia opus tanquam imperfectum decidet. Mea mortalitas.ne penitus interea. Mea ſcripta.quæ imperfecta adhuc contineo domi. Iſtis libris:quos in Blatteram componebat:nam libro octauo inquit ſæpe te monui:ut libros:quos uel prote in Blatteram immo pro te & in illum cōpoſuiſti q̄ maturiſſime emitteres. Suppetit.reſtat:& facultatem præſtat:inde ſuppetiæ auxilium. Abolere.interrumpere:de medio tollere: quaſi dicat hoc fiet ſi abſoluerimus inchoata opera.

continentem. Venire aduocationes. cauſas agi precio: & aduocatos pecunia duci. Fabius laudat: qui ſine mercede agebant.gratis inquit ne ei ſemper agendum:tractari poteſt: quis ignorat? quin id longe ſit honeſtiſſimum? & liberalibus diſciplinis: & illo: quem exigimus animo digniſſimum non uendere operam? nec eleuare tanti beneficii authoritatem? cum plæraq; hoc ipſo poſſint uideri uilia: ꝙ precium habent: cæcis hoc (ut aiunt) ſatis clarum eſt:nec quiſquam. qui ſufficientia ſibi(modica autem hæc ſunt)poſſidebit: hunc quæſtum ſine crimine ſordium fecerit.nam Cn. Titius legem tulit:qua cauebatur antiquitus: ne quis ob cauſam orandam:donum:pecuniam ue acciperet:ſed lex iſta iam exoleuerat: & in deſuetudinem uenerat: q̄q̄q̄ ſæpius reuocata. Tacitus:cuncta legum:& magiſtratuum munia in ſe trahens materiam prædandi patefecerat Claudius:nec quicquam publicæ mercis tam uenale fuit:q̄ aduocatorum perfidia:adeo ut Samius inſignis eques Ro.quadringentis nummorum milibus Suillio datis:& cognita præuaricatione:ferro in domo eius occubuerit.quare princeps oratione. C. Sillii cos. deſ. commotus capiendis pecuniis modum poſuerit uſq; ad dena ſextertia:quæ egreſſi repetundarum tenerentur:in quem ſenſum poſtea Licinius breue edictum propoſuit:peractis tamen negociis capere permittebat. Præuaricationes. diſſimulationes uerorum criminum:admiſſiones falſarum excuſationum: nam præuaricari eſt uera crimina abſcondere:reſpexit Thuſcillum:quem credebat præuaricatum eſſe in cauſa Vicentinorum promittentē primum operam ſuam:deinde non protegentem illos: ſed diſſimulantem ſe admonitum ab amicis: ne ageret. In lites coiri. conteſtari cauſas. data opera lites ſuſcitari:interlitigandum cum aduerſarii aduocato conuenire. Gloriæ loco. pro re glorioſa & laudanda. Statutos. certos:annuos:hodie quoq; nonnulli præſtant ſalaria annua cauſidicis. Capita. principia. ſummam. Legum. Titiæ: & Cintiæ. Senatuſconſultorum. pertinentium ad hanc cauſam:nam præter iam prædicta. Tacitus libro. xiii. tradit multa arbitrio ſenatus conſtituta:ut ne quis ad cauſam orandam mercede:aut donis emeretur. & ibidem:repetitum ſenatuſconſultum:pœnaq; Cintiæ legis aduerſus eos:qui prooemio cauſas oraſſent. nā lib. xv. inquit oratorum licentia Cintiam rogationem peperit. ſenatuſconſulta ſunt decreta patrum:& quicqd ſenatus conſtituit Pomponio ſcribente:eſt autem ſenatuſcōſultum tanq̄ genus:decretum uero ſpecies.

re enim cenſenti ambitionem uidebatur: ſed priuſquam ſententiæ dicerentur Nigrinus Trib. pl. recitauit libellum diſertum:& grauem:quo quæſtus eſt uenire aduocationes:uenire:& præuaricationes:in lites coiri:& gloriæ loco poni ex ſpoliis ciuium magnos:& ſtatutos redditus. recitauit capita legum:admonuit Senatus conſultorum. in fine dixit petendum ab optimo principe: ut quia leges:quia Senatuſconſulta contemnerētur:ipſe tātis uitiis mederetur. pauci dies: & liber principis feuerus:& tamen moderatus. Leges ipſum: eſt in publicis actis. q̄ me iuuat: ꝙ in cauſis agendis nō modo pactione:dono: munere: uerūetiam xeniis

Titia lex

Cintia lex Senatuſcōſultum Decretum Seuerum

Fine. libelli. Optimo principe. Traiano:cui inditum optimi cognomen a moribus. Pauci dies. poſt hæc interfuerunt. Liber. decretum contra uenales aduocatos exiuit. Seuerus:& tamē moderatus. nō uſquequaq; ſummum ius perſequens:ſed ueterem illam legem moliens: quæ uetabat aliquid accipere: nam diximus poſt aduocationem permitti. x. ſextertia:iccirco qui ſeuerę a ſequenda ueritate dictum autumant:non falluntur. Actis publicis. ſenatuſconſulta coram patribus ſcribebant: & ab iiſdē ſubſcribebantur:& cum tribunus pl. ſedens ad fores ſenatus. T. litteram ſubſcripſiſſet:deferebantur ad ærariū. ubi in libris elephantinis ad id inſtitutis ſcripta conſeruabant. acta igit̄ ꝑ libris:& tabulis cōtinentibus publica ciuitatis acta:ideſt negocia:quæ & ꝑ legibus plærunq; intelliguntur:& acta Cæſaris dictatoris nō reſciſſa legimus apud Tranqui. Pactione. Paulus ſcđo. ff. pacta:quæ turpem cām continent nō ſunt obſeruanda & Vlp. qui tranſigit quaſi de re dubia:& lite incerta:neq; finita tranſigit: qui uero paciſcit̄ donationis cauſa rem certam:& indubitatam liberalitate remittit:& paucis nomen a pactione deductū eſt. Dono:munere. donū ad breuiſſimum tempus:munus ad multos dies:ſecundum iuriſconſultū munus tribus modis dr̄:uno donū:& in munera dici:dari:mittiue:altero onus: quod cum remittitur uacationem militiæ: muneriſq; præſtat:unde immunitatē appellari:tertio officiū: unde munera militaria: & quoſdam milites munificos uocari. Paulus de uerboꝝ ſignificatione inter donū:& munus hoc inter eſt:quod inter genus:& ſpeciē. nam genus eſſe donum Labeo ait:uel a dando:uel a donando:dictū:munus ſpeciem:nam munus eſſe donum cum cauſa:ut puta natalicium:nuptiarum. Martianus ibidem. dona proprie ſunt:quæ nulla neceſſitate iuris:officioue:ſed ſponte præſtantur:quæ ſi non præſtentur nul-

Pax

Donum Munus

Acta

la repræhenſio eſt:& ſi præſtentur plærunq; laus ineſt:ſed in hoc uentum eſt:ut non quodcunq; munus idem donum accipiatur:at q̄ donum fuerit:id munus recte dicatur. non facit hic Donati & Seruii opinio tradentium donum eſſe quod datur diis:munus q̄ datur hominibus: neque magis Agreſtii donum dantis eſſe:munus accipientis.ex uerbis Taciti lib.xvii.colligi poteſt:q̄ donamus noſtra:largimur aliena. Xeniis.amicorum donis.quæ mittebantur amicis:& ab amicis ab Vlpiano.ff.i.monſtrantur eſſe: quæ uictus quotidiani cauſa mittuntur:munera:quæ in longius producuntur: ea plurima Mart.libro primo diſtichoꝝ enumerat. Vitruuius lib.vi.græci hoſpitibus poſtero die mittebant pullos:oua:olera poma.reliquaſq; res agreſtis:ideo piſtores ea:quæ mittebant picturis imitantes xenia appellarũt.ξενος enim amicus & hoſpes. Suidas tm̄ interpretat xeniũ donũ ab amicis datum ξενιον iquit δωρον παρα ξενοις δι δομενον. Apuleius ſecundo ſui aſini.mittit mihi Byrrhena xeniola:porcum optimum:& quinq; gallinulas:& uinicadũ in ætate precioſi. Appianus in rebus libycis.Phamea a ſenatu xeniis condonatus plurimis:purpurea ueſte:& fibula aurea: equo phaleris aureis ornato:& inſignibus pariter armis: ad hæc argenti drachmas decem mile:& minas centum argenti contulit. xenius autem præfectus hoſpitii:& Iuppiter xenius.i.quod preſit hoſpitibus.Iubenda. quæ poſſunt iuberi ne fiant. Permiſeris.idulſeris.Immo. correctio. Propoſiti. noluiſſe pro patrocinio aliquid accipere. Neceſſitate. lege cogente. Diuinum.nõ tam ex ſtirpe deorum:& immaculatũ:q̄ uatem:& hoc præuidẽtẽ. Occurſum.lege puiſũ. Per ludum acceptũ.ioci cã:quod p ludo accipit:ſic.n.mecũ iocant amici: cũ norint me a rapinis abſtinentiſſimum & ntegrum.

Xenia

Xenius

Ecceſſerã. Lætat curã uiæ Aemyliæ demãdatam Cornuto Tertullo amiciſſimo:& optimo uiro:cũ quo p̄fecturã ærarii:deide cõſulatũ geſſerat: nec minus exultat tempoꝝ felicitate:qua boni dignitates conſequantur:demum enarrat quibus cum fuiſſet in municipio ſuo:cum intellexit hanc nouam dignitatem Tertullo traditam.ad Pontium alibi ſcribit Secundus:& fatetur eius nomine munera accepiſſe:Sceuino Pontio nobili adoleſcentulo ab Othone redditum locum ſenatorium teſtatur Cor. Tacitus. Pontio proconſuli reſcripſit diuus Pius.author Vlp.ff.xlyiii.titulo de accuſationibus:&.ff.xxiii.legitur imperatorem Seuerum reſcripſiſſe Pontio Luciano. Secefferam. Roma diſceſſeram relictis urbicis negociis:gratia quietis & relaxãdi animi. Municipium. Comum. Coram.præfecturã:quam primũ inſtituiſſe Auguſtum refert Trang.ſed Pomponius de origine iuris inuit hunc magiſtratũ uetuſtiorem fuiſſe:cũ inquit conſtituti ſunt & quattuor uiri:qui curam uiaꝝ agerent.

Pontius

Viaꝝ præfectura Aemyliæ uiæ

Viæ Aemyliæ. Aemylius Scaurus: qui ſubegit Ligures uiam a Placentia: ut Flaminiæ committeret Ariminũ perduxit deductis ex Pado uſq; in Parmẽſium agrũ foſſis nauigationibus commodis paludes ipſas exiccauit e campis per Placentiam:ſi quidẽ arua Trebia Padũ influens:alii quæ item cõplures ante fluuii ultra modum ſtagnabant.hæc Liuius & Strabo:apud quem in ſuper hæc leguntur. libro.v.hicille Scaurus eſt:qui per Piſas & Lunam uſq; ſabatios uiam ſtrauit Aemyliam:& hinc per Dertonen.alia uero eſt Aemilia:quæ per Flaminiam excipit:eodem enim in cõſulatu.M. Aemylius Lepidus:&.C. Flaminius collegæ fuerunt:uictores autem ligurum ſtrauere:hic quidẽ Flaminiam e Roma per Thuſciam & Vmbriam Ariminum uſq;:alter Aemyliam Bononiam uſq;:& ex ea in Aquileiam:prope alpiũ radices: ducto per gyrum circa paludes opere. Ipſius noſe. Tertulli cauſa. Ambitiõe.honoꝝ cupiditate. Vltro.nõ queſitus. Meo.noſe gaudeo. Mandatũ mihi officiũ.cura uiæ Aemyliæ ab imperatore mihi cõmiſſa. Par.eadẽ cura. Aequari bonis.cõſeq;q̄ bonis ſicut Tertullo tribuũt.ſnia color. Ad exẽplar antiquitatis.ut ĩ oĩbus antiquos ſequat uirtute p̄ſtantes & repræſentet. Feſtus inquit exẽplũ eſt qd ſequamur aut uitemus:exemplar a quo ſimile faciamus:illud aio æſtimatur:iſtud oculis cõſpicit: libro ſexto

Flaminia uia

Exemplar Exẽplum

ſemper abſtinui. Oportet quidem: quæ ſunt inhoneſta: non quaſi illicita: ſed quaſi iubenda uitare: Iucundum tamen ſi prohiberi publice uideas: quod nunquam tibi ipſe permiſeris. Erit fortaſſe:immo non dubie:huius propoſiti mei:& minor laus:& obſcurior fama cum omnes ex neceſſitate facient: quod ego ſponte faciebam. Interim fruor uoluptate cum alii diuinum me: alii meis rapinis:meæ auaritiæ occurſum: per ludum acceptum:dictitant. Vale.

C. Plinius Pontio. S.

Ecceſſeram ĩ municipiũ:cũ mihi nunciatum é Cornutũ Tertullũ accepiſſe æmiliæ uiæ curã. Exprimere non poſſum q̃to ſim gaudio affectus: & ipſius: & meo nomine: ipſius q̄ ſicut eſt ab omni ambitione longe remotus:debet tamen ei iucundus honor eſſe ultro datus. Meo:q̄ aliquanto magis me delectat mandatum mihi officium: poſtquam par Cornuto datum uideo. Neq; enim augeri dignitatem:q̃ æquari bonis gratius. Cornuto autem quid melius: qd ſanctius: quid ĩ omni genere laudis ad exemplar antiquitatis exp̄ſſius: qd mihi cognitũ eſt nõ fa-

de Romano Secundus.comœdiam dixit ad exemplar ueteris comœdiæ ſcriptam:ut eſſe quandoq; poſſit exemplar.ſcio tamen exemplum inuicem uſurpari quod facit Mar.in præfatione primi libri: & Gellius:Ouid.ac multi. Alioquin.præterea. Dileximus omnes.inter quos Senectionem:Ruſticum:Heluidium:Mauricum.Gratillam:Arriam:Fanniam:eos libro.iii.ad Genitorem enumerat. in eandem ſententiam de ſe & Tertullo loquitur in panagyrica oratione: iiſdem inquit amicis gloriabamur: eoſdem amiſſos lugebamus. Aemulandos.ſequendos. Vtroq; ſexu. tam fœminas:q̃ mares. Quæ ſocietas amiciciarum:q; eoſdē una diligeremus.

Neceſſitudinis publicæ.coniunctionis in gerendis ſimul publicis honoribus. collega fuit in præfectura ærarii & conſulatu:utriuſq; meminit in panagyrico: nondum enim compleuerant Secundus & Tertullus præfecturam ærarii:q̃ antequam deponerent Traianus cōſules una renunciauit miris laudibus illorum uirtutem prædicans:& antiquis conſulibus æquiperans. Altiſſime.penitus. Aetatis maturitate. ſenio. Vitæ maturitate. moꝛe integritate:& perfectione. Maturitas.ſi ad ætatem refertur pro longo uitæ ſpacio ſumi debet:ſi ad mores pro ſanctitate:& perfectione. Illi.Tertulli cauſa. Priuatim.utriuſq; reſpectu. Publicæ.utilitatis publice. Non perueniunt ad pericula uirtute ut prius.ſub ſæuiſſimis imperatoribus ut Domitiano homini periculum fuit eſſe bono: nam oderant uirtutem tanquam ſibi ſuſpectam: quare in panagyrico Traiani tēpora cōmēdans ait: ſicut nunc ſpes gaudiumq;: ita tunc cōmunis nobis dolor & metus erat. Præuertam: digrediar a ꝓpoſito.

Hic.Comi. Nuncius.Tertulli.præfecturæ Aemyliæ. Proſocero. Fabato. Amita.cuius meminit in fine epiſtolaꝛ ad Traianum ſuppreſſo tamen nomine: ſed lib.iiii.ad eandē ſcribēs aperte docet Hiſpullā appellatā. Querelaꝛ ruſticarum.ruſticos conquerentes: ut eorū moris eſt. Rationes. calculos expenſaꝛ & redituum. Inuitus.& curſim.ſenſus eſt. coactus tanq̃ & propere legebam rōnes reꝛ ruſticaꝛ: nā cū ſint ineptæ ſcriptæ: &(ut ita dicam)uernaculis litteris confectæ eas faſtidiebat Secundus: qui elegantioribus oratoꝛ litteris aſſuetus erat. nā inquit inſtitutus ſum floridis ſcriptis:nō peſſimis & laniariis:quibus utuntur calculatores:& qui rationes conficiunt. Initiatus.inſtitutus. pariter per tranſlationem Fabius dixit:neq; enim ſanctius eſſe ſacris iiſdem:q̃ ſtudiis initiari. ꝙ eſt introduci in aliquam rem:proprie tamen de ſacris dicitur. Varro præcepit initiari pueros eduliæ & potulicæ & cubæ deabus edendi & potandi & cubandi. præterea legimus in inſula Samothracum certo tempore pueros initiari.quomodo autem quis ſacris initiaretur Apuleius.xi.pluribus proſequitur. Includor anguſtiis commeatus.breue ſeceſſus ſpacium mihi permittitur.commeatus duo ſignificat: & facultatem diſcedendi ab officio per aliquod tēpus:& pro annona ſubinde reperitur. Mei.officii. Idem.quo uenturus ſum in urbem. Campania tua.in agro Campano Pontius agros poſſidebat. Remittat. permittet te uenire Romam. Contubernio.conſuetudine:conuictu.

Maturitas

Initiari

Cōmeatus

ma: qua alioquin optima: & meritiſſima fruitur: ſed longis:magniſq; experimētis. Vna diligimus: una dileximus omnes fere: quos ætas noſtra in utroq; ſexu æmulandos tulit:quæ ſocietas amiciarum arctiſſima nos familiaritate cōiunxit. Adceſſit uinculum neceſſitudinis publicæ. Idē enim mihi(ut ſcis)collega quaſi uoto petitus in præfectura ærarii fuit: & in conſulatu. Tum ego: qui uir:& quantus eſſet altiſſime inſpexi: cum sequerer:ut magiſtrum:ut parentem uererer:quod non tam ætatis maturitate. q̃ uitæ merebatur. His ex cauſis: ut illi:ſic mihi gratulor: nec priuati magis q̃ publice. Tandem homines:non ad pericula: ut prius:uerū ad honores uirtute perueniunt. In infinitum epiſtolam extendā:ſi gaudeo meo indulgeam:præuertam ad ea:quæ me agentē hic nuncius deprehendit. Eram cū proſocero meo: eram cum amita uxoris:cum amicis diu deſideratis. circuibam agellos:audiebā multū ruſticarum querelaꝛ: rationes legebam inuitus: & curſim: aliis.n. chartis:aliis ſum lr̃is initiatus. cœperā etiā itineri me p̄parare:nā includor anguſtiis cōmeatus:eoq; ipſo ꝙ delegatum Cornuto audio officium: mei admoneor. cupio te quoq; ſub idem tempus Campania tua remittat: ne quis: cū in urbem rediero: contubernio noſtro dies pereat. Vale.

C.Plinius Marcellino.S.

TRiſtiſſimus hęc tibi ſcribo. Fundani nr̃i filia minor defuncta:q̃ puella nihil unq̃ feſtiuius:amabilius: nec modo longiore

Nihil dignius.nullam puellam uidi digniorem.uſitata Secundo dicēdi figura. Anilis prudentia. qua Prudentia
lis ſolet contingere interdum grandæuis matronis:nam in iuuene non dicitur cadere:cum ſit rerum bo
narum & malarum ſcientia:quorum uidetur iuniorem ætatem non poſſe temporis anguſtia experien-
tiam & cognitionem habuiſſe. Matronalis.matronæ conueniens. Suauitas.feſtiuitas. Vt.qua gra-
tia. Honeſte.pudice.additum ne quis ſecus ſuſpicaretur legitur etiam modeſte. Pedagogos. qui cu-
ram morum habebant:& dabantur cuſtodiæ puerorum puellarumq;. Præceptores. diuerſarum rerꝫ
& ſcientiarum. Pro ſuo officio. ut per-
tinebat ad officium uniuſcuiuſq;: magis
enim diligendi ſunt litterarum præce-
ptores:q̄ cantus & lyræ. Cuſtodite. ca-
ſtigate:cum reſpectu. Nouiſſimā. qua
periit. Vigore.uigor eſt robur & firmi Vigor
tas. Apuleius uigoroſum ꝓ robuſto po-
ſuit. Hic. uigor. Spacio. longitudine.
Cauſas.ut ſuperioribus uirtutibus ad-
deret conſtantiam. Acerbum. immatu
rum. Mortis tempus.quo erat deſtina-
ta reb⁹ lætis. Deſtinata.deſignata:ſpō-
ſa uxor. Electus.ut boni ominis. Ad-
uocati. inuitati ad nuptias. Multa. ad
agendam triſtitiam:nam qui dolent īge-
nioſi ſunt perqrere doloris cauſas. Mar Margarita
garitas.uniones.dicitur margarita: mar Margaritū
garitum:& margaris:ut plurimum inue Margaris
nitur in mari indico & rubri littoribus
authore Curtio. culmen omnium rerꝫ
preci margaritæ tenent Plinio proden-
te:qui libro nono capitu.xxxv.plura ſu-
per his ſcripſit. Gemmas. Pomponius.
ff.xxxiiii.titulo de auro & argento lega-
to.gemmæ inquit ſunt ſuperlucidæ ma- Gemmæ
teriæ uelut ſmaragdi:chryſolithi:& ame Lapilli
thiſti:lapilli autem contrariæ ſuperiori- Margari-
bus naturæ:ut Abaſiani.uerientani.mar tæ
garitæ autē nec gēmis nec lapillis conti-
nentur.gemmas.pariter Curtius a mar-
garitis diſtinguit:ſic uterq; Plinius apud
ſeniorem multa de gemmis diſſeruntur
libro.xxxvii. tranſlatiue gemma in uite
dicitur a rerum ruſticarum ſcriptorib⁹.
Vnguenta & odores.quibus mortui re
ſpergebātur.Martial. Vungēta & Ca-
ſias & olentem funera Myrrhā:Thuraq;
de medio ſemicremata rogo: Et quæ de
ſtygio rapuiſti cinnama lecto.Auſonius
Sparge mero cineres:& odoro plue nar-
do Hoſpes.& adde roſis balſama punice
is ac deiceps. Ab ineunte ætate. ab ado
leſcētia. Altiorib⁹ ſtudiis philoſophiæ.
Quærit.dememinit. Audiuit.a præce
ptis philoſophorꝫ. Dixit.monuerat ob
ſeruanda:nam quāuis recordetur cōſtan
tiam in aduerſis ſeruandam:patientiā re
tinendam:tamē dolore ſuperatur:& affe
ctui indulget repulſis aliis uirtutibus: &
ſola pietate ſeruata. Talis pietas.tā ho-
neſtæ ſunt cauſæ ut amet filiā & ideo af-

uita: ſed pene immortalitate dignius uidi. Non-
dum annos quattuordecim expleuerat: & iam illi
anilis prudentia: matronalis grauitas erat: & ta-
men ſuauitas puellaris cum uirginali uerecūdia.
ut patris ceruicibus inhærebat: ut nos amicos pa
ternos: & amanter: & honeſte complectebatur:
ut nutrices: & pedagogos: ut præceptores pro
ſuo quenque officio diligebat. q̄ ſtudioſe: q̄ intel
ligenter lectitabat: ut parce cuſtoditeq; ludebat.
qua illa temperantia: qua etiam conſtantia no-
uiſſimam ualitudinem tulit? qua medicis obſe-
quebatur. ſororem partim adhortabatur: ipſam-
que ſe deſtitutam corporis uiribus: uigore ani-
mi ſuſtinebat. Durauit hic illi uſque ad extre-
mum: nec aut ſpacio ualitudinis: aut metu mor
tis infractus eſt: quo pluris grauioreſque cauſas
nobis relinqueret: & deſiderii: & doloris. O triſte
plane acerbumque funus: morte ipſa mortis tem
pus indignius. Iam deſtinata erat egregio iuue-
ni: Iam electus nuptiarum dies: Iam nos aduoca
ti: quod gaudium quo mœrore mutatum eſt? non
poſſum exprimere uerbis: quantum animo uul-
nus accœperim: cum audiui Fundanum: ut mul
ta luctuoſa dolor inuenit: præcipientem: quod in
ueſtes: margaritas: gemmas fuerat erogaturus:
hoc in thura: & in unguenta: & odores impende-
retur. Eſt quidem ille eruditus: & ſapiens: ut qui
ſe ab ineunte ætate altioribus ſtudiis: artibuſque
dediderit. Sed nunc omnia quæ audiuit: quæ-
rit: ſæpe quæ dixit: aſpernatur: expulſiſque uir-
tutibus aliis: pietatis eſt totus: & talis eſt pietas:
cui ignoſcas: laudaueris etiā ſi cogitaueris quid
amiſerit. Amiſit enim filiam quæ non minus mo
res eius: quam os: uultumque referebat: totum-
que patrem mira ſimilitudine exſcripſerat. Pro-
inde ſi quas ad eum de dolore litteras mittes: me-
mento adhibere ſolatiū: nō quaſi caſtigaturum: &

flicte mœreat ut poſſis Fundano ignoſcere: immo eum laudabis ſi conſideraueris: quam filiam perdide
rit. Os.liniamenta faciei. Vultum.motum in affectibus. Exſcripſerat.effinxerat: reddiderat. effigia
uerat. De dolore.cohibēdo. Caſtigaturum.non ꝓ ſit eius generis ut caſtiget & repræhēdat tanquam

nimium dolori indulgẽtem:ſed ꝙ demulceat & leniat. Admittat. ſuſcipiat:approbet: exequatur. Medii tẽporis ſpacium.longũ interuallũ a morte filiæ:nullus.n.dolor ſcdum Sulpitium eſt: qui lõgitudine temporis non minuaſ & molliaſ. Crudum.recens.uulnus tranſlatiue refertur ad doloré ut apud Papinium in ſyluis.abruptis etiã nunc flebile uenis Vulnus hiat:magnæq; patet uia lubrica plagæ. Requirit:manus medentium petit. Acquieſcit.contentatur. Admotis.adhibitis conſolationibus.

SCio.Calphurnii Piſonis opus de amoribus in auditorio frequenti recitatum non uulgari laude cõmẽdat apud Veſtricium Spu.utraq; linguà eruditum: deinde fratris Calphurnii pietatem probat.optatq; tẽpora ſua illuſtrari ingenioꝝ claritudine. Bonis artibus. rei litterariæ. Dignum maioribus ſuis. ut ꝑ res præclaras nõ uideantur degenerare a maioribus ſuis illuſtribus. Feſtinãtius.cupide:& per id miſſo tabellario prope re:neq; dilata re in craſtinũ. Auditorio Calphurnii Piſonis. in eo loco: quo auditores cõuenerant: ut audirent Calphurniũ Piſonem. ερωτοπαιτγιον hic alii abſurde:& mendoſe legebant περιγομων ideſt de legibus.uel apte περιτγιον. uera lectio & accõmodata ερωτοπαιτγιον opus ſcilicet de ludo amoris. ερως enim amor & παιτγιον ludus: an potius amoris feſtum:nã ἡ παιτγια Suida interprete feſtum ſignificat: & Aratũ ſcripſiſſe τα παιτγια rettulit idẽ. Athenæus tradit eadem Mnaſeam cõpoſuiſſe: apud quem Nymphodorus Leſbiam Salpé fuiſſe dicit: quæ παιτγια monumẽtis mãdauit:ſed Alcimus teſtatur Botryn cognomento Salpen inuentricem των παιτγιων.idem Athenæus Gneſippum παιτγιατραφον.memorat. Auſonius prodidit Lællium antiquiſſimum poetam conſcripſiſſe erotopægnia.quid inquit antiquiſſimi poetæ Lælii:erotopægnion libros loquar?ubi mendoſe legitur Lennii erotopægniõ: & li.ii.Gel.cap.xxiiii. erotopæginis ꝑ erotopægniis:huius ſcribit legis Lællius poeta meminit in erotopægniis Apuleius in prima apologia.unum etiam poetam attingam:uerſus quos agnoſcent:qui Lællium legere: philtra omnia undiq; erunt nonulli tamen freti teſtimonio Priſciani:qui libro.xi.tradit Liuium ĩ quarto erotopægnion uſum eſſe participio meminens apud præſcriptos authores legendum credunt non Lællium:ſed Liuium:qui poetarum antiquiſſimus primus fabulam dedit. eadem forma dicitur erotopægnion: quà technopægnion:cuius ſit mentio apud Auſo. Luculentã:ſplendidam & luce plenam. Scripta elegis, conſtabat uerſu elego:qui paulatim a rebus lugubribus tranſiit ad amores. Verbis fluentibus.currentibus:nam ex conſonantibus multis conſtantia uerba carmen exaſperauit:ſicut crebræ colliſiones: amatorium igitur fluere debet:e diuerſo ſatyricum. Enodibus.mollibus: dulcibus. nodoſa.n.ſunt aſpera: enodia uero lenia & leuigata. Etiam.interdum. Sublimibus.grandibus.altiloquis. Vt poſcit locus, ut res exigebat:& oportune:uerbi cauſa.ſi exclamaſſet contra amorem:& uim eius ac potentiam deſcripſiſſet:cõmode uſus fuiſſet ſublimioribus uerbis:nam triſtia mœſtum Vultũ uerba decent: iratũ Plena minaꝝ:Ludentem laſciua:ſeuerum ſeria dicta:& quæ leguntur deinceps in poetica Horatii. Altæ. erectæ:reconditæ:ſententiæ aũt ſumuntur modo ab opinione hominũ:modo a ueritate.hæ breuiter oſtẽdunt aut quid ſit:aut quid eſſe oporteat. Variæ. faſtidium legentiũ uarietate rerum & uerboꝝ uitari ſolet. Attollebantur.inſurgebant grandioribus uerbis. Reſidebãt.demittebant. ſententiarum enim ut uerboꝝ aliæ elatæ:aliæ mediocres:aliæ ſubmiſſæ: quæ rebus:de quib⁹ ſcribit aptandæ ſunt. Excelſe depreſſis.nã plærunq; altis & excelſis adiacent abrupta:& maxie mirabilia ſunt quæ maxime inexpectata.antitheton exornatio eſt admodũ ſuauis auditori. Mutabat.uariabat contraria contrariis. Ingenio.ſubtili inuentione. Commendabat.gratiora faciebat audientibus. Suauiſſima dulci:& amabili:pronunciandũ eſt quomodo ſcribendũ:itaq; lætis in rebus uox plena:ſimplex:& ipſa quodãmodo hilaris fluit:ac in certamine recta intendit:atrox in ira & aſpera:ac denſa:in inuidia breuior:at in blandiẽdo:ſatendo:ſatiſſaciendo:rogãdo:lenis:ſubmiſſa:ſuadendo:monẽdo:policendo:cõſolando:grauis:ĩ metu:& uerecũdia:cõtracta miſeratiõe:flexa:& flexibilis.Solicitudinis ĩ ore.curæ ut ex ſignis ĩ ore uideret

nimis forte:ſed molle: & humanũ: qđ ut facilius admittat multũ fauet medii tẽporis ſpacium. Vt enim crudũ adhuc uulnus medentiũ manus reformidat:deinde patiť:atq; ultro requirit: ſic recens aĩ dolor cõſolatiões reiicit:ac refugit: mox deſiderat:& uehementer admotis acquieſcit. Vale.

C.Plinius Spurinnæ.S.

SCio quantopere bonis artibus faueas: quantum gaudii capias: ſi nobiles iuuenes dignum aliquid maioribus ſuis faciant.quo feſtinãtius nuncio tibi fuiſſe.me hodie in auditorio Calphurnii Piſonis: recitabat ερωτοπαιτγιον eruditam ſane:luculentamq; materiam. ſcripta elegis erat: fluentibus teneris: & enodibus:ſublimibus etiam uerbis:ut poſcit locus: altæ enim & uariæ ſententiæ nunc attollebantur: nunc reſidebãt:excelſa depreſſis: exilia plenis:iucunda ſeueris mutabat:oĩa ingenio parí.cõmendabat hæc uoce ſuauiſſima:uoce uerecunda: multũ ſanguinis:multũ ſolicitudinis in ore: magna orna

Erotopægnion

Auſonii locus

Vox in pnnnciatiõe

ſolicite dicere. Timor.ut timeant ne ſua ſcripta improbentur tanq̃ nõ ſatis abſoluta. Nec plura dicã. De iuuene.Calphurnio Piſone. Libet.dicere. Rariora de nobis.raro ſimilia noſtris temporibus cõtingant:an honeſtius eſt ſcripta Piſonis extollere:q̃ noſtra.legitur etiã in quibuſdam exemplaribus pro rariora de nobis.deniq;:ut cũ ſequentibus ſic coniungatur.deniq; recitatione finita:quæ quidem lectio clarior eſt. Stimulus.incitatio.ſ.laudare adoleſcentes:unde Fab.optat ſibi dari puerum:qui laudibus & gloria excitaſ.nã laudibus haud minus q̃ præmiis gaudẽt generoſi: & ſcripſit Plut.Spartianos uoluiſſe ab ineuntibus ſtatim annis aliquo affectionis ſtimulo ad gloriã duci: ita ut & uitupatos dolor angat: & laudes ad maiora prouehant. Qua. uia ſtudiorum. Lumen. decus: famam: ſplendorem.

menta recitantis.Etenim neſcio quo pacto magis in ſtudiis homines timor:q̃ fiducia decet. nec plura: quamquam libet plura: quo ſunt pulchriora de iuuene nobili:rariora de nobis. recitatione finita multum: ac diu exoſculatus adoleſcentem: qui eſt acerrimus ſtimulus monendi:laudibus incitaui:pergeret qua cœpiſſet: lumenq;: quod ſui maiores prætuliſſent:poſteris proferret. Gratulatus ſum optimæ matri:gratulatus:& fratri: qui in auditorio illo non minorem pietatis gloriã: q̃ ille alter eloquentiæ rettulit.tam notabiliter pro fratre recitante primum metus eius: mox gaudium eminuit.dii faciunt:ut talia tibi ſæpius nunciem. Faueo enim ſæculo:ne ſit ſterile:effœtum: mireq; cupio ne nobiles noſtri nihil in domibus ſuis pulchrum:niſi imagines habeant.quæ nunc hos mihi adoleſcentes tacite laudare:adhortari: & quod amboꝝ gloriæ ſatis magnũ ẽ:cognoſcere uident.

C.Plinius Macro.S.

BEne eſt mihi: quia tibi bene eſt. habes uxorem tecum:habes filium: frueris mari: fontibus: ruribus: agro: uilla amœniſſima. Neque enim dubito eſſe amœniſſimam: in qua ſe compoſuerat homo felicior: antequam feliciſſimus fieret.Ego in Thuſcis: & ueneor: & ſtudeo:quæ interdum ſimul facio: nec tamen adhuc poſſum pronunciare:utrum ſit difficilius capere aliquid:an ſcribere. Vale.

Maiores ſui prætuliſſent.fuit Calphurnia domus uiroꝝ geſtis miꝝ in modũ celebris: nã.C.Piſo Calphurnio genere ortus.ac multas inſigneſq; familias paterna nobilitate cõplexus: claro apud uulgum rumore erat:per uirtutem aut ſpecies uirtutis ſimiles:nanq; facundiã tuendis ciuibus exercebat.hæc Tacitus libro .xv.fuit & Calphurnius Piſo uictis in Sicilia fugitiuis p̃clarus: ut ſuper Calphurniæ domus ſplẽdore omittamus Liuiũ: Plut.ac alios.& q̃q̃ de nobilitate Piſonũ multa p̃diximus quædã tñ addã:nã Valerius Max.lib.iiii.ca.de cõſtantia.C.Piſonẽ conſulem laudat.L.Piſonẽ hiſtoricum Liui.Dionyſi.Plut. citant.&.P.Piſo orator & conſularis de Hiſpania triumphauit.M.Piſonẽ tradit Cice.græca doctrina doctiſſimum omniũ:qui ante fuerunt.item.L.Piſo tri.pl.legem primus de repetundis tulit:orationes reliquit: Multarum leguꝫ ſuaſor ac diſuaſor fuit:alius .L.urbis cuſtos:& ſtudiorum liberalium antiſtes:ad quem & eius fratrem Horatius ſcripſit poeticam. Auguſtus graui morbo preſſus nullum ſibi ſucceſſorem declarans Piſoni exercitus & publicos redditus in libello ſcribens dedit. Celius Piſo conſul cum Rubrio Gallo ſub Traiano tradente iuriſconſulto.ff.xl. de fideicõmiſſariis libertatibus:fortaſſe Calphurnii frater. Pietatis. amoris in fratrem. Ille alter.Calphurnius Piſo. uulgaris locutio ille alter:qua Secundus alibi eſt uſus illam alterã dicens:q; expoſtulat ſtilus epiſtolaris. Metus.dũ incertus erat: quid ſenſuri eẽnt auditores de ſcriptis fris. Gaudiũ. poſtq̃ uidit recitata laudari. Eminuit.apparuit manifeſto. Sæculo.noſtris temporibus. Sterile.rude.imperitum:infructuoſum circa litteras. Effœtum.inutile.idẽ q; ſterile. Imagines.maiorum illuſtrium: quas ſolebant locare in atriis ſuper tabulino: & in funeribus ſuorum producere. Hos adoleſcentes.Piſones fratres.Cognoſcere.ueros ſuos nepotes.

Calphurnia domus.

Piſonum nobilitas

BEne.Marco congratulaſ q; in ſeceſſu Tarentino multis fruaſ cõmoditatibus:ſe uero in Thuſcis ſcribit uel uenari uel ſtudere. Quia tibi. nã oĩa amicoꝝ cõmunia ſiue bona: ſiue mala. Mari.ad qd' uilla ſita fuerat. Ruribus.circũuicinis.legiſ etiam uitibus: ad hæc in quibuſdã codicibus ſcriptũ uidimus. Viribus.ideſt ,pſpera ualitudie. Felicior.Nerua: quẽ cũ Orphitus & Rufus ad ĩperiũ uocari dicerent:eos Domitianus paratasꝝ contra ſe inſidiasꝝ inſimulans in inſulã deportauit:Neruã quoq; Tarentũ ſecedere iuſſit.ubi tanq̃ uitã tranſacturus ociũ ſuũ diſpoſuerat: q̃q̃ Apollonius ei prædixiſſet oĩno imperatuꝝ. Felicior.comparatiuũ maius ſignificatũ habens ſuperlatiuo.uult.ñ.oſtendere uitam Neruæ priuati fuiſſe beatiorem:q̃ poſtq̃ princeps eſt creatus. Feliciſſimus. ĩperator maximus & auguſtiſſimus. Simul.eodẽ tẽpore:ad Tacitũ ſcripſit ſe cœpiſſe tris apros:& interuenandum plura ſcripſiſſe. Difficilius.quia utrunq; delectabile.an quia magni laboris.

Zosimus.

Videó. Petit ut Paulinus uillam suá commodet liberto Zosimo donec curatus sit a tussi: quam recitando cõtraxerat: & inde sanguinem euomerat. erat autem recitator bonus: & litteratus cithara callens: & domino suo multa præstans officia: eius memoria adhuc Comi extat in tẽplo diui Andreæ tribus uerbis notata ZOSIMVS CONIVGI INCOMPARABILI. pariter Veronæ legimus Zosimum Viriatium extantem in curru triumphali. Zosimum Alexandrinum & philosophum & alium Gazeum siue Ascalonitam declamatorem recitat Suidas. ad Zosimum primatẽ scripsit in epistolis Aeneas rhetor. Mol liter. benigne. humãe. Habeas. tractes. ευνροσ δ' ετωατηρωσ ηπιοσ ην. socer autem pater q̃ mitis erat. sumptum ex ultimo Iliados: ubi Helena cõqueritur Priami filios sibi aliquando infensos extitisse: socerum uero Priamum semper se mitem præstitisse memorat. Hoc nostrũ paterfamiliæ. resume semper in animo est. Nostrum. patronorum proprium: an quia Romanum est uocabulum. nam paterfamiliæ ideo appellatus: ꝙ curare debet familiam ea mansuetudine: qua si pater esset. Asperior. immitior. Frangeret. moneret ad lenitatem.

Quanto nunc maior uenit debilitas ægrotanti: est homo probus. in secunda lectione fuit quanto nunc maior uenit debilitas. iam angitur homo ꝓbus. fuit tertia scriptura nõ absurda quanto nũc utilior humanitas ægrotanti. Probus. bonus quasi probatus: sicut improbus

Officiosus

malus Officiosus. qui se immiscet officiis iuuandi gratia: & nõ officiosus: idest quietus & domi residens. interdum pro eo ꝙ nocet itelligimus officiosum ab officiendo Marti. omnes persequeris prætorum Cotta libellos: Accipis & cæras: officiosus homo es. apud Apuleium in primo asini. aduentores pristinos in fece submissus officiosis roncis raucus appel

Litteratus

lat. Litteratus. litteris excultus. Apuleius. x. dñs ædium habebat iuuenem filiũ probe litteratum: & per id consequenter pietate modestiaq̃ præcipuum. Tranquil. de grãmaticis: sunt q̃ distinguũt litteratum a litteratore: ut græci grãmaticum: & grãmatistam: & illum quidẽ absolute: hunc mediocriter doctũ existiment: quoꝝ opinionem etiã Orbilius exemplis confirmat: nam apud maiores ait: cum familia diutius uenalis produceretur. ne non temere quem litteratum in titulos: sed litteratorẽ inscribi solitum: quasi non perfecte litteris imbutum. Apuleius tamen nono litteratum pro seruo inscripto usurpauit: frontes inquit litterati nam notis in fronte quibusdã inscribebant. Eius. propria. Comœdus. comœdiæ actor. Inscriptio. nam uenales serui scriptis monstrabantur in qua præstarent arte.

Citharа

Facit. excellit. Apte. accõmodate: ut uox cõueniat ei rei: quã agit. Cithara. dicta ϖαραϖονιγεισθαι. ꝙ facile moueatur: aut ꝙ auditores in amorem moueat. Seruius testudinem dictam credit: est autem uocabulum græcum: & pro lyra a Suida interpretatur. Apuleius secundo floridoꝝ. cithara baltheo celata apta structim sustinet: manus eius tenera procerule leua distantibus digitis neruos mouet: dextra psallentis gestu suo: fabulũ citharæ admouet ceu parata percutere cũ uox in cantico interquieuit. Quam

Comœdus Intercinat

comœdo necesse est: nã inter actus comœdiaꝝ concinebat: ꝙ Hor. in arte præcipit ut opportune fiat. neu quid medios intercinat actus: Quod nõ ꝓpositio conducat. & mox: Tibia nõ ut nunc oricalcho iuncta: tubæq̃ Aemula: sed tenuis: simplexq̃ foramĩe pauco Aspirare & adesse choris erat utilis. Diomedes. pãtomimꝰ: & choraules ĩ comœdia canebant inter actores comœdiaꝝ ꝓ facultate: & arte potiores principatum sibi artificii uendicabant. insuper legimus Flaccũ modulasse tibiis terentianas comœdias. Legit. recitat. Sedulo. diligẽter. Iucũda. mihi grata. Charitas. amor. Cõparatũ. datũ. cõsuetũ. Hoc. Zosimo. Semel. nũc. Intente. acriter: alte. In Aegyptũ. ubi zosimus natus erat: iõ remittebatur ĩ patriam & ad suos: cum ualetudinarii curentur mutatione aeris præsertim si transferantur in consuetudinem prioris uictus: & cœli: fic enim restituuntur ueluti nutrici ac parenti. alioquin Aegyptius aer purior

C. Plinius Paulino. S.

Videó q̃ molliter tuos habeas: quo simplicius cõfitebor tibi: qua indulgẽtia meos tractem. Est mihi semper in aio Homerĩ cũ illud. ευνροσ Δ' ετωατηρωσ ἤπιοσ ἦεν. & hoc nostrũ paterfamiliæ. ꝙ si essem natura asperior: & durior frangeret me tñ infirmitas liberti mei Zosimi: cui tanto maior humanitas exhibẽda ẽ: quãto nunc maior uenit debilitas ægrotanti. est homo probus: & officiosus: & litteratus. Et ars quidem eius: & quasi inscriptio comœdus: in qua plurimum facit. nã ꝓnunciat acriter: sapienter: apte: decenter: etiam utitur cithara perite ultra q̃ Comœdo necesse est. Idem tam commode orationes: & historias: & carmina legit: ut hoc solum dedicisse uideatur. Hæc tibi sedulo exposui: quo magis scires q̃ multa unus mihi: & quam iucunda ministeria præstaret. Adcedit longa iam charitas hominis: quam ipsa pericula auxerunt: est enim natura comparatum: ut nihil æque amorem incitet: & accendat q̃ carendi metus: quẽ ego pro hoc nõ semel patior. nã ante aliquot annos dũ intente: instanterq̃ ꝓnũciaret: sanguinẽ reiecit. atq̃ ob hoc in ægyptũ missus a me post lõgã ꝓegrinationẽ cõ

& minus peſtilens:inde multitudie hoium fere cæteras orbis ptes ſuperauit.authores ſunt Diodor⁹: & Ioſephus. Cõfirmatus:liberatus:curat⁹: Imperat uoci.nitit ſupra uires enunciare. Tuſſicula.pua:& modica tuſſi. Veteris infirmitatis.reiectiõis ſanguinis. Prædia.qõ eſt fondus a poſſeſſione uel agro uel prædio qd diſtet:fondus eſt oẽ qcqd ſolo continet.ager ẽ ſpecies fondi:q̃ ad uſum hois cõparat.poſ Fondus
ſeſſio ab agro iuris ꝓprietate diſtat:qcqd.n.apꝑhendimus:cui⁹ ꝓprietas ad nos nõ ptinet hoc poſſeſ- Poſſeſſio
ſionẽ appellamus:poſſeſſio ergo uſus eſt:ager ꝓprietas loci eſt:p̃diũ utriuſq; ſupraſcriptæ rei gñale no- Ager
mẽ eſt:nã:& ager:& poſſeſſio hui⁹ appel Prædiũ
lationis ſpecies ſunt.hæc Modeſtin⁹:& ꝑter eũ Aſconius p̃dia iquit ſũt res ipæ. p̃des hoies ideſt fideiuſſores:quoꝝ res: bona:p̃dia nõ uno noie dicunt.Iuſtinia nus in Inſt.p̃dia oia ædificia urbana ap pellamus:& ſi i uilla ædificata ſunt.

Foroiulii.Foroiuliẽſes cognomine Con Forũiulii
cubienſes locat Plini.in ſexta Italiæ re- gione:quæ Vmbriã:& agrũ gallicũ cir- ca Ariminũ cõplectit:de qbus nũc loq tur Secũd⁹ ſcio tñ Strabonẽ nauale Cæ ſaris Auguſti:qd Forumiulii uocant po ſuiſſe iter Olbiã & Antipolim: ut diſtet a Maſſiliaſtad.ſex milib⁹::& Ptolemæũ Forũiulii in Hiſtria:ſed diuerſa oppida eodẽ noie appellata qs neſcit:nã: & Pli. Forũiulii in Hiſpania refert. Lac. tuſſi Tuſſi
p hyemẽ locis maritimis:p æſtatẽ locis remedia
mediterraneis opus eſt. tuſſientẽ minie op3 lectione uti uehemẽti:ut ilis in tuſſi peregrinatio eſt:cibus ut lac in allio co ctũ.magis terreri põt aliqs cũ ſanguinẽ expuit:ſ3 iõ mõ min⁹:mõ pl⁹ piculi hẽt: exit.n.mõ ex gĩgiuiſ:mõ ex ore:& copio ſe:nõnunquã aũt is a ſũmis faucibus fer tur:aut ore uenæ alicuius adaperto:aut tuberculis qbuſdã natis:& ex his ſangui ne erumpente: aliqñ gutture:& arteriis exulceratis frequẽs tuſſis ſanguinẽ extũ

dit.interdũ ẽt fieri ſolet:ut aut ex pulmone:aut ex pectore:aut ex latere:aut ex iocinore feratur. præter a Celſo prædicta:Plini.ad exulcerationẽ ſtomachi lactis aſinini potus itẽ bubuli plurimũ ꝓdeſt.lege plu ra libro.xxvi.capi.v.&.xxviii.capi.x.apud eundẽ. Neceſſitates ualitudinis.quæ neceſſaria ſũt ualitudi- nario. Reſtringat.amputet.minores faciat ideſt abſtineat a neceſſariis. Ego.ſenſus eſt.dabo ei tantũ nummorũ quãtum opus erit in uia:nã domi tuæ nihil opus erit:ergo nihil ulterius addam.

ITerum.accuſauerant Bithyni Iuliũ Baſſum repetundarũ:qui in ea ꝓuincia ꝓcõſulatũ geſſe- rat:cõtra quẽ a ſenatu ipetrauerant aduocatũ Rufũ Varenũ:is poſtea ſortitus eandẽ ꝓuiciã repetundaꝝ pariter re⁹ fit.ꝓ Vareno ægit Secũdus:cui cõtradixit Fõte ius græcus hõ.cõceſ- ſa eſt Bithynis inquiſitio:& Varreno poſtulatio. A Iulio Baſſo.lib.iiii.legimus Iuliũ Baſſũ reũ fuiſſe repetundaꝝ ſub Traiano q; ꝓuinciã Bithyniã expillaſſet:ſed illic ſcriptũ:Põponiũ Rufum ad uerſus Baſſum ægiſſe:nunc uero Rufum Varenũ:niſi mallimus intelligere appellatũ Põponiũ Rufum Varenũ. A Iulio Baſſo.poſt accuſationẽ Iulii Baſſi. Detulerũt.accuſauerũt:apd ſenatũ. Procõſulẽ. Bithyniæ. Varenũ.dico illũ Varenũ:nã erant in urbe alii eiuſdẽ appellationis:& repetitio talis reficit auditorẽ:& magis rẽ declarat. Acceperant. ipetrauerant a ſenatu:a quo diximus aduocatos peti ſoli- tos. Inquiſitionẽ.inquiſitio eſt alicuius criminis manifeſti ſaltẽ ꝓ famã ex bono:& equo iudicis cõpetẽ Inqſitio
tis facta inueſtigatio:nã cũ in ius uentũ erat dicebat accuſator reo:q; iniuriã prouincialibus fecerat.li ta cuiſſet lis ei æſtimabat ut uicto:ſi negaſſet:petebat accuſator a magiſtratu dies inquirendoꝝ caiminũ. Euocare teſtes.e ꝓuincia teſtes in rẽ ſuã uocare:& expectãdũ donec in urbem uenirẽt.in rẽ nr̃am faciũt Taciti uerba ex libro.xiii.Pomponium inqt Syluanũ magna uis accuſatoꝝ circũſteterat:poſcebatq; tẽ pus euocandorũ teſtiũ ex Africa ꝓuincia:ubi ꝓcõſulare iperiũ habuerat:ſed illico defendi poſtul bat: ualuitq; pecunioſa orbitate:& ſenecta.ſed ſicuti fauore:& gratia quorũdã Syluanus obtinuerat ſtatim ꝓnunciari:ita iure Varenus ipetrauit ut poſſe euocare teſtes. Recuſantibus.nollentibus ut euocaret teſtes cõtra obiecta crimina. Cognitio.diſcuſſio:examiatio.Suſcepta.a ſenatu. Aegi.dixi cãm. Euẽ tu.bono:& malo.nã:& Vareno conceſſum eſt teſtes euocare:& Bithynis data fuit inquiſitio. Fortuna

Fortũa dñatur

dominaſ. domina eſt: & plurimũ põt. Fortũæ oĩa Tullus res aſcripſit. exoculata ab Apuleio dr: nam uaga: inconſtãs: incerta: uaria: indignorũq; fautrix: huic oĩa expenſa: huic oĩa ferunſ acceptа: ſola laudaſ: ſola arguiſ: & in tota rõne mortaliũ ſola utranq; paginã facit. μηδὲν ἀγαθὸν εὐτυχίᾳ. ideſt nihil ſine fortuna dixit Pauſanias in prĩo: & Saluſtius. ſed profecto fortuna in oĩ re dominaſ: hiſtorici autẽ plurimũ in bello poſſet tradiderũt. Vtráque accuſatoris: & rei. Cõmendationis. laudis in actionibus. Memoria. ſi mala fuerit: detrahit: ſi tenax affert. Tps. ſi in opportunũ. Amor rei. cã: quæ agiſ. an grata iudicibus: q̃ re non abſurde Cæſar apud Saluſtium ſuã oronẽ ſic orditur oẽs hoĩes patreſcõ ſcripti: qui de rebus dubiis cõſultant ab odio: amicicia: ira. atq; miſericordia ua cuos eẽ decet. Liber. oro mea quæ nullis affectibus tangiſ: nulla ét fortũa moueſ: ſiue bona: ſiue mala.

Põteius Magius

Põteius Magius. aduocatus græcus a Bithynis in ſenatum ductus: cuiꝰ fit mentio ab eodẽ libro ſeptĩo. Plimis uerbis. pauciſſimis. rebꝰ ſecutꝰ ẽ Ciceroné ĩ oratore dicẽté.

Græcoꝝ loquẽtia

uerbi cõtrouerſia tãdiu torq̃t hoĩes græculos cõtentionis cupidiores: q̃ ueritatis: & declaris oratoribus: aſiaticis qbuſdã oratoribus fuit genus orationis non tam ſententiis frequẽtatũ: q̃ uerbis uoluere: ut Aeſchilo Gnidio ac Mileſio Aeſchini: quibus erat admirabilis oratiõis curſus: erudita ſniarum concinnitas nõ erat. neque inſcitia illius: cures non ſupperant: uerba non deſint: laudanda eſt: quorum ſi alterum ſit optandum: mallim equidem in diſertam prudentiam: q̃ ſtultam loquacitatem. Volubilitas: ſermo rotatus: facilis circumductio: currens oratio. Periodos. in lectione: plena ſententia periodus dicitur: cuius partes ſunt commata: & cola: fit autem in extrema clauſula: nec longior eẽ debet: q̃ ut uno ſpiritu proferatur: modũ eius Cicero quattuor ſenariis pedibus terminauit: unde libro nono Secundus data opera longioré periodũ fecit: ut oſtenderet ſe Tacito inferiorem: nonnulli duo illius genera eſſe dicunt: unũ ſimplex cũ ſenſus unius longiore ambitu circũducitur: alterũ q; conſtat ex mẽbris ſiue inciſis: quod plures ſenſus habet: ut aderat ianitor carceris: carnifex prætoris. adhæc Fabius ſic diſtinguit. at illa connexa ſeries tres habet forma: inciſa: quæ cõmata dicuntur: mẽbra: quæ cola: periodon: quæ ẽ uel ambitꝰ uel circumductũ: uel continuatio: uel concluſio: nam. M. Tullius periodo plurima nomina dat: ambitũ: circuitũ: cõpræhenſionẽ: continuationẽ: circũſcriptionẽ. Frigidas. ſine neruis: quibus ſi ſtrepitum dempſeris nihil boni reſtabit: uel rigidas. duras. Vno ſpiritu. quo periodon compræhendi præcipit. M. Tullius. Contorquent. iaculantur tanq̃ telum aliquod in aduerſarium. ſic Iuuenalis de enthymemate: & curtũ ſermone rotato Torqueat enthymema.

Iulius Veſpro. Cãdidus

Iulius Candidus. Iulius Veſpronius Candidus: qui conſulatũ cũ Quadrato geſſit quo tẽpore Adrianus tribunatũ. pl. hic poſtea miſſus eſt Iulius a ſenatu legatus ad Septimũ Seuerum: qui in Syria cũ exercitibus: quibus præerat a Iulio deſciuerat. erat autem Candidus uetus conſularis olim militibus inuiſus ob duꝛ: & ſordidũ imperium: candidi uxoré tanq̃ adulterã poeta Martialis epigrãmate momordit. Iulio Candido reſcripſiſſet diuum Pium memorat Vlp. ff. xlviii. titulo de accuſationibus.

Eloquẽtia Loquẽtia

Non inuenuſte. eleganter: urbane: ſcite. Aliud eſſe eloquentiã: aliud loquentiam. Valerium probum grãmaticum illuſtrem refert Gellius ſaluſtianũ illud ex Catilinario ſatis eloquentiæ: ſapiẽtiæ parũ: breui anteq̃ decederet: ſic legere cœpiſſe: & ſic a Sal. relictũ affirmaſſe: ſatis loquentiæ: parum ſapientiæ: q; eloqnentia cum inſipientia minime conueniret: nam alibi idẽ Saluſtius dixerat; loquax magis q̃ facundus. Eloquentia. ornatus uerborũ ſententiarũq; cum prudentia. iſ. n. eloquens eſt: qui cum ſapientia dicit humilia ſubtiliter: & magna grauiter: & mediocria temperate. nã cũ orator ſit uir bonus dicendi peritus: ĩpoſſibile eſt eũ eſſe oratorem: qui imprudenter dicit.

Diſertus

Alteri. duobus contigit: poſſumus intelligere Demoſthenẽ: & Cic. Non ſumus Antonii. M. Tullius primo de oratore refert. M. Antonium cui uel primas eloquentiæ partes ſuperiorum tribuerat ætas uirũ natura percautum: & prudẽtem in eo libro: quem unum reliquit diſertos ſe uidiſſe multos: eloquentem omnino neminem. inſidebat uidelicet in eius mente ſpecies eloquentiæ: quam cernebat aĩo: re ipſa non uidebat. uir autẽ acerrimo ingenio (ſic. n. fuit) multa: & in ſe: & in aliis deſiderans neminẽ plane: qui recte appellari eloquens: poſſet uidebat. eum uero ſtatuebat diſertum: qui poſſet ſatis acute atq; dilucide apud mediocres homines ex cõmuni quadam opinione hominum mirabiliter dicere: ſed eloquentem: qui mirabilius: & magnificẽtius augere poſſet: atq; ornare quæ uellet: omneſq; omniũ rerum: quæ ad diſcendum pertinerent fontes animo ac memoria contineret. uerum Secundus fatetur non eſſe eius ſententiæ cuius Antonius: ut putet neminem eloquentem: nam inquit non ſumus Antonii. Nemini.

Periodus

Iulius

liber indicabit. In actionibus enim utranq; in partem fortuna dominatur. Multum cõmendatiõis: & detrahit: & affert memoria: uox: geſtus: tempus ipſum. poſtremo uel amor: uel odium rei. liber ofenſis: liber grã: & ſecundis caſibus: & aduerſis caret. reſpondit mihi Fonteius Magius unus ex Bithynis plurimis uerbis: pauciſſimis rebus. mos eſt pleriſq; græcorum: ut ſit illis pro copia uolubilitas: tam longas: tãq; frigidas periodos uno ſpiritu quaſi torrente contorquent. Itaq; Iulius Candidus non inuenuſte ſolet dicere: aliud eſſe eloquentiam: aliud loquentiam. nam eloquentia uix uni aut alteri: iam non ſumus Antonii: ut credamus

contigisse loquentiam. Loquentiam.disertam facundiam sine prudentia. Impudentissimo cuiqꝫ. quid.n.tam furiosum q̃ uerborũ uel opimorũ atqꝫ ornatissimoꝫ sonitus inanis:nulla subiecta sentẽtia: nec interdũ scientia:uideas quosdã scatere uerbis sine ullo iudicii negocio cum securitate multa:& profunda:ut loquentes plærunqꝫ uideant loqui sese nescire:quare Thersiti audacissimo uerba αμετρα Homerus attribuit:& Eupolis uetus poeta consignatissime id genus hominum retrulit. λαλειν αριστον: αδυνατα τον λεγειν.i.blatterare optimus:dicere ieptissimus.hæc sumpta partim ex oratore.M. T. partim a Gellio.addo Euripidẽ in Hippolyto malos dicere populo uideri eloquentiores.οι ταρεν σοφοι σ φαυλον παροχλω μωσιγωτεροι λετειν. Calide. astute. Acriter.itẽse.δεινωσ. Culte. uerbis ornatis. Contra.Homulũ dixit.

nemini. hæc uero quam Candidus loquentiam: appellat:multis : atqꝫ etiam impudentissimo cuiqꝫ maxime contingit.Postero die dixit pro Vareno Homolus callide:acriter:culte: contra Nigrinus presse:grauiter:ornate. censuit Acilius Rufus cos.des. inquisitionem Bithynis dandam:postulationem Varenĩ silentio præteriit.hæc forma negandi fuit. Cornelius Priscus actoribus q̃ petebant:& reo tribuit:uicitqꝫ numero. Impetrauimus rem negligenter comprehensam:nec satis subsistentem:iustam tamen:quare iustam non sum epistola executurus:ut desideres actionem. nam si uerum est Homericum illud.τω ουτι χρημυθον οφελλειν.apud te prouidendum est mihi:ne gratiam nouitatis:& florem: quæ oratiũculam illam uel maxime commendant : epistolæ loquacitate perdam. Vale.

Presse.emuncte:stricte. Forma modus.scilicet nullam mentionẽ facere ut Varẽo liceret testes euocare. Cor. Priscus.consulum designatorũ unus apud quem Secundus luxit obitũ Valeri Martialis. Actoribus.accusatoribus Bithynis. Quæ petebant. inquisitionem. Reo. Vareno facultatem testium euocãdorum. Vicit numero. sentẽtia Prisci comprobata est a maiori senatorũ pte. Rem.ut liceret testes euocare. Comprehensam.approbatam:intellectam a senatoribus. Subsistentem.probabilẽ. Iustam tñ.consistentẽ:nam erãt personæ:& res notæ:ergo causa cõsistebat: sz uix subsistẽtem dixit:qa ex altera parte rõnes erant ualidiores ad faciendam fidem:qꝫ optime Hermogenes:& eũ secutus Fortunatianus in primo rhetoricorũ tractant. Executurus.dicturus. Actionem.orationẽ quã pro Vareno dixi. τω: ουτι χρημυθον οφελλειν. iccirco: nullo modo oportet sermonem augeri. uerba Patrocli ad Merionez ex.xvi. Iliados. Nouitatis gratiam.quia noua magis placẽt. Florẽ.muscum decorẽ illibatã lectionẽ:pulchrumdinem. Quæ.duo. Loquacitate.si sum mã totius orationis longa epistola cõprehenderem. Perdam.nam non tanq̃ nouam legeres illam.

C.Plinius Rufo.S.

Descenderam in Basilicam Iuliam auditurus:quibus proxima cõperendinatione responderem debeam.sedebant iudices:Centumuiri numero cẽtum octuaginta: tot enim quattuor tribunalibus scribebantur. Obuersabantur aduocati.simul aderant aduocati : legitur

Descenderam:dicturi erant aduocati apud centumuiros:ad quos audiendos Secundꝰ cõuenerat:sed Licinius Nepos iudicia soluit edicto monens ut senatusconsultũ seruaret:quo cauebat:ne qs ante actionẽ pecuniã acciperet uel pacisceret:quod Nepotis factũ a quibusdã reprehendebat:ab aliis laudabat. Descenderam.ab Aesquliis loco edito ubi domũ habuit. Basilicã Iuliã.in qua iudicia publica:& priuata conficiebantur.relege a nobis prænotata. Proxima cõperẽdinatiõe.actiõe:quã primũ erã acturus.cõperendinatio enim utriusque partis actio.secũdũ alios cõperẽdinatio est secunda actio.itẽ cõperendinatio est ab utrisque litigatoribus inuicem sibi denũciatio in perendinum diem:nanque cum in rem aliquam agerent litigatores:& pœna se sacramenti peterent:poscebant iudicem:qui dabat post trigesimum diem:quo dato:deinde iter se comperendinũ diem denunciabant:ut ad iudicium uenirent:quo cum esset uentum antequam cã ageretur:quasi per iudicem rem exponebant:quod ipsum dicebatur causæ coniectio:quasi causæ suæ in breue coactio:secundũ alios inter cõperẽdinationẽ & ampliationẽ hoc interest:qꝫ cõperẽdinatio ex una tm̃ repetitur parte:cum añ iudex nõ intelligeret ut oino suadebat.iudices si bona cã absoluebant eam:si mala nõ statim dñabant.sed hac excusatione parcebant:nam cũ condemnandi nota esset.θ.littera.K.absoluendi:ampliandi signũ.N.L. qꝫ significabat nõ liquere:inde ãpliatio nascebat.hæc Asconius. Tacitus cõperẽdinatiões liberas olim fuisse memorat.postea restrictæ sunt legibus:nã tertia actione inquit Cicero : ut his ludorum diebus interpositis nemo istum comperendinatum:iudicaret.adimo enim comperendinatum:qꝫ habet lex in se molestissimum bis ut causa dicatur:uerum ut opinor Glaucia primus tulit:ut comperendinaretur reus. antea uel iudicari primo poterant:uel amplius pronunciari:alibi Secũdus dixerat.leges tot horas:tot dies: tot comperendinationes largiuntur. Iudices.sorte ducti. Cẽtumuiri.numero cẽtum octuaginta: tot enim quattuor tribunalibus scribebantur. Obuersabantur aduocati.simul aderant aduocati : legitur

Cõperẽdinatio

Causæ cõiectio

Ampliatio

Obſeruaſ

ęt obſeruabãtur ſcilicet ab aduocatis:& auditoribus.centumuiri uenerabantur:nam obſeruatio ad honorem referť:& in duabus rebus eſt:aut obſequo:aut ſpeculando.alias obſeruatio eſt callida: & diligens annotatio.deinde ſequitur. Aduocatis ſilẽtium longũ.ſcilicet fuit donec prætor aduenirẽt. Nũcius. aduenit.diſſolutio.exornatio:quæ coniunctionibus uerboꝝ e medio ſublatis:partibus ſeparatis efferť.

Eximitur dies.interdictũ eſt eo die litibus:ut iudiciis uacarent:ſic enim diẽ credit eximi:cũ iuſtitiũ indicitur:& iura ſilent. Parat⁹.ad dicendum. Morer.deſiſtã a cauſis agendis. Nepos.Licinius Nepos.

Legibus quærit. ſecundum leges cognoſcit: nã ius cognoſcẽdi authore Pediano erat apud prætorẽ: & Paul⁹ de regulis iuris iqt ubicũqꝫ cãæ cognitio é. ibi prætor deſiderať: iudicãdi uero ius apud equites fuit. prætor aũt urbanus iuridicundo præerat:& in ptãte hẽbat

Edictũ

TV uero nō debes ſuſpenſa manu cōmendare míhí quos tuendos putas. nā: & te decet mītís p̄deſſe: & me ſuſcípere: quicq̄d ad tuā curā p̄tinet. Itaq̄ Vectío Príſco: quantū plurimū potero p̄ſtabo: p̄ſertím in arena mea: hoc é apud centūuiros. epſaꝝ quas mihí (ut ais) apto pectore ſcripſiſtí: oblíuíſcí me íubes. at ego nullaꝝ lībētius memíní: ex íllís. n. uel p̄cípue ſentío quantopere me dílígas: cum ſíc ægeris mecū: ut ſolebas cū tuo fílío. nec díſſímulo: hoc mihí íucundíores eas fuíſſe: q̄ habebā bonā cām: cū ſummo ſtudío curaſſem: qd̄ tu curarí uolebas. Proíde etíā rogo: ut mihí ſemp eadē ſímplícítate: quoties ceſſare uídebor (nunq̄. n. ceſſabo) cōuítiū facías: qd̄: & ego íntellígam a ſummo amore proficíſcí: & tu non meruíſſe me gaudeas. Vale.

C. Plinius Vrſo. S.

VNquā ne uídíſtí quēquā tā laborioſum: tā exercítū: q̄ Varenū meū? cuí: qd̄ ſumma cōtentíone ípetrauerā: defendendū: & quaſí rurſus petendū fuít. Bíthyní Senatuſcōſultū apud conſules carpere: ac labefactare ſunt auſí: atq̄ etíā abſentí prícípí crímínarí: ab íllo ad Senatum remíſí non deſtíterunt. Aegit Claudíus Capíto irreuerenter magís q̄ cōſtanter: ut quí Senatuſcōſultū apud Senatū accuſaret. Rñdit Frōto Catíus grauíter: & fírme. Senatus ípſe mírífícus. Nam íllí quoq̄ qui príus negarant Vareno quæ petebat: eadē danda poſtq̄ erant data: cēſuerunt ſíngulos. n. íntegra re díſcentíre fas eſſe: peracta qd̄ pluríbus placuíſſet cunctís tuendū. Acílíus tm̄ rurſus: & cū eo ſeptem an octo? Septem immo: ín príorí ſnía perſeuerarunt. In hac paucítate nōnullí: quoꝝ tpāría grauítas: uel potíus grauítatís ímítatío rídebaſ. tu tñ exíſtíma quātū nos í ípſa pugna p̄líí: & certamínís maneat: cuíus quaſí p̄luſío: atq̄ p̄curſío has contentíones excítauít.

VNquam ne notū argumentū iam prioribus epiſtolis: nā cū obtinuiſſet Varenus ut ſibi liceret euocare teſtes Bithyni conati ſunt inuertere ſenatuſcōſultum per Traianū a quo remiſſi fuerunt ad ſenatum. Tam laborioſe exercitū. cū tanto labore uexatū. legiſ etiā tam laboriosum: tam exercitū. Contentione. vi. altercatione. Quod. ut teſtes liceret ſibi euocare. Apud coſſ. nota impudētiam Bithynoꝝ: qui q̄ conſules & ſenatus decreuiſſent auderent apud eoſdē carpere.

Abſente. qui tūc a ſenatu aberat. legiſ nō abſurde. Abſenti principi. ut ſit ſenſus: cū reiecti fuiſſent a cōſulibus confugerunt ad Traianū: qui tunc non interfuerat ſenatui: ueꝝ ab illo ad p̄res remiſſi ſunt. Nō deſtiterunt. q̄uis multiplicē paſſi fuiſſent repulſam: tamen nō ueriti ſunt iterum ſenatus fores pulſare. Mirificus. admirabilis fuit. Illi. ſenatores nō pauci enim diſſenſerāt: qd̄ libro. y. cognouimus. Data: conceſſa a pluribus.

Singulos. nā exiſtimabant unicuiq̄ ſenatoꝝ fas eſſe. Integra re. nondum decreto ſenatuſconſulto. In priori ſnia. ut non liceret Vareno teſtes euocare. Paucitate. ſenatoꝝ diſſentiētium. Temporaria. momentanea: & ad breue tēpus. an notauimus hoc uerbum bis apud Aſinū Apuleii poni in eundem ſenſum: nam libro ſeptimo temporariam ſedem &. xi. larem temporarium dixit: Secundus pariter in panagyrico. non ergo temporarium & ſubitum eſt. & Seneca primo epiſtolarum temporarias amicicias ad tempus breue comparatas. & Vlp. de tutoribus: & curat. datis temporarium tutorē: ſic Paulus de uſufructu indictiones temporarias: & temporarium exilium non in perpetuum: ſed ad tempus aliquod irrogatum. item Vlpia. de aqua quotidiana temporaria poſſeſſionem: ac alibi effractores in opes publicum: uel perpetuum: ul' temporarium dari ſolere. Pugna. Temporarium

contentione. Præluſio. præmeditatio: præcentio: ut aſſolent citharœdi antequam cantum exordiant. præludium emerendi fauoris gratia præmittere: ſic tyrones priuſquam in ueram pugnam deſcendant Præluſio

præexercent:ſe ad palum & curſum:quo uerbo Virg.utitur in tauro ſe ad pugnam incitante. aut ſpar ſa ad pugnam præludit arena luuenalis lurgia præludunt. ideſt incipiunt antequam ad ueram pugnã ueniant:hinc præluſio a quibuſdam pro procœmio antequam rem aggrediamur accipitur.

SOlicitas.promittit aduentum ſuũ Mauricco in prædium Formianum modo nihil incõmodetur Solicitas in Formianũ:procuras litteris ut ſecedam in tuum Formianũ:quod rus erat in agro Formiano. Inuicem.ne qd cõtra cõmodũ meum faciã. Mare & littus. loci amœnitatem: quæ plurib9 a Mar. celebrat.ſunt aũt Formiæ iuxta terracinam in littore ad mare Tyrrenũ. Te. amicũ & uirũ ſingularé. Alioquin. niſi iſtic eſſem liber. Alienum. ut in urbe. Suum. ut in ſeceſſu. Merum.ſolũ.ſenſus eſt ſum ea natura ut uellẽ niſi uno occupationis genere teneri:uerbi cauſa in urbe amicis inſeruire:ruri ociari

MIrifice.exemplo Paſſieni monet Voconiũ recitationibus nõ adhibẽdos niſi ſanæ mẽtis auditores:ille enim dum elegos recitaret:intempeſtiue a laboleno ẽ interpellatus. Ego quidẽ.iterfui. Mœrens. nõ ſine triſtitia ſubiti caſus. Paſſienus Paulus.uir optimus & honeſtiſſimus:quí ueteres in litteris æmulabatur: elegos ſcripſit ad imitationem Properrtii:unde genus trahebat:demum ad lyrica ſe conuertit.in quibus Horatiũ effinxit:patrem habuit Paſſienũ nobilem declamatorẽ:cuius Euſebius in chronicis: & frequenter Seneca meminere.Cellius L. Paulum poetam memoria ſua doctiſſimũ nominat:& alibi Iuliũ paulũ poetam uirũ bonũ litteratumq; ac uetẽ& impenſe doctum.Iabolenũ aũt fuiſſe Pauli præceptorẽ idẽ.ff.xl.de manumiſſionibus teſtat. Gentile.magis probo gentilitiũ qd uidimus in antiquo codice: nã gentile eſt qd ex eadẽ familia eſt: gẽtiliciũ q; pertinet ad ius familiæ:ſicut familiæ ꝓpertianæ ꝓpriũ erat elegos ſcribere:& gentilitia ſacerdotia a priſcis appellata:q; ædis aut ſacelli iuris eſſet a patre familias ea rõne recti dedicatiq; ut & ſacroꝝ cura:& fructuũ ipſius ſacerdotii perceptio ad ſolã gentẽ familiãq; ſuã perpetuis ſucceſſionibus deuolueret.M.Tu.de reſponſis haruſpicũ.multi ſunt etiã in hoc ordine:qui ſacrificia gentilitia illo ipſo in ſacello ſtatuto anniuerſali factitarũt. Municeps Propertii. ex Meuania oppido Vmbriæ patria Propertii.Papinius in Syluis. umbroq; propertius antro. Priſce iubes.principiũ operis paſſieni. Iabolenus priſcus.in.ff.ubiq; ſcribitur Iabolenus non Iauolenus:pariter apud Capitolinũ.fuit.n.iuriſconſultus:quo uſus eſt cum multis aliis Antoninus pius:& pomponius de origine iuris priſcus inquit Iabolenus Sapino ſucceſſit in ſciẽtia iuris. Paulo.paſſieno. Nõ iubeo: nimiũ ſcurriliter & ĩportune rñdit Iabolenus tanq; ſi paulus eũ interrogaret. Qui ioci.exorti ſint ĩter præſentes.ſcribit Tran.Claudiũ Imp.cũ initio recitationis hiſtoriæ ſuæ defractis cõpluribus ſubſellis: obeſitate cuiuſdã riſus exortus eſſet:ne ſedato quidẽ tumultu tẽperare potuiſſe:quin ex interuallis ſubinde facti reminiſceret:cachinnoſq; reuocaret. Dubiæ ſanitatis.non ſatis ſanæ mentis. Intereſt.operam ſuam præſtat. Cõſiliis.rebus decernendis. Reſpondet.dicit.nã reſponſa prudentũ dicimus iuriſperitoꝝ cõſilia. Quo magis.pp claritudinẽ perſonæ. Aliena deliratio. Iaboleni inſania. lirare autem authore Var.eſt cũ tertio arant iacto ſemine boues.i.cũ tabellis ad uomerẽ ſimul & ſatũ frumentũ operiunt in porcis:& ſulcant foſſas:quo pluuialis aqua dillabat.Columella inquit lirant iugera cũ in ſubacta iam terra latiores porcæ ſulcantur:lira uero eſt ſimilis ei porcæ:quã in ſationibus cãpeſtribus ruſtici faciunt.a uerbo igitur lirare delirare componitur:quod eſt non recto ſulco incedere:unde per tranſlationem:qui inſaniunt delirare dicuntur. Frigoris,timiditatis:tarditatis:hæſitationis.

Paſſienus Paulus

Gentile Gentiliciũ

Iabolenus Priſcus

Lirare

Delirare

C.Plinius Mauricco.S.

SOlicitas me in formianum:ueniã ea cõditione ne quid contra commodum tuũ facias:quæ pactione inuicem mihi caueo.neq;.n.mare:& littus:ſed te:ocium:& libertatem ſequor:alioquin ſatius eſt in urbe remanere. Oportet enim oia aut ad alienum arbitrium: aut ad ſuum facere. Mei certe ſtomachi hæc natura eſt:ut nihil niſi totum:& merum uelit.

C.Plinius Voconio Romano.S.

MIrificæ rei interfuiſti ne:ego quidẽ:Sed mœrens. Paſſienus Paulus ſplendidus eques Ro.& imprimis eruditus ſcribit elegos.gẽtilitiũ hoc illi.eſt enim municeps Propertii:atq; etiã inter maiores ſuos Propertiũ numerat.Is cũ recitaret:ita cœpit dicere. Priſce iubes.ad hoc Iabolenus Priſcus (aderat.n.ut Paulo amiciſſimus) Ego uero nõ iubeo. Cogita q; riſus hoium:qui ioci.eſt oino priſcus dubiæ ſanitatis.intereſt tñ officiis:adhibet cõſiliis:atq; etiam ius ciuile publice reſpondet:quo magis qd tunc fecit:& ridiculum:& notabile fuit.Interim Paulo aliena deliratio aliquantũ frigoris attulit. tam ſolicite recitaturis prouidendũ eſt:non ſolum: ut ſint ipſi ſani:uerumetiam ut ſanos adhibeant.

C.Plinius Tacito.S.

PEtis .Cor .Tacito hiſtorias ſcripturo petẽtiq; obitũ auũculi ſui:& cãm eius alti⁹ repetit:ubi illius cõſtãtiã ac animi fortitudinẽ mirũ in modũ probat:nã a Veſuuio monte exurgentem nubẽ intuitus:propius acceſſit rem totã intellecturus:& undiq; Hãma inſtante dũ pſeuerãti⁹ inceptũ exequit craſſiore caligine ſpũ intercluſo cõcidit in medio ſeruoꝝ duoꝝ. Auuncu li mei.C. Plinii Secũdi. Tradere poſteris.monumẽtis lrarũ mãdare. Immortalẽ gloriã.cũ ſcripta tua ſint futura ꝑpetua:nã alibi auguraſ eius hiſtorias ĩmortales futuras. Quãuis.n.ordo eſt. tñ æternitas tuoꝝ ſcriptorũ addet plura ꝑpetuirati eius q̃is quaſi ſemp uicturus occiderit memorabili caſu:ut ppli ut urbes occidunt clade pulcherrimaꝝ terraꝝ:q̃uis ipſe plurima ſcripſerit.ſenſus ãt. q̃uis tali caſu memorãdo iterierit:q̃ſi iterdum ppli aut urbes pulcherriæ cõcidũt.ut ꝑpetuo uicturi⁹ uideaſ q̃is multa ſcripſerit : ꝑ q̃ ſibi ĩmortalitatẽ cõpauit:tñ tu tuis ſcriptis facies eũ æternũ. Vt ppli ut urbes.nã ppliꝝ:& urbiũ excidia diuti⁹ memoranſ quã alicui⁹ uiri iterit⁹. Pluria.uolumina lib.iii.enũerata ab eo dẽ. Scribẽda.laudãda. Legẽda.electa. egregia. Sal.imitat⁹ é:q in ꝓfatiõe Catiliarii ĩgt:& q fecere:& q facta aliorꝝ ſcripſere multi laudanſ nã pulchꝝ é bñfacere reip. ẽt bñdicere haud abſurdũ. Tuis.qb⁹ cõplecteris feciſſe ſcribẽda. Depoſco.obſecro. Quod.exitũ auũculi mei ſcribere. Miſeni. ꝓmontoriũ:& oppidũ Miſenũ Cumis ꝓximũ. Strabo a Miſeno ſocio Vlyſſis dictũ aſſerit : ab eo Prochytã:& Pithecuſã crediderũt abruptã. Mella a milite phrygio:ſiẽ Diony. a quodã illuſtri traiãõ cognomẽ traxiſſe tradũt: Virgi. a tubicĩe Aenæ Miſeno ſub eminẽti mõte ſepulto:q nunc Miſenus ab illo Dĩ æternũq; tenet ꝑ ſæcula nomen : & Solini par ſnia ĩter authores ab Aeneæ tubicĩe Miſeno miſenũ appellatũ. Claſſẽq;.ꝑs ĩperio regebat.ꝑerat claſſi:quæ ſtabat ad tutelam maris inferi:non per legatũ ſed corã.legimus apd Trang.inſtituiſſe Auguſtũ claſſem unã Miſeni:alteram Rauennæ:hanc ad ſuperi:illam ad inferi maris tutelam:hinc Tacitus memorat Miſenẽ ſem claſſem a Galba.ad Veſpaſianum tranſiiſſe.ſed Vegetius libro quarto hanc rẽ luculentius tractat. apud Miſenum inquit:& Rauennam ſingulæ legiones romanis nominis cum claſſibus ſtabant: ne longius a tutella urbis abſcederent:& cum ratio poſtulaſſet ſine mora:ſine circuitu ad omnes mundi partes nauigio peruenirent:nam Miſenatium claſſis Galliam:Hiſpanias:Mauritaniam. Aphricam. Aegyptum.Sardiniam atq; Siciliam habebat in proximo:claſſis autem Rauẽnatium Epirum. Macedoniaꝫ. Achaiam:Propontidẽ:Pontum:Orientem Cyprum petere directa nauigatione conſueuerat:quia in rebus bellicis celeritas amplius ſolet ꝑdeſſe q̃ uirtus. Mater mea.ſoror Plinii. Ei.fratri ſuo.E ſole.uſus ſole in præcedentibus dixerat de eodem ſcribens poſt ſolẽ plærunq; frigida lauabaſ:deinde guſtabat. Soleas.tegumenta plantæ pedis:quas nũc ſuberes a ligno q; interſuitur uulgo dicimus: & Colu. ſoleas ſparteas de ſparto cõfectas appellauit.a ſolea ſoleatus deducitur.quo Mart.utitur.ſolea aũt ex genere planorũ piſciũ.unde nomẽ traxiſſe id genus calciamẽti autũo:Veſuuiũ:quẽ alii Veſeuũ:alii Veſbiũ nõ nulli Veſubiũ noĩant mons eſt Cãpaniæ cunctoꝝ pulcherrimus amœniſſimis habitat⁹ agris excepto cacumine.id magna ex parte planiciem habet:fructũ oĩno nullũ ferentẽ:uerum ſecundũ Dionem arbores:& uites habet:& cineres in proſpectu oſtentans:cauernoſaq; monſtrat antra conbuſtis ex petris ut color indicat:quas ignis abroſerit:quare coniecturis aſſequare plagam iſtam prioribus annis ardere ſolitam:& ignis habere crateras.reſtinctã aũt eſſe ceſſante materia.hæc Strabo:& Eutropius. Pinus in formam pinus arboris:quæ incipit a trunco.deide diffunditur in latum poſtremo in acutum. Efflata. eiecta nubes illa. Recẽti.ualẽtiori. Seneſcẽte.ſubſidẽte:decreſcẽte. Deſtituta.ſubſidio uenti deſerta.

Miſenũ

Miſenenſis claſſis

Solea

Soleatus

Veſuuius

PEtis:ut tibi auunculi mei exitũ ſcribam: quo uerius tradere poſteris poſſis . gras ago.nã uideo morti eius:ſi celebreſ a te ĩmortalem gloriam eſſe propoſitam. Quãuis enĩ pulcherrimarũ clade terraꝝ: ut populi : ut urbes memorabili caſu : quaſi ſemper uicturus occiderit:q̃uis ipe plurima ſcripſerit:plura tñ ꝑpetuitati eius ſcriptoꝝ tuorũ æternitas addet. Eqdẽ beatos puto:qbus deoꝝ mũere datũ é:aut facere ſcribẽda:aut ſcribere legẽda : beatiſſimos uero qbus utrũq;.Horꝝ in numero auunculus meus : & ſuis libris:& tuis erit:quo libentius ſuſcipio : depoſco ẽt:qd iniũgis.Erat Miſeni:claſſemq; ĩperio ꝓſens regebat.cal.Nouẽbris hora fere ſeptima mr mea indicat ei appere nubẽ inuſitata . & magnitudine: & ſpecie.ſurgit ille ut e ſole ſolebat frigida guſtata.iacẽs.n.ſtudebat:popoſcit ſoleas: aſcendit locũ ex quo maxie miraculũ illud cõſpici poterat:nubes(incertũ ꝑcul ĩtuentibus ex quo mõte: Veſuuium fuiſſe poſtea cognitũ eſt)oriebaſ : cui⁹ ſimilitudinẽ:& formã ñ alia magis arbor:q̃ pinus expreſſerit. nã longiſſimo uelut trunco efflata in altũ quibuſdã ramis diffundebaſ:credo:qa recenti ſpiritu euecta:dein ſeneſcente eo deſtituta : aut ẽt

Victa.concussa. Vanescebat.effugiebat.disparebat. Terram.si sordida. Cinerē.si cādida: utrūq; si. Maculosa.magnum.res magnæ contemplatiōis. Eruditissimo uiro.qualis erat Plinius qui cognitionem multarum rerum tenens ulterius noua:& magna conquirebat. Liburnicam. nauem diuersæ

Liburnica

puinciæ mari plurimum potuerunt quibusdam temporibus:& ideo diuersa eis genera nauium fuerūt: sed Augusto dimicante actiaco bello:cum liburnorum auxilio præcipue uictus fuisset Antonius:experimento tanti certaminis patuit liburnorum naues cæteris aptiores:ergo similitudine:& nomine usurpato earundem instar classem romani principes texuerunt:hinc libro quarto Vegetius dixit.liburnicis quæ ad Campaniam stabant præfectus classis Misenatiū erat:Eutropi⁹ liburnicas rostratas appellauit.Liburnia autem Dalmatiæ pars est Andecrinæ subiacens ciuitati:cuius exēplo nūc naues bellicæ fabricant:& appellant liburnicæ:remoꝝ singulos ordines hñtes:paulo maiores binos:idoneæ mēsuræ ternos ul' q̄ternos: īterdū q nos:actiaco ēt p̄lio senos octo noscꝫ. Appianus lib.ii.Liburni finitima quæq; citis nauibus inuadebant:& a celeritate nonnullæ a romanis naues liburnicæ dictæ:cum quibus primum ad pugnam ueherentur.Facit copiam.dat facultatē. Codicillos.tabellas. Classiarii Retinæ.milites qui erant Retinæ. est autem hæc uilla subiecta Miseno cū cognouissent iussu præfecti parari Liburnicam ad inspiciendum Vesuuii incendium orabant Plinium ut non solū desisteret ab incepto:sed etiam Miseno subterfugeret.sunt autem classiarii milites comparati ad tutādam classem: de quibus libro.xv. Tacitus primorū classiariorum Misenensium labore connixa est. Cæsar.iii.commentariorū equites prohibuerunt classiarios aqua. q̄q̄ sciā a Modesto clasiarios appellari buccinatores:qui cornu ducunt exercitum:non a classe dictos:sed a classico:q; canitur imperatori:in quem sensum Tranquil.in Vespasiano scribit classiarios:qui ab Ostia:& puteolis pedib⁹ per uices commeabant:petentes constitui aliquid sibi calciarii nomine:quasi parum esset sine responso abægisse: iussisse post hac excalciatos cursitare:quamuis interpres nauales milites accipiat. Retia.uilla subiecta Miseno: cuius nomen adhuc extare prodidit Hermolaus uir clarissimus:& eruditissimus. Fuga. erat Nauibus.mari. Consilium.conceptum. Studioso:summo. Obit.peragit. Maximo. Franciscus tamē Petrarcha in triumphis suis tanquam incautum in obitu suo Plinium monstrat. Deducit. immittit mari:at subducit:extrahit.contraria enim sunt inter se. Quadriremes.nauigia habentia quattuor remorum ordines in singulis transtris. Multis.uillis maritimis. Frequens.habitata multum: & plurimis prætoriis consurgens.Liuius Puteolos cœptum frequētari emporium communiit. Amœnitas oræ.deliciæ littoris:& tractus Campaniæ. Cursum.nauigationem. Tenet. dirrigit. In periculum. nubem:& Vesuuium uersus. Illius mali.nubis malignæ. Dictaret. diceret: quæ notarius exciperet: nā illi semp ad latus erat:& quæ a Plinio scribēda dicerentur enotabat. Enotaret. ministro notario.

Classiarii

Pumices.authore Plinio appellantur:& cætera saxa erosa annis:quibus utuntur:& ad leuiganda corpora:græci pumicem cisserim uocant si Suidæ credimus leuē:& exuctum perforatumq; lapidem ponti. Vitruuius ex incendio Vesuuii pumicē pompeianū excocto lapidis gñe in pumicis qualitatē redactu; tradit.Pōpeii aūt oppidū non procul a Vesuuio.Pli.lib.xiii.tradit nasci frutices lauro:& thymo similes: qui ambo eiecti in pumicem transfigurantur.emaculandus est error apud eundem lib.xiiii.cap.xxii.ubi inquit aliis pumicis farinam:& quæ referendo putet docere.nos sic restituendū censemus:aliis pumicis farinā:& quæ refrigerando putāt nocere:nixi testimonio Theo.& ipsius Plinii:ille.n.lib.ix.d plantis ubi de cicuta:& pumice agit pumici scribit uim adeo magnam inesse:ut si in urceum bulientē eum iniecēris feruorē extinguas:non solū parte aliqua tēporis:sed etiā ex toto:pumicem.n.exiccare uehementissime:atq; spumā totam ad se recipere uoluit:idq; extinguendi causam esse:q; pene ad uerbum transtulit.

Pumex

Pli.locus

Retina

pondere suo uicta in latitudinem uanescebat: candida interdum:interdum sordida:& maculosa:pro ut terram:cineremue sustulerat. magnum propiusq; noscendum: ut eruditissimo uiro uisum est. Iubet liburnicam aptari:mihi si uenire una uelle facit copiam.respondi studere me malle: & forte ipse:q; scriberem:dederat.Egrediebatur domo: accepit codicillos.Retinæ classiarii iminente piculo exterriti (nam uilla ea subiacebat: nec ulla nisi nauibus fuga) ut se tanto discrimine eriperet orabant.non uertit ille consilium: & qd' studioso animo inchoauerat: obit maximo: deducit quadriremes: ascendit ipse: non Retinæ modo sed multis (erat enim frequens amœnitas oræ) laturus auxilium:properat illuc:unde alii territi fugiunt:rectumq; cursum:rectaq; gubernacula in periculum tenet:adeo solutus metu:ut omnes illius mali motus omnis figuras: ut depræhenderat: oculis:dictaret:enotaretq;.Iam nauibus cinis incíderat:quo propius accederet calidior: & densior.iam pumices etiam nigriq; & ambusti:& fra-

Pli.libro.xxxvi.cap.xxi.tantã referens pumici refrigerandi naturã ineſſe:ut muſta feruere deſinãt pumice addito. Vadũ.maris unda breuis ex ruina montis littus certe proceſſerat:& mare in ſe reſorberi:& tremore terræ q̃ſi repelli uidebaſ:multaq; maris aĩalia ſiccis arenis detinebanſ.Dion:mõtes ſubſilibãt: ſonitus a cauernis ſubterraneis tonitruis p ſimiles ſuperne retroue in terra mugire uidebanſ.mare uero fremebat:& cælũ reſonabat:poſt hæc fragor ĩmenſus ſubito ceu cõcidentiũ mõtium audiebaſ.exilibãt primũ lapides ingentes quaſi ad ſumma mõtium exirent. Montis.Veſuuii.quem ſcire debemus nõ tã tum conflagraſſe ſub Tito authoribus Oroſio.Martiale:Euſebio ĩ chronicis. Tranqui.in tito:Papinio in ſyluis:& Silio Italico:ac dione ĩprimis : ſed ſæpius ante:ſecundum Strabo.Vitruuiũ.uerũ quia incendiũ Veſuuii maximũ omniũ ſub Tito fuit ideo Diõ hiſtoricus hanc rem luculenter tractat.horrenda inqt: & mirãda quædam in Campania obtigerunt.magn⁹.n.ignis per autumnum ſubito exarſit:mons nanq; Veſuuius:q iuxta Neapolin ad mare uergit: abũdãtes ignis fontes habet:olim undiq; alt⁹: ab cuius medio ignis exoritur : quæ ps ſolũ igne cõpræhẽſa fuit:extra hæc oĩa ſine igne etiã nũc manẽt:ex hoc cũ cætera eſſet combuſta:media uero exuſta:& ĩ cinerẽ redacta:iuga circũſtantia ab antiquo uſq; nũc manent.quodcunq; ambuſtũ eſt atq; cõſumptũ tẽpore cõcauũ factũ eſt:ut mons oĩs(ſi licet magnis pua cõferre)ſimilis ſit uenatorio theatro. uertex arbores:& uites hẽt : circulus ab igne latior factus per dies ſumũ:noctu flãmã emittit : ut uideanſ in eo odores euaporari:& ſacrificia fieri . hæc quidẽ ſemper:interim uero magis:interim minus:ſæpe uero cineres effundit : quãdo. ſ.aliq̃d coactũ ſubſederit:lapides ſurſuz

Veſuuii conflagratio

ctí ígne lapídes:íam uadum ſubítum:ruínaq; mõtís:littora obſtantía.cunctatus paulum an retroflecteret:mox gubernatorí:ut íta faceret monentí:fortes ínquit fortuna íuuat.Pomponianum pete.Stabíís erat:perueneratq; ſinu medío.nam ſenſim circumactis:curuatíſq; líttoríbus mare ínfundítur:ubí q̃q̃ nondum perículo appropínquante conſpícuo tamen:& cum creſceret proxímo : farcínas contulerat ín naues certus fugæ : ſí contrarius uentus reſedíſſet : quo tunc auunculus meus ſecundíſſimo ínuectus complectítur trepídantem : conſolatur : hortatur:utq; tímorem eíus ſua ſecurítate leníret:deferrí ſe ín balíneum íubet.lotus accubat : cœnat . atq; hílarís : aut quod æque magnum eſt:ſímílís hílarí.Interím e Veſuuío mõte pluríbus locís latíſſíme flamme : atq; íncendía relucebant:quorum fulgor : & clarítas tenebras noctís pellebat: ílle agreſtíum trepídatíone ígní relíctas : deſertaſq; uíllas per ſolítudínẽ ardere ín remediũ formídínís díctítabat,tum ſe q̃tí dedít:

emittit.quoties uero a ſpũ:& uẽto uiolaſ:ſonat:& ſtridet ceu nõ coacta:& cõſtructa:ſed rara:& occulta ſpiracula hñs.talis igitur eſt Veſuuius:& hæc ĩ eo p annũ plurimũ fiũt:quæcunq; tamen antea accidere q̃is magna:& p̃ter ſolitum,uiſa ſint:parua tamen ſi comparentur iis:q̃ ſub Tito acciderunt:etiam ſi omnia in unum conferantur:exiſtimari poſſunt.nam huius mali contagio non modo Cãpaniã puaſit: & duas inſup ciuitates,Herculaneũ:& Pompeios cõbuſſit,ſedente populo in theatro:ſed inde puluis uis ingens in Africam.Syriam:Aegyptũq; penetrauit:& Romã uſq; diuertit:& quæ latius ibi ſcribũtur.

Obſtantia. ne terrã peteret:obſtabant æſtu:& mõtis ruina. Flecteret.nauigationẽ. Gubernatori.ſuæ quadriremis.Fortes fortuna iuuat:imitatio uirgiliana:qui lib.x.dixerat Audẽtes fortuna iuuat:an magis æmulatio Liuiana:nã lib.viii.belli punici refert fortes fortunam iuuare. Pomponianũ pete.dirige curſum Stabias uerſus ubi erat Pomponianus Plinii amicus:qui fugam pabat.Stabiis.Pli.in deſcriptione Italiæ.Stabiæ inqt in agro Campano oppidum fuit uſq; ad Cn.Pompeiũ &.L.Carbonẽ coſſ.a pridie cal.Maii:quo die Sylla legatus bello ſociali id deleuit:qd' nũc in uillas abiit:eius ex agro decurrũt amœniſſimi fluuii:q̃re Columella in cultu hortoz dixit fontibus Stabias celebres:& ueſuuia rura:& Pli.lib. xxxi.in ſtabiano inqt agro aqua quæ uocatur dimidia calculoſis medetur.libr.vi. naturalium q̃onum apud Senecam corrupte legiť litt⁹ ſcabianũ.tu reſtitue ſtabianum a Stabiis. Peruenerat; finu medio. ingreſſuſq; fuerat maris ſinũ Pomponianus. Nam ſenſim,non mirũ ñ in tuto erat Pomponianus q̃is in mari:cum illa loca habeant littora curua : quæ ſinum tutũ ab æſtu reddant:& in ea paulatim mare infondaſ:nam Seneca monumentis:reliquit ab altera parte Pompeioz Surrẽtinũ Stabianũq; littus:ab altera Herculanenſe conuenire:& mare ex aperto circũductũ amœniſſimo ſinu cingere. Periculo.incendio. Proximo.iam uicino. Sarcinas.utenſilia.quæ ad cultum pertinent.interdum pro onere ſumitur indiſcrete. Certus.Pomponianus. Quo.in quem ſinum ubi erat Pomponianus. Secundiſſimo.plærũq;.n.qui eſt contrarius egredienti uentus:ſecundus eſt ingredienti. Trepidantẽ.Pomponianum timẽtem. Accubat.quieſcit:dormit:an diſcũbit.paulo.n.poſt in alia epiſtola inquit:balineũ.cœna. Aeque magnum.diſſimulare dolorẽ. Similis hilari.ſimulãs lætitiam. Latiſſime.in amplũ ſpaciũ. Noctis.caligis.obſcuritatis.Ille.ordo:& ſenſus.auũcul⁹ cũ uideret illuceſcere in remediũ formidis:ut

Pompo. Stabiæ

Senecæ locus

Sarcina

se:& circumstantes confirmaret dictabat uillas relictas desertasq; igni:metu agrestium uiroruꝫ qui au fugerant ardere per solitudinem:q; nemo remansisset incēdiis opem laturus. Verissimo.nō simulato. Meat⁹ animæ.reciprocatio spiritus. Amplitudine corporis.oñditur fuisse Pli.corporatura læta & habilior. Limini.ostio cubiculi. Surrexerat.excreuerat:impleta fuerat. Mora.facta fuisset ab illo. Procedit.egreditur cubiculo. Peruigilarant.p totam noctem insomnes steterant.Mart.nā uigilare leue est peruigilare graue. Tremoribus.terræmotibus.Dion uehementes terræmotus subito facti sūt:

Terræmotus

ut planicies illa uniuersa aquis scaturiret:& mōtes subsilirent. Cām: qua terra concutitur alii in aqua: alii in ignibus: alii in ipsa terra:alii in spiritu putauere: alii in plurib⁹: alii in omnibus:quidam liquere ipsis aliquam ex istis cām dixerūt:sed non liquere:quæ esset.Democritus:& eū secut⁹ Seneca post longam disputationē crediderūt nullam esse cām mot⁹ maioré q̄ spiritū: quo nihil est in rebꝰ natura potētius:sine quo nec illa q̄ dē:quæ sunt uehemētissima uellēt.ignē spiritus concitat:aquæ si uētū detrahas sertes sunt.multa fere in eādē sniam disserit Lucre.lib.ulti. Nutabāt.mouebāt duo genera sunt ut Posido.placet: q̄bus mouet terra:succussio dī cum terra q̄titur:& sursum atq; deorsum mouet:altera inclinatio qualis nunc cū in utrāq; p tē nutat nauigii more tertiū gen⁹ addit Seneca:& tremorē terræ appellat utriq; dissimilē cū succutiunt oia:nec uibrantur:pernicioſior est inclinatio:nā nisi ex altera parte subueniat motus:q; inclinata restituat:ruina necessario sequitur. Dio.aere. Rursus.cōsidunt. Maloꝝ collatio.q; scilicet minus piculū erat in aperto stare:q̄ in tecto.q; si corruisset oēs certe oppressisset.Rō rōnē.i. q; exierit id fecit sano mētis cōsilio:qa:& si in cubiculo tutus erat a pūicib⁹:tñ maius piculū imminebat:tanq̄ si diceres excessit ñ timore sꝫ rōe. Timor maior si restitisset sub tecto. Vicit timoré.fecit illos cōfugere i aptū.ubi min⁹ tiebāt. Cōstrigūt. ligāt. Ceruicalia sūt q̄ dormituro cer uici subponunt Mart.Tinge caput nardi folio ceruical olebit . inuehit Pli. in ceruicaliū usum:eo inqt delitiæ processere:ut sine hoc instrumēto durare iam ne uirorum quidem ceruices possint. Capitibus.ad munimentū capitū. Linteis.fasciis:& sudariis lineis. Incidētia. saxa. Soluebant. fugabant lato splendore. Admitteret.suaderet:an fluctus posuisset. Vastú.undosum præter solitum. Excitant.quiescentem suscitant.

Ceruical

& quieuit uerissimo quidē somno:nā meatus animæ:q illi ꝓpter amplitudinē corporis grauior: & sonantior erat:ab his qui:limini obuersabant: audiebantur.Sed area:ex qua dieta adibat:ita iā cinerē: mixtisq; pumicibus oppleta surrexerat:ut si longior in cubiculo mora esset:exitus negaret: excitatus ꝓcedit:seq; pōponiano:cæterisq; q per uigilarant reddit.in cōmune cōsultāt:intra tecta subsistant: an in aperto uagentur . nam crebris uastisque tremoribus tecta nutabāt: & quasi emota sedibus suis nunc huc: nunc illuc abire:aut: referri uidebant.Sed dio rursus.quamquam leuium: exesorumque pumicum casus metuebatur: quod tamen malorum collatio elegit:& apud illum quidem ratio rationem:apud alios timorem timor uicit.Ceruicalia capitibus ꝓposita liteis cō stringunt.Id munimētum aduersus incidentia fuit.Iam dies alibi illic nox oibus noctibus nigrior: densiorq;:q̄q̄ faces multæ: uariaq; lumina soluebant.Placuit egredi in littus:& ex proximo aspicere:qd iā mare admitteret:qd adhuc uastū:& aduersum ꝓmanebat:ibi sup abiectū lintеū recubans sedit:atq; iterū frigidā popoſcit:hausitq;. deinde flā mæ:flāmarūq; p̄nūcius odor:sulphuris alios in fugā uertūt:excitāt illū: qui innixus seruis duobus assurrexit:& statim concidit(ut ego cōiecto)crassiore caligine spiritu obstructo clausoq; stomacho:qui illi natura inualidus: & angustus: & frequenter intus æstuans erat. Vbi dies redditus: is ab eo:qué nouissime uiderat tertius:corpus inuentū:integrū:illęsum: opertumq; ut fuerat indutus. habitus corporis qescenti quā defuncto similior. Interim Miseni ego:& mr̄:sed nihil ad historiam.

Concidit. cadens interiit anno sexto:& quinquagesimo.

Obstructo spiritu.inclusa: & suffocata anima. Inualidus. nimia studii intentione. nam omnes pene studiosi stomachi difficultate laborant.præsertim qui post cibum statim meditantur:quem domestica uel ciuilia officia tenent occupatum.quæ omnia cum Plinio inessent : non mirum si stomacho erat inualido. Angustus.exigui cibi patiens. Intus æstuās. ebuliens cruditate:q; solet euenire iis:qui non bene concoxerunt: unde aqua frigida frequenter utebatur ad id opportuno remedio si Celso credimus. Tertius ab eo.tertius post obitum illius. Vt fuerat indutus.ea uestе:qua fuerat indutus ante q̄ moreret. Habit⁹.q̄litas:facies:forma. Ego & mr̄.eram⁹.Nihil.hoc pertinet ad historiā

nec tu aliud q̃ de exitu eius ſcire uoluiſti. Finem ergo faciam. unum adiiciam: omnia me q̃bus iter fuerã: quæq; ſtatim cũ maxime uera memorãtur audieram: perſecutũ. tu potiſſima excerpes. aliud eſt enim epſam: aliud hiſtoriã: aliud amico: aliud omnibus ſcribere. Vale.

C. Plinius Reſtituto. S.

INdignatiunculã: quam in cuiuſdam uiri auditorio cœpi: non poſſum mihi temperare: quo minus apud te: quia non contigit coram: per epiſtolam effundam. recitabatur liber abſolutiſſimus. hunc duo: aut tres: ut ſibi: & paucis uidentur diſerti: ſurdis: mutiſq; ſimiles audiebant. non labra diduxerunt: non mouerunt manus: denique ñ aſſurrexerunt: ſaltem laſſitudine ſedendi. quæ tanta grauitas? quæ tãta ſapiẽtia? quæ imo pigritia? arrogãtia? ſiniſteritas? ac potius amentia? in hoc totũ diẽ ipendere: ut offendas: ut inimicum relinquas? ad quem tanq̃ amiciſſimum ueneris? diſſertior ipſe es? tãto magis ne inuideas: nã qui iuidet minor eſt: denique ſiue plus: ſiue minus: ſiue idẽ præſtas: lauda uel inferiorẽ: uel ſupiorẽ: uel parẽ. ſuperiorẽ qa niſi laudãdus ille eſt: non potes ipſe laudari. Inferiorẽ aut parẽ: qa ptinet ad tuã gl'iã q̃ maximũ uideri: quẽ p̃cedis: uel exequas. Eqdẽ oẽs. q aliqd in ſtudiis faciũt: uenerari ẽt: mirariq; ſoleo. ẽ eni res difficilis: ardua: faſtidioſa: & q̃ eos: a qbuſ cõtẽnit' iuicẽ cõtẽnat. niſi forte aliud iudicas tu. q̃q̃ qs uno te reuerẽtior huius opis qs? benignior atteſtator? q̃ rõne ductus tibi potiſſimũ indignationẽ meã prodidi: quem habere ſocium maxime poteram.

C. Plinius Sabino. S.

ROgas ut agã Firmanorũ publicã cãm? qd ego: q̃q̃ plurimis occupationibus diſtractus: adnitar. Cupio, n. & ornatiſſimã coloniã aduocationis officio: & te gratiſſimo tibi mũere obſtringere. nam cum familiaritatẽ nr̃am: ut ſoles p̃dicare: ad p̃ſidiũ: ornamẽtũq; tibi ſumpſeris: nihil ẽ: quod negare debeã: præſertim pro patria petenti: qd enim p̃cibus: aut honeſtius piis? aut efficacius amãtis? Proide Firmãis tuis: ac iã potius nr̃is obliga fidẽ meã: quos labore: & ſtudio meo dignos: cũ ſplẽdor ipſorũ: tũ hoc maxie pollicet': qd credibile ẽ optios eẽ: inter quos tu talis extiteris.

componendam. Perſecutũ. diligenter ſcripſiſſe. Epiſtolã. quæ minima quæq; complectitur. Hiſtoriam. quæ deligit res p̃ſerti ad exemplum facientes. Amico. cui oia familiariter ſcribimus:

INdignatiunculaq;. apud reſtitutum præclarum cauſidicũ exponit indignationẽ ſuam: qua conceperat per quoſdam auditores: qui recitanti amico nullũ ſignum lætitiæ dederũt. Coram. nã aberat Roma Reſtitutus. Effundã. aperiã penitus. Diſerti. acres in diſputãdo. diſertus minus eſt q̃ eloquẽs. Surdis. mutiſq;. ſurdus eſt qui caret auditu: mut9: q nõ põt loqui: a littera. m. dictus: quã exprimit duz conatur effari. Diduxerũt. mouerunt. Aſſurrexerũt. honoris causa finita recitatione ut authorẽ honeſtarent. Grauitas. ironice dictum: unde ſtatim per correctionẽ emendat. Siniſteritas. malignitas: iniquitas. Impẽdere. abſumere. In hoc. in hac re. Diſertior ipſe es? ſi tu es diſertior q̃ recitator tãto magis nõ debes inuidere: cũ qui inuideat alicui neceſſe eſt ut ſit minor illo. ſummum. n. petit inuidia: alienis ĩcrẽmẽtis ĩnimiciſſima: alit liuorem infelix inertia: & omnes deſtrui cupiũt quia ſe non potuerũt prouehere. nam potẽtes ſequitur inuidia: miſeros contemptus.

Surdus
Mutus

Plus præſtas. excellentior: & præſtantior ex illo quẽ audis. Superiorẽ. te lauda. Pertinet. cõfert multũ. Faciunt. ſcribunt componunt. late patet uerbuz facio. Reſ. gloria. Hui9 opis. alienæ gloriæ: & laudationis.

ROgas. Sabio ſuum p̃ociniũ polliceꝛ: id enim exægerat ꝑ patria Firmo. Firmanorũ. Firmũ Piceni caſtellũ authore Plinio: ſecũdũ Strabonẽ oppidũ. i quibuſdam exemplarib9 leges Formianorũ poſſeſſiuum a Formiis deductũ. Publicam. Pertinentem ad remp. Coloniam. romanam. Noſtris. quos tuẽdos ſuſcepi. Splendor. gloria. Talis. tam admirabilis: & probatus.

Firmum

SCis.petituri magistratus consueuerant suffragatores inuitare:muneribus:deuincire:depos ta pecunia suffragia præstinare:hoc igitur referēte Homulo ad senatum:ut Traianus adire tur ad remedium petendum Imperator lege lata sumptus candidatorum restrinxit: & cauit ut tertiam patrimonii partem conferrent in ea:quæ solo continerētur:quare cum multi es sent emptores:admonet Nepotem amicum:si cupit Itala prædia uendere:& i prouinciis comparare:nūc esse tempus idoneum. Accessisse auctū esse. Suburbanis.iacentibus iuxta urbem. Charitatis.precii difficultatis. Causa.fuit. Proximis comitiis.cū nuper conuenissent ad creandos magistratus. Expressit. significauit. Immodice.supra modū. Tertiū. deponere pecunias:ut sufftagator esset cautus. Occultaretur. in occulto fieret. C.Homulus.C. Valerius Homulus iam a nobis demonstratus. Vigilā ter usus.cū uidissent oēs senatores conuenire ut cādidatorum sumptus reprimerentur: tali occasione impigre usus cum rogatus esset dicere sententiam suam super ea re loco sentētiæ postulauit a coss.ut imperatorē hunc senatus consensum admonerent.Occurreret.obstaret: pudere.Infames.immodestos: manifestos. Restrinxit. repssit. Eosdē. candidatos. Patrimonii.cēsus sui. Solo cōtinent.solū dr̄ qd subest alicui rei: Festus solū terrā dicit:& locū. Iustinianus de iterdictis:& Sceuola.Quæ i fraudē: sic alii solū ponunt p re immobili: nam appellatione soli itelligunt prata: agri:nemora:pascua:uineæ:orti:domꝰ: areæ:& similia:apud iusconsultos circū ferunt hi duo uersus Quicquid planta tur:serit:uel ædificat Omne solo credit radices si tñ ægit:ut per hos cōpræhendatur q appellatiōe soli continet. Stabulo.tm̄ standi gratia. Hospitio: diuersorio non habitandi:sed ad tempus cōmorandi causa. Peregrinantes. per egre ex istentes:& aliena loca peragrantes:nam peregrinus ē aduena. Pluris. qa certatim emptitāt p̄dia italica. Tē pus.ē. Cōparādi.acqrendi:emendi Trā q.magisteria sacerdotii ditissimus qsq; & ambitiōe:& licitatione maxima uicibus cōparabant.Cato p̄dium cū cōparare cogitabis sic ī aio hēto uti ne cupi dee mas.Secundus ad Traianū:nā p̄dio rū cōparandorū aut nulla aut rarissima occasio est. Idem.q; solo continetur. Illic.in prouinciis. Hic.in Italia.

Soli appellatione

Cōparare

SCribis.icitauerat Secūdꝰ Tacitū ad perquirēdū quos metus:& casus sustinuisset ardē te Vesuuio: dū Miseni cum mr̄e relictꝰ fuit ab auūculo:nā cupidi sumꝰ cognoscere q̄ nobis p̄posita nō explicant: psequit igit noto iam argumento q̄cunq; passus sit ī illo turbine:& caligie. Relictꝰ.ab auūculo. Id.n.littꝰ īgressus.arripuerā.īgressus Cāpaniæ littus Misenū mihi p̄ secessu delegerā.Quanq̄ aīus meminisse horret.uirgilianū carmē ex secundo Aeneidos ubi introducit Aeneas dicturus Iliense excidiū sic exordiēs.Quanq̄ aīus meminisse horret:luctuq; refugit Incipiā. Ideo.ut studerē.Iā.n.dixerat.mihi si uenire una uellē facit copiā:rūdi studere me malle. Ballineū

C.Plínius Nepotí.S.

ECis tu accessisse precium agris prę cipue sub urbanis? causa subitæ charitatis: res multis agitata sermonibus.proximis comitiis honestissima uoce Senatus expressit.candidati ne conuiuentur: ne mittant munera:ne pecunias deponāt:ex quibus duo priora:tam aperte:q̄ immodice fiebant.hoc tertium quāquam occultaretur:pro comperto habebatur.C.Homulus deinde noster uigilanter usus hoc cōsensu Senatus sententiæ loco postulauit:ut cōsules desiderium uniuersorum notum principi facerent: peterentque sicut aliis uitiis:huic quoque prudentia sua occurreret.occurrit:nam sumptus cādidatorum fœdos illos:& infames ambitus lege restrinxit. eosdem patrimonii tertiam partem conferre iussit in ea:q̄ solo continentur:deforme arbitratus(ut erat)honorem petituros:urbem:Italiamq; nō pro patria: sed pro hospitio:aut stabulo quasi peregrinantis habere.Concurrant ergo candidati certatim quicquid uenale audiunt:emptitant:quoque sint pluris uenalia efficiunt:Proinde si pœnitet te Italicorum prædiorum:hoc uendendi tempus tam mehercule: q̄ in prouinciis comparandi:dum idem candidati illic uendunt:ut hic emāt.

C.Plínius Tacito.S.

SCribis te adductum litteris:quas exigenti tibi de morte auunculi mei scripsi:cupere cognoscere: quos ego Miseni relictus(id enim littus ingressus arripueram)non solum metus:uerumetiam casus pertulerim.quamquam animus meminisse horret:incipiam.profecto auunculo ipse reliquum tempus studiis(ideo enim remāseram)impendi.mox balineum:cœna: somnus īquietus:& breuis.præcesserat per multos dies tremor terræ minus formidolosus: quia

Campaniæ ſolitus. Illa uero nocte: ita inualuit: ut nō moueri omnia: ſed uerti crederentur. irrumpit cubiculum meum mater, ſurgebam inuicem: ſi quieſceret excitaturus. Reſedimus in area domus: quæ mare a tectis modico ſpacio diuidebat. Dubito conſtantiam uocare an imprudētiam dicam. agebam enim duodeuigeſimum annum. Poſco librum. T. Liuii: & quaſi per ocium lego: atq; etiam ut cœperam excerpo. Ecce amicus auunculi: qui nuper ad eū ex Hiſpania uenerat: ut me & matrem ſedentis: me uero etiam legentem uidet: illius patientiam: ſecuritatem meam corripit. nihilo ſegnius ego intentus in librum. Iam hora diei prima: & adhuc dubius: & quaſi languidus dies: iam quaſſatis circūiacentibus tectis q̄q̄ in apto loco: anguſto tamen: certus: & magnus ruinæ motus. Tum demum excedere oppido uiſum. ſequitur uulgus attonitum: quod q; in pauore ſimile prudentiæ eſt: alienum conſilium ſuo præfert: ingentiq; agmine abeuntis premit: & impellit. egreſſi tecta conſiſtimus. multa ibi miranda: multas formidines patimur. nam uehicula quæ produci iuſſeramus: quanquam in planiſſimo campo: in contrarias partis agebantur: ac ne lapidibus quidem ſulta in eodem ueſtigio quieſcebant. Præterea mare in ſe reſorberi: & tremore terræ quaſi repelli: uidebatur. Certe proceſſerat littus: multaq; animalia maris ſiccis arenis detinebantur. Ab altero latere nubes atra: & horrenda ignei ſpiritus porrectis: uibratiſq; diſcurſibus rupta in longas flammarum figuras dehiſcebat. fulgoribus illæ: & ſimiles: & maiores erant. Tum uero ille idem ex Hiſpania amicus acrius: & inſtantius: ſi frater inquit tuus: tuus auunculus uiuit: uult eſſe uos ſaluos: ſi perit ſuperſtites uoluit. proinde quid ceſſatis euadere? reſpondimus nō commiſſuros nos: ut de ſalute illius incerti: noſtræ conſuleremus. non moratus ultra proripit ſe: effuſoq; curſu periculo aufertur. Nec multo poſt illa nubes deſcēdere in terras: operire maria. cinxerat Capreas: & abſconderat. Miſeni quod procurrit abſtulerat. Tum mater orare: hortari: iubere quoquomodo fugerem: poſſe enim iuuenem: ſe: & annis: & corpore grauem bene morituram: ſi mihi cauſa mortis non fuiſſet. Ego contra ſaluum me: niſi ſi una non futurum. deinde manū eius amplexus

Initium eſt. Campaniæ ſolitus. ſcribit Seneca Cāpaniā nunq̄ ſecurā a terræmotu: attamē indēnem ante Reguli. & Virginii conſulatum: uexanť. n. terræmotu magis ꝓpinqua mariną ſpūs intra terrā ꝓcculta foramina intrat: deinde cū abſtructus ille trames ꝓ quē deſcēderat: reditū āt illi a tergo reſiſtēs aqua abſtulit: huc: illuc ferť: & ſibi ipſi occurrēs terrā labefactat. ide Neptūno hæc aſſignata mouēdi potentia: ſic apd Home. legimus. ενοσίταλον q̄tientē terrā uocari. Excitaturus. eā ſi dormiret expgefacturus. Tectis. ædificiis dom⁹. Cōſtātiā. qa nimiū pſtabat i apto piculo. Duodeuigeſimū. decimū octauū. Librū. hiſtorias. ná: & epiſtolas: & ſermōes cōpoſuit Liuius: ſermones inquā ex ꝓfeſſo philoſophiā cōtinentes. Excerpo. enoto. Intentus in librū. erā defixus i Liuiū. Dubius. incertus: inter crepuſculū. Circūiacētibus. circū areā i qua eram⁹. Apto. ſub dio. Oppido. Miſeno. Viſum ē nobis. Attonitū. tanq̄ fulmine affiatū. Præfert. approbat magis. Abeuntis. nos migrantes. Ibi. extra tecta oppidi. In contrarias ꝑtes. retro. Fulta. ſepta. Reſorberi. retrocedere. Proceſſerat. ſe extēderat decreſcente mari. Aialia. piſces. Ab altero latere. Veſuuiū uerſus. Porrectis. excurrentib⁹. Dehiſcebat. ſcidebať. Figuras. formas.

Fulgoribus. Seneca in naturalibus q̄ſtionibus. hoc inquit aliqua nō patiuntur morā: ſed tranſcurrūt: aut extinguť ſubinde qua reluxerant: hi fulgores dicunť: quia facies illoc: & cādida eſt: nec ſine iniuria decidēs. Heraclitus fulgurationē exiſtimat apd nos icipiētiū igniū conatus: & primā flāmā incertā. mō intereūtē mō exurgērem. Ex Hiſpania. qui uenerat ex Hiſpania. Frater tu⁹. ſororē Plinii: & Cæcilii mrem alloquiť. Tuus. auunculus. uertit ſermonē ad Secūdū. Supſtites uoluit. qa nos reliqt. Cōmiſſuros. paſſuros. Proripit ſe in fugā uertit ſe ille hiſpanus. Deſcendere. opire: ifinitiua ꝓ idicatiuis more hiſtorico. Capreas. iſulam iuxta Neapolim cuius ſeceſſu & delectabať Tyberi⁹ Cæſar: hāc prius Auguſtus ꝓmutauerat cū repu. Neapolitāoc Aenaria data. diſtat a Surrento octo milibus paſſuum. a Stephāo Capriaria dicta uel etiā Capriæ. Quod procurrit. promontorium q̄ in mare porrigiť. Abſtulerat. cōtiderat ab aſpectu noſtro. Poſſe enim iuuenē. dicebat me iuuenec cōmodius poſſe fugere. Bene. libēter. Mihi. dū eius cā re tardor a fuga. Ego. dicebam. Vna. cū

Fulgores

Fulgura tio

Capreæ

matre. Addere gradum.accelerare. Cinis.decidebat. Deflectam⁹.declinemus a uia. Comitantiũ. Miſenenſium conſequentium. In lunis aut nebula cum luna inter nubila lucet:& alia lectio. In lunis:& nubila.i.uel in nocte non lucente luna:uel nubibus obtecta. Vlulatus fœminarum.cæſar in cõmentariis ululatum etiam ad uiros rettulit ſcribens Gallo⁹ ululatu cõfirmari animos in prœlio: magis conuenienter Tacitus locutus in libello de moribus Germano⁹:ululatus inquit fœmina⁹:& uagitus infantium.Secundus tñ. Quiritatus infantiũ dixit a uerbo quirito:qđ é quiritiũ fidẽ implorare authore Varrõe.M. Tullius epiſtolarũ.x. & illi miſero qritanti ciuis ro.nat⁹ ſum: rñderet:ibi nũc:populi fidẽ iplora.Apuleius.viii.ſimpliciter pro inuocare uſurpauit.il le iqt deũ fidẽ clamitãs:& cruorẽ uxoris abſtergẽs altius quiritabat.

Vlulatus
Vagitus
Quiritat⁹
Quiritare

Morté p̃carent.ut fit i ſũma rerũ deſpatione:cũ tñ uiuere optamus. Tollere. tollebant. Aeternã noctẽ mõdo.Dion putabant alii aduenisſe Chaos uel per ignẽ mundũ abſumi:atq; fugiebãt pti⁊ ex domibus i uias:alii ex mari in terrã. & rurſus ex terra in mare. Noctẽ.finẽ. extremũ mõdi:quẽ quidã æternũ:alii interiturũ dixerũt. Fictis terroribus. nã exiſtimabant gigãtes iſurrexiſſe:& effigies illorũ apparuiſſe i fumo: p̃terea tubaq; ſonitus auditi. Miſeni illud.q; in mare excurrit. Tenebræ rurſus. Dion tãtus fuit ignis:& fum⁹ ut aera totũ obũbraret:totũ uero ſolẽ occultaret ceu defectũ:mox uero ex die: nox & tenebræ ex luce factæ ſunt:eructabat iméſus cinis:& occupabat terrã:mare: aera: lædebãt hoies:regiões :pecora:piſces:p̃terea aues abſumebat.Hũc.cinerẽ.Idemtidẽ. frequẽter. De cælo põdere.ex cinere iméſo decidẽte ex aere. Obliſi.ualde læſi. Parũ fortẽ. inconſtãtẽ: ipatientẽ. Magno ſolatio.cũ putaré eé oés mecũ iterituros:ſola.n neceſſitate cõſolabar.

Luridus. liuidus:decoloratus: ſqualidus. Apuleius lurore Socratẽ deformatũ:& alibi iurore ac illuuie collapſa mẽbra dixit:Ouidius acõita lurida ab effectu noiauit. Cũ deficit ſolet. legimus ẽt cum deficere ſolet.i.cum patitur eclipſin ex interpoſitõe:& obiectu lunæ. Occurſabant.frequenter obiectabãtur.

Luridus

Obducta. tecta. Curatis.balineo:ueſte:& cibo. Vtcũq;.mediocriter ut aſſolet in re triſti. Metus p̃ualebat:Dion nec paruus metus fuit per multos dies: neſciebant hois quid factũ eſſet: nec cõiectare unde factum: exiſtimabant.n. quæ ſupra:& infra erant euerti.ſolem i terra deſcendere. Lymphati.phanatici:laruati: inſanientes: q; uulgo creditum fuit:ut quicunq; nymphã uidiſſet: furendi finem non faceret.Seneca ubi de terræmotu agit:namque tradit aliquos inſanos: attonitiſque ſimiles diſcurrere fecit metus:quid mirum eſt animos inter dolorem: & mœtum deſtitutos aberrare: non eſt difficile inter magna mala deſipere:itaque leuiſſima ingenia fere in tantum uenere formidinis: ut ſibi excíderent:inde inter bella errauere lymphatici.nec uſquã plura exẽpla uaticinantiũ inuenies: q; ubi formido mentes religione mixta pcuſſit. Ludificabantur.ludibrio fallebant. Ea.terræmotum:

Lymphat⁹

addere gradũ cogo.paret ægre: íncuſatq; ſe:q; moretur.Iã cinis adhuc: tñ rarus.reſpício. denſa calígo tergis imminebat:quæ nos torrentis mõ infuſa terrę ſequebat.deflectamus íñq; dũ uídemus: ne ín uia ſtrati comitãtíũ turba í tenebrís obteramur.uix uiã deſerueram⁹:& nox ñ qualís íllunis: aut nubila:ſed qualís in locís clauſis lumíne extincto.Audíres ululatus fœminarũ:ínfantíũ qritat⁹: clamores uiro⁹.alíi parentes.alíi líberos:alíi coíuges uocíbus requírebant:uocíbus noſcítabant. Hí ſuum caſum:íllí ſuorũ míſerabantur. Erãt quí me tu mortís mortẽ p̃carentur.multí ad deos manus tollere:plures nuſquã iã deos ullos:æternãq; íllã:& nouíſſimã noctẽ mõdo íterp̃tabant.nec defuerunt q fictís mentitíſq; terroríbus uera picula augerent.Aderãt q Míſení íllud ruíſſe: íllud arde re falſo:ſed credentíbus nunciabãt. Paululũ reluxit:qđ nõ díes nobís:ſed aduentãtis ignis índiciũ uidebat.& ígnis quidẽ longius ſubſiſtit:tenebræ rurſus:cinis multus:& grauis:hunc idẽtidẽ aſſurgentes excutiebamus:operti alioquín:atq; de cælo oblíſí põdere eſſemus.Poſſem gloríarí: non gemitũ mihi:nõ uocẽ parũ fortẽ in tantís periculís excidíſſe:niſi me cũ oíbus oía mecum perire miſero:magno tamẽ mortalítatís ſolatío credídiſſem. tandem ílla calígo tenuata quaſí in fumum:nebulamue díſceſſit.Mox díes:ſol etíam effulſit: luridus tamen:qualís eſſe:cum defícit:ſolet.occurſabant trepídantíbus adhuc oculís mutata omnía: altoq; cínere tanq̃ níue obducta. Regreſſí Míſenum:curatís utcunq; corporíbus ſuſpenſam: dubiamq; noctem ſpe:ac metu exegímus.metus p̃ualebat:nã & tremor terræ perſeuerabat:& plaríque lymphatí terrífícís uaticínatíõíbus: & ſua: & alíéa mala ludífícabant.Nobís tñ ne tũc qdẽ: quanquam expertís periculũ:& ea ſpectãtíbus:

& ludificationes lymphaticoꝝ: Consilium.fuit. Abeundi.Miseno. Nō scripturus.sensus est tu non scripturus:quia nō sunt historia digna tantūmodo leges hæc nostra. Imputabis tibi, te accusabis tibi Imputare
ascribes:& obicies Pli.in p̄fatione totius operis.hāc igit̄ tibi imputabis:Seneca in declamationibus:imputabit̄ mihi si qd acciderit:& de beneficiis.multi sunt tā malæ naturæ ut malint perdere:q̄ p̄stiterunt: q̄ uideri recepisse:supbi:& iputatores.Mart.Imputet ipse deus nectar mihi:fiet acetū.Secūdus ad Traianum.eidē ciuitati iputata sunt terna milia.Tacitus de Germanis:gaudent muneribus:sed nec data iputant:nec acceptis obligant̄. Columella. longe plus imputant seminis iacti q̄ qd̄ seuerint.Vlpia.de tutelis:& rationibus. imputare pro referre etiam usurpauit.

abeundi consilium: donec de auunculo nuncius. Hæc nequaquam historia digna non scripturus leges:& tibi scilicet:qui requisisti imputabis: si digna ne epistola quidem uidebuntur.

C.Plinius Caninio Rufo.S.

SVm ex eis:qui mirer antiquos:nō tamen ut quidam tempoꝝ nostroꝝ ingenia despicio.neq;.n.quasi lassa:& effœta natura nihil tam laudabile parit.atq; adeo nuper audiui Virgiliū Romanū paucis legentē comœdiam ad exēplū ueteris comœdiæ scriptā:tam bene: ut esse qñq; possit exemplar. nescio an noris hoiem: q̄q̄ nosse debes.est.n.p̄bitate moꝝ:ingeni:elegantia:operum uarietate monstrabilis: Scripsit mimiambos tenuiter:argute: uenuste: atque in hoc genere eloquentissime.nullum ē enim genus qd̄ absolutum:nō possit eloquentissimum dici.Scripsit comœdias:Menandrū: aliosq; ætatis eiusdem emulatus.Licet has inter Plautinas:Terētianasq; numeres.nunc primum se in ueteri comœdia:sed non tanq̄ incipiat:ostendit.non illi uis: non grandítas:non subtilitas:non amaritudo: nō dulcedo: nō lepos defuit.ornauit uirtutes:insectatus est uitia.fictis noibus decēter: ueris usus est apte. cir-

imputare pro referre etiam usurpauit.

SVm.in Virgilio Romano:& moꝝ p̄bitatē & doctrinā laudat p̄sertim in comœdia scribēda tā noua q̄ prisca tēpoꝝ suoꝝ ingenia nō despiciens: hinc Tacitus de oratorib⁹ dānat:qui soli antiquitati innixi sua tēpora negligūt. uicio asserens malignitatis humanæ uetera semper in laude:p̄sentia in fastidio esse. Et fœta.sterilis. Tā laudabile.ut olim per inde ac si diceret inueniunt̄ etiā nr̄is tēporibus ingenia sil̄ia antiquis:q; p̄bat exēplo Virgilii Romani. Veteris comœdiæ.antiqua illa comœdia cū synceram sermonis attici grariā p̄pe sola retinet tū facundissimæ libertatis:eius inuētor pater Eupolis cū Cratino Aristophaneq; esse creditur:nō penitus ficta argumēta:sed res gestas a ciuibus magna dicēdi libertate incessens:& admirans: inde satyra exordiū sumpsisse fertur: quare nō absurde Suidas interpretat̄ comœdiam detractiones cōtumeliosas: est.n.in pequēdis uiciis p̄cipua. Exēplar. q; cæteri sequant̄. Operū uarietate.nā scripsit in diuersis generibus. Mimiambos.Mimū comœdiā cōstantē uersibus iambis: qua Laberius excelluit.mimus āt sermonis est cuiuslibet motus sine reuerentia: Comœdia uetus / Mimiambus / Mimus

Hi.authores probati. Prouocatum. examinatum:iudicatum: cognitum. nã causæ sæpius prouocatæ melius intelliguntur.prouocare significat appellare: & indifferenter ponitur Marcus Tullius.cum alter ad senatum prouocasset:alter uero appellasset tribunos. Tacitus. auxit patrum honorem statuendo: ut qui a priuatis iudicibus prouocassent: eiusdem pecuniæ periculum facerent: cuius ii: qui imperatorem appellauere. sic Iurisconsultus.ff.xlviiii. de appellationibus: sic Plinius in præfatione naturalis historiæ. prouocare item significat lacessere: Columella. plæriq̃ tamen in tantum prouocant:ut curuata: & præcipitata per iugum nequeãt terram attingere. quidam tamen non prouocatum: legunt: sed prouulgatum: idest proculcatum:& tritum est. Alioquin. præterea. Ex his.quæ te monui scribenda. Prouocare

QVia.Macrinum paucis docet quem finem hebuerit Traiani cognitio de Vareno:& Bithynis. Iungere extrema. prioribus: nam pauloante scripserat ad eundem in causa Vareni. Auulsa. nisi coniungantur. Hinc. quia polyenus quamuis Bithynorum legatorum unus tamen decreto prouincialium nixus arbitrabatur desistendum ab accusatione Vareni. De mora. quia intendebat cognoscere a conuentu Bithynorum an decreuissent ut Vareni accusationem persequerentur. Explorare.diligenter inquirere. Prouinciæ:Bithyniæ. Multum tulit: magnam commendationem est consecutus. Quo nomine. quo accusante: nam iam Bithyni remiserant accusationem: & tamen Magius perstabat illorum nomine: an magis: qua causa. Placeat prouinciæ. accusare illum. Agatque pœnitentiam. & neque agat pœnitentiam pœnitentiæ suæ: idest: neque reuocet illud decretum:quo pœnituit Varenum accusasse.

MIraris.Succẽsenti Fabato p̃socero: q̃ Hermes minori precio Corœliæ uendidisset agros hæreditarios respondet Secundus id factum ex sententia sua cum pluribus causis illam diligat. Hermes.Hermetem longo carmine Mart.extollit.alterius medici libro.x.meminit. Proscribi.exponi uenales:hinc proscriptus seruus.aliquando etiam proscribi est in exilium mitti: quia publice in tabella scripti exponebantur: apud Tacitum significat proponi: & prætendi cũ narrat lib.xi.frustra Armenium proscribi:at præscribere interdum est iubere:ut Cæsar non ad alterius præscriptum:sed ad suum arbitrium imperare consueuerat:interdum prohibere.Quintilianus in declamationibus.accusator præscribit: q̃ bis de eadẽ re agere non licet:& præscriptio secundũ iurisconsulto s est quoddã ius ex tempore cogruens:authoritate legũ uim capiens:pœnam negligentibus inferens: & litibus finem imponens.differt autem præscriptio & usu capio:quoniam hæc est in rebus mobilibus: & semouentibus:illa uero in immobilibus:& iuribus incorporalibus.lege plura de præscriptione apud Fabium:& Plut.in problematibus. Auctiõe.i publico uẽditione:aucto gradatim ab emptoribus precio: cum res proponitur plus offerenti. Meo quincunce. semisse minus uncia: quæ pars peruenit ad me. Hermes Proscribi Præscribere Præscriptio

Addixerit.uendiderit: Septingentis milibus.nummum:ideſt ſeptingentis ſextertiis. Tanto magis. q uili precio uendiderit. Ratum ſeruem.cõfirmem pro rato habeam.Celſus.ff.xxi.titulo de excœptione rei uenditæ:ſi quis inquit rem meam uendiderit minoris q̃ ei mandaui uidetur alienata. Probatũ. iri:laudari factum meum. Secerno.diuido:ſeparo:non ſimul cum illorum partibus mea uendiderim.

Maiore officio.iure amicitiæ quæ eſt mihi cum Corœlia:maius enim amicitiæ uinculum q̃ hæreditatis. Sacroſancta:uenerabilis tanquam res diuina:& deo conſecrata.uide in primo Corœlii Rufi obitum:& cum ſecundo amiciciam. Minutio Fuſco. in uetuſto codice habetur Militio Fuſco. Vetera iura. antiqua uincula amiciciæ. Filio. Fuſci. Ludis meis. Circenſibus: quos prætor edidi: nam Iuuenalis docet prætores dare ſolitos Circenſes. Interea megaleſiacæ ſpectacula mappæ Idæum ſolemne colunt: ſimiliſq; triumpho Prædo caballorum prætor ſedet:& Martialis in Proculeiam ſcribens:prætor inquit maritus tuus ergo erat: diſſidium cum eo feciſti cum purpura megaleſis fuiſſet conſtatura cẽ ſummilibus:& populare ſacrum bis milia dena tuliſſet. Præſederit. præſes fuerit:& faciendos curauerit. Hæc.Corœlia. Iſtic. Communi.Larium noſtrum. lacum iuxta patriam noſtram Comum.

Circẽſes p Prætorem

Maternis.paterniſq;. quæ in agro Comenſi tenuit.Paternis.relictis a patre naturali:uel adoptiuo:ſiue ab utriſq;. nam duos patres habuit Secundus. Corœliæ.quáuis mihi amiciſſimæ. Iſta. erãt. Ei. Corœliæ. Tulit. ad Corœliam. Adiceret. uenderet. Meis moribus. meo conſenſu. liberaliter. Licuit. ſine illis uendere. Exemplum meum. ut & ipſi uendant ſuam portionem Corœliæ.

Eadem iura. paria amiciciæ quæ mihi cũ illa uincula ſunt.fuit amicicia. æſtimaui amiciciá:quá utilitati præpoſui.

Libellus

Libellum. annotauimus libellos ſignificare:quas nunc ſupplicationes uocant. libellus in ſuper pro accuſatione ſiue defenſione ſcripta breuibus: & per capita rerum apud Fabium accipitur: hunc igitur a ſe formatum Minutio mittit: quo eius amicus uteretur: iocaturque quod quædam ſuper indidiſſet: & præſa: & exilia: ſe uereri dicés ne tanquam tumidus notaretur: repoſcitque uiaticum pro curſore miſſo Nobis. ueris amicis: quibus omnia ſunt communia.

Diſperdendi. deſtruendi: & optima delendi. Vtiq; diſperdendi. ſane tempus habes inuertẽdi illum:facilius enim corrumpuntur bona: q̃ expoliuntur. υμεις καρα ει ἰσχνοι. i.uos enim ſemper tenues.nam ἰσχνον eſt humile dicẽdi genus.

Optima.grandia elata:tonantia. Detrahitis.ab alienis ſcriptis tanquam tumida: & nimium inflata.

Conſulere boni.

Boni conſulam.bonum iudicabo:ſecundũ Fabiũ libro prímo rariſſimus hic dicẽdi modus quáuis elegantiſſimus.Columella tamen in præfatione cultus ortorũ:quicquid inquit eſt iſtud: quod lucubrauimus:ideo propriá laudé ſibi non uendicat:ut boni conſulat:ſi non ſit dedecori prius editis a me ſcripto-

ſeptíngentís mílíbus Corœlíæ addíxerít: adíícís poſſe eos nongentís mílíbus ueníre:ac tanto magís quærís:an quod geſſit:ratum ſeruem.Ego uero ſeruo:quíbus ex cauſís accípe. cupío enim: & tíbí probatum: & cohæredíbus meís excuſatum eſſe:q̃ me ab illís maíore officío íubente ſecerno. Corœlíam enim ſumma reuerentía díligo: Prímum ut ſororem Corœlí Rufí: cuíus mihí memoría ſacroſancta eſt:deínde ut matrí meæ famílíariſſimam.ſunt míhí:& cum marító eíus Mínutío Fuſco optímo uíro uetera íura: fuerunt: & cum fílío maxíma: adeo quídem ut prætore me ludís meís præſederít. Hæc cum proxíme íſtíc fuí índícauít mihí cupere ſe alíquíd círca larium noſtrum poſſídere.Ego illí ex prædíís meís:quod uellet: & quantí uellet obtulí: exceptís maternís: paterníſq;: hís ením cedere ne Corœlíæ quídem poſſum.Igítur cum obueníſſet mihí hæreditas íqua prædía íſta:ſcrípſí ei uenalía futura: has epíſtolas Hermes tulít: exígentíq; ut ſtatím portionem meam ſíbí addíceret:paruit. Vídes q̃ ratum habere debeã: q̃ líbertus meus meís moríbus geſſít.Supereſt ut cohæredes æquo animo ferant:ſeparatím me uendídíſſe: quod mihí lícuít omnino uendere.Nec uero coguntur ímítarí meum exemplum. non enim íllís eadem cum Corœlía íura. Poſſunt ergo íntuerí utílítatem ſuam: pro qua mihí fuít amicícía. Vale.

C.Plínius Mínutío.S.

Libellũ formatũ a me ſícut exegeras:quo amicus tuus:ímo noſter:qd nó enim cõe nobís: ſí res poſceret: uteretur: míſí tíbí ídeo tardius:ne tẽpus emendandi eũ:ídeſt díſperdendí haberes. habebís tamen an emendandí neſcío:utiq; díſperdẽdí. ὑμεις καρα ει ἰσχνοι optía quæq; detrahitís.qd' ſí feceris boní cõſulã.Poſtea

enim illis ex aliqua occasione ut meis utar:& beneficio fastidii tui ipe laudabor:ut in eo quod annotandum annotatum quoq; inuenies: & suprascripto aliter explicitum. Nam cum suspicarer futurum ut tibi tumidius uideretur: quod est sonantius:& elatius:non alienum existimaui: ne te torqueres:addere statim pssius quoddam: & exilius: uel potius humilius:& peius:uestro tamẽ iudicio rectius. Cur.n.non usquequaq; tenuitatẽ uestram insequar:exagitẽq;:ut inter istas occupationes aliquid aliquãdo rideres? illd ferio uide: ut mihi uiaticum reddas:quod impẽdi data opera cursore dimisso.næ tu cũ hoc legeris nõ pteſ:sed totũ libellũ improbabis:negabisq; id ullius pcii esse:cuius precium reposceris. Vale.

C.Plinius Feroci.S.

EAdẽ epistola:& nõ studere te: & studere significat.ænigmata loquor? ita plãe:donec distinctius.qd sentio: enunciem. Negas enĩ te studere:sed ẽ tam polita:q; nisi a studente nõ põt scribi:aut es tu sup omnes beatus:si talia per desidiam:& ocium perficis. Vale.

C.Plinius Corœlię.S.

IV quidẽ honestissime:q; tã impẽse:& rogas:& exigis:ut accipi iubeã a te præciũ agrorum: non ex septingentis milibus: quanti illos a liberto meo:sed ex nongentis:quãti a publicanis partẽ uigesimã emisti. Inuicẽ ego: & rogo: & exigo: ut non solũ quid te:uerũetiam qd me deceat aspicias.patiaris me in hoc uno tibi enim monumentis. Vt meis.cum tamen tua sint:quia tibi donaui:sed si nihil illis fueris usus:opportune in lis optimis & grandioribus in aliquam rem nostram utar. Beneficio fastidii tui.quæ tu.tanquaz turgida fastidisti cedent mihi beneficio. Laudabor.a doctoribus te. Vt in eo.sensus est.ut quoq; inuenies in eo q; arbitrabar annotatum iri a te ueluti nimium elatum: aliud annotatum q; erat exile & pressum. Et explicitum aliter idest attenuata figura expressum. Suprascripto. ex suprascriptione nostra. Tumidius.q; uicio datur.credo hunc Minutium fuisse:quem suppresso nomine octauo ad Lupercum scribens damnat.dixi inquit de quodaz oratore sæculi nostri recto quidem & sano:sed parum grandi. Sonantius:& elatius:quam tu soleas dicere:debet autem orator erigi:atolli:interdum etiaz efferuescere:efferri.nihil enim magis eloquentiam quam ancipitia commendant:& plurimum refert reprehendenda annotes an insignia:multi aduertunt q; eminet:& extat: sed acri intentione iudicandum est immodicum sit an grande: altum: an enorme. Torqueres.te uexares optima tanquam immania notando. Addere.suprascribere. Humilius.q; dicendi genus uituperandum:nam præsius & exilius interdum laudatur. Rectius. melius existimatum sed falso. Tenuitatem. stilum attẽuatum. Occupationes.urbanas: cum enim Secundus scripsit aberat ab urbe. Vide.scito:intellige. Viaticum.impensam itineris. Curso re dimisso.tabellario ad te misso.cursor est qui pedibus celeriter litteras defert. Alexandrum scribit Lampridius cursorem nunquam nisi seruum suuz feciſſe: dicebat enim ingenuum currere nisi in sacro certamine non debere: & Paulus. ff.xxxii.cursores in familia recenset. Aelius Verus suos cursores nominibus uẽtorum appellabat: & exemplo cupidinum alas apponebat: Papyrio Cursori cognomen inditum a præcipua pedum pernicitate:& q; uictorem cursu omnium ætatis suæ fuisse ferunt. Næ.certe. affirmantis est:& ideo cum diphthõgo scribeñ. Partes.elata membra & sonãtia. Precium.uiaticum. Cursor

EAdem.habet hoc Secũdi epistola:ut quo lõgior eo eruditior:quo breuior eo argutior:tali nũc oñdit Iuliũ Ferocem elegantissimam & politissimaz epistolam scripsisse. Aenigmata.obscuras questiones. αἰνίσσω enĩ in parabolis & obscure loquor.ueteres romani ænigmata scirpos appellauere.aliquãdo oratori conueniunt:sed poetæ sæpius. Negas.legimus etiam negat.ut respiciat:tua epistola.

IV remittit ducenta sextertia Corœliæ uolenti Secundo tradere pro qncũce hæreditatis nongenta:quanti uigesimam partẽ eiusdẽ emerat a publicanis. Honestissime facis. Liberto. Hermete. A publicanis.ab his qui uectigalia publica redimunt:& rẽ publicã tractant:ná si ue qs uerbi gratia frumtũ & alias reip.res necessarias trãsportãdas:siue decimas ac uigesimas redemisset:siue testamẽta q; reip.relinq;bant:siue quo uis modo uectigalia & alios populi redditus exigẽdos certo pcio cõduxisset is publican⁹ dicebat. Cai⁹ de sig.uer.q uectigal populi ro.cõductũ habet publicanũ appellamus:ná publica appellatio in cõpluribus causis ad populũ Ro.respicit. Vlp. de publicanis.publicani inqt sunt qui publico fruunt:ná inde nomen habent:siue fisco uectigal pendant: uel etiã Publicãus.

tributu; consequantur: & omnes qui aliquid a fisco conducunt recte appellantur publicani. Paulus ibidem. publicani dicuntur: qui publica uectigalia habent conducta. Eodem. amico.

REquiris. exponit Saturnino postulanti quid ageret: monetq; remp. curare esse honestissimaz rem: ac Priscum gaudet officiorum memorem. Distringor. occupor. detineor. Officio. incertum quo. Amicis deseruio. in agendis causis. Rectius. quia optima philosopiæ pars est agere negocium publicum: exercere iustitiam: amicis deseruire: & tempora nostra reipubli. impartiri. Beatius. iucundi⁹.

Reip. suæ. patriæ suæ: erat enim in municipio suo Saturninus. Disceptare. decernere: iudicare. Officiorum nostroz. beneficioz suscœptoz a nobis.

CAlestriũ. causas explicat ueteris amiciciæ cum Tyrone proconsule: ut proficiscentẽ in prouinciaz non uereatur Fabatus Comum reuocare ab itinere recto seruorum liberandorum causa.

Necessitudinibus implicitum. uinculis amiciciæ connexum. Militauimus. tribuni mil. fuimus in Syria. Quæstores Cæsaris. candidati principis: qui libris principalibus in senatu legendis uacabant. Tribunatu. plebis: cuius in primo meminit. Præcessit liberorum iure. nam qui ius trium natorum habebant in honoribus præcedebãt carentes ut. ff. de immunitatibus: nullos enim legimus liberos Secundum suscœpisse. Consecutus illum. eodem anno fui prætor quo Calestrius. per ordinem enumerauit dignitates: quo quæque prius daretur: a tribunatu enim militum ad Quæsturam: a quæstura ad tribunatum ple. a tribunatu ad præturam: inde ad consulatum: mox ad proconsulatum certo quodam instituto procedebant: sed hic omisit consulatum. in quo multo ante Calestrium præcesserat. Remisisset. concessisset posse petere præturam añ annum legitimuz. Ticinum. oppiduz Insubriæ a Leuis & Maricis condituz non procul a Pado: distans a Placentia sex & triginta miliariis si Straboni credimus: simili uocabulo præterfluens amnis: quem Verbanus lacus exonerat: Padum ingreditur. a Plinio dissentiens Eutropius conditum scribit ab Insubribus Boiis: clara sane ciuitas multiplici fortuna nunc mutato nomine Papia appellatur: ubi omnium liberalium disciplinarum celeberrimum gymnasium. Ad te. Comum. Vindicta liberare. iussu eius in ueram libertatem' constituere. serui a dominis sæpe manumitti solent: adeo ut uel in transitu manumittantur: ueluti cum prætor: aut præses: aut proconsul in balineũ uel i theatrũ eat. inde Caius. ff. xl. de manumissionibus: non est inquit omnino necesse pro tribunali manumittere. Itaq; plærũq; in trãsitu serui manumitti solẽt: cũ aut lauandi: aut gestãdi aut ludorũ gratia ꝓdeat prætor: aut procõsul: legatus ue Cæsaris. ibidẽ pauli uerba melius in rẽ nostrã faciunt. apud proconsulẽ postq̃ urbẽ egressus est uindicta manumittere possumus: sed & apud legatũ eius manumittere possumus. uindicta ergo interuentu & authoritate ꝓconsulis: non enĩ sat erat seruũ liberari a domino: nisi authoritas prætoris: uel præsidis: uel ꝓcõsulis interuenisset: inde segtur. Quos proxie inter amicos manumisisti. cuius manumittẽdi forma talis fuit: ut dominus caput serui: aut aliud mẽbrũ tenens diceret: hunc hominẽ liberũ esse uolo: & sic eũ e manu emittebat. hoc amplius addit Appianus: fuisse morem romanis in liberandis seruis dextra appræhensos ad se conuertere: nã manumissio est datio libertatis: & q̃diu quis in seruitute est: manui & potestati suppositus est: &

Ticinum.

Manumissio.

eodẽ aĩo repugnare: quo ĩ omnibus obseq̃ soleo.

C. Plinius Saturnino. S.

REquiris qd agã ? q̃ nosti. distringor officio. amicis deseruio. studeo interdũ: qd nõ interdũ: sed solũ: semperq; facere: non audeo dicere rectius: certe beatius erat. te omnia alia quã q̃ uelles agere moleste ferrẽ: nisi ea q̃ agis essent honestissima. nã: & reip. suæ negocia curare: & disceptare inter amicos laude dignissimũ ẽ. Prisci nostri cõtuberniũ iucundũ tibi futurũ sciebam. noueram simplicitatẽ eius: noueram comitatem. eundem esse: quod minus notam: gratissimũ experior: cum tam iucunde officiorum nostrorũ meminisse eum scribas. Vale.

C. Plinius Fabato Prosocero. S.

CAlestriũ Tyronẽ familiarissime dilĩgo: & priuatis mihi: & publicis necessitudinibus iplicitũ. simul militauimus: simul quæstores Cæsaris fuimus. Ille me in tribunatu liberorum iure preceſſit: Ego illum in pretura sum consecutus: cũ mihi Cæsar annum remisisset. ego in uillas eius sæpe seceſſi: ille in domo mea sæpe conualuit. hic nunc proconsule prouinciam Bethycam per Ticinum est petiturus. Spero: immo confido facile me impetraturum ex itinere deflectat ad te: si uoles uindicta liberare: quos proxime inter amicos manumisisti. Nihil ẽ quod uerearis ne sit hoc illi molestum: cui orbem terrarum

manumissus liberatur a domini potestate.lege plura de manumissione in institutionibus titulo de libertinis:& libro septimo.Codicis de libertate latina tollenda. Illi. Tyroni.

SVa.de recitatione plura differit:ac rationes exponit:quibus sint orationes recitãdæ sicut historiæ & carmina:& in transitu docet quomodo emendanda scripta:imprimis monet iudicio multorum credendum:exemplo Pomponii Secundi:qui iudicio populi multum tribuit. Sua.suo modo:& pro arbitrio suo. Mihi.hæc est recitandi ratio. Admonear.ab auditoribus. Emendandas ꝙ consequimur recitando. Historiam debere recitari. testatur Tranqui.hæc antea in usu fuisse:nam tradit Augustum benigne & patienter audisse non tantum carmina & historiam recitantes:sed etiam orationes & dialogos. Non ostentationi.nõ ad pompam:& gratiam præsentiuꝫ:sed ut fit κτημα μαλλον εἰς αει ἠ ωφελημα εἰς το παραυτικωμα secundum Thucydidem. Sed fidei ueritatiq. Lucianus in libello:cui titulus quomodo oporteat historiam scribi: si aliquam inquit adulationem sumat historia:quid aliud quam pedestris quædam poesis fit:historiæ unum officium: & finis utile: ꝙ ex uero solo colligitur:parũ de pulchritudine curabit: dummodo absolutam ueritatem habeat.historici autem officium unum:Vt gesta sunt dicere: neq enim historia debet egredi ueritatem. Cur tragœdiam.concedunt recitandã. Scænam.locum in theatro agendis fabulis excitatum:& sicuti tria fabularuꝫ genera:ita totidem scænarum tragicũ: comicum:satyricum. Actorem. histrionem. Lyrica. carmina. Chorum.induci chorum in lyricis mõstrat Horatii sæculare carmen:ꝙ a pueris & puellis in Capitolio cantabatur.in choris iunctim omnes loquebantur: quasi uoce confusa:& concentum in unam personam reformantes.Seneca decimo tertio epistolarum: & cum Macrobius libro primo Sat. ad uerbum secutus: non uides q̃ multorum uocibus chorus constet unus tamen ex omnibus sonus redditur:aliq̃ est illic acuta:aliq̃ grauis:aliqua media:accedunt uiris fœminæ:interponuntur tibiæ:singulorum illic latent uoces: omnium apparent:& fit concentus dissonus:de choro dico quem ueteres philosophi nouerant: in commessationibus nostris plus cantorum est:q̃ in theatris olim spectatorum fuit Columella.xiii.ubi chorus canentium non ad certos modos:neq numeris præeuntis magistri consensit:dissonum quoddam & tumultuosum audientibus canere uidetur:at ubi certis numeris ac pedibus uelut facta conspiratione consensit:atq concinuit ex eiusdem uocum concordia non solum ipsis canentibus amicum quoddam & dulce resonat:uerum etiam spectantes audientesq latissima uoluptate permulcentur. Horum.historiæ:tragœdiæ:lyricorum.respondet obiiciendis. Recœpta.comprobata. Cœperit.illa recitare. Nostri.romani. Lectitauerunt.recitauerunt. Dixeris.apud iudices perorueris.uerba sunt aduersariorum: Etiam.concedentis aduerbium.clarior lectio si reponatur:est. Eadem omnia.quæ dixeras. Iisdé omnibus.auditoribus. Statim.quia post tempus aliquod alia auditor cognoscit. Multa inseras.ꝙ fit. dũ emendamus. Nouos.auditores legit etiam alios scilicet q̃ primo habueras. Post tempus.quo poterũt quæ probauerant improbare mutata priori sententia. Quã edendi.tanq̃ diceret:si edendæ orationes:sunt etiam recitandæ:nã recitando publicamus. Satisfaciat.placeat auditoribus. Hoc.ut curã habeat placendi. Non ad rationem.ratio nõ obstat quo minus recitent. Legor.post emissum opus: & me absente. Emẽdãdi.emẽdatio est:q̃ singula ꝑ ut ipsa res postulat dirigimus æstimãtes uniuersoꝫ Emẽdatõ.

circũire nõ erit longum mea causa.Proinde nimiã istã uerecundiam pone:teq quid uelis consule.illi tã iucũdũ est quã mihi quod tu iubes. Vale.

C.Plinius Nonio Celeri.S.

SVa cuiq ratio ẽ recitãdi: mihi: qđ sæpe iã dixi:ut siqd me fugit(ut certe me fugit)admonear.quo magis miror ꝙ scribis.fuisse quosdã:q reꝑhenderent:ꝙ orationes omnino recitarẽ.nisi uero has solas nõ putant emendandas.a qbus libẽter requisierim cur cõcedãt(si concedunt tamen)historiã debere recitari: quæ nõ ostentationi:sed fidei ueritatiq componit.cur tragœdiam:quę nõ auditorium:sed scęnã:& actorem:& cur lyrica:quę non lectorẽ:sed chorum:& lyram poscunt.At horum recitatio usu iam recepta est.Num ergo culpãdus est ille:q cœpit: quã quam orationes:& nri quidem:& græci lectitauerunt.Superuacuũ tamẽ est recitare:quæ dixeris: etiã:si eadem oia:si iisdem oibus:si stati recites. Si uero multa inseras:multa cõmutes:si quosdam nouos:quosdam eosdem: sed post tempus adsumas: cur minus ꝓbabilis sit causa recitandi: q̃ dixeris: q̃ edẽdi: Sed difficile est:ut oratio dum recitatur: satisfaciat. nam hoc ad laborem recitantis pertinet: non ad rationem non recitandi. Nec uero ego dũ recito laudari:sed:dum legor:cupio. Itaq

ſcriptorum ſententiam diuerſam:uel correctio errorum:qui per ſcripturam dictionemue fiunt authore Diomede. Pertracto.repeto:& non ſolum uerba ſunt emendanda:ſed numeri & ſententiæ. Annotanda.emendanda. Penſito.diligenter examino. Tunc.cum recito. Nam.emendo. Quanto. ſolicitius intendo.cum quanta maiori ſolicitudine & cura ſum intentus in recitando reſpectu auditorum reuerentiæ:quã in emendando per me:aut cum paucis. Reuerentia.pudor.metus.quæ omnia in ſunt mihi recitanti propter auditorum frequentiam. Indicant.iudicium augent & acuunt. Sic habe. melius intellige ſequenti exemplo.

nullũ emendandi genus omitto:ac primum:quæ ſcripſi mecum ipſe pertracto.deinde duobus:aut tribus lego:mox aliis trado annotãda:notaſq; eorum:ſi dubito .cum uno rurſus:aut cum altero penſito.nouiſſime pluribus recito:ac:ſi quid mihi credis:tunc acerrime emendo.nam tanto diligentius:quanto ſolicitius intendo:optime autem reuerentia:pudor:metus iudicant.Idq; adeo ſic habe.nonne ſi locuturus eſſes cum aliquo quantumlibet docto uiro:tamẽ minus commouereris: quam ſi cum multis uel indoctis? non ne cum ſurgis ad agendum tum maxime tibi ipſe diffidis? tunc commutata non plurima:ſed omnia cupis? utiq;:ſi latior ſcęna:& corona diffuſior. nam illos quoq; ſordidos:pullatoſq; reueremur. Nonne ſi prima quæq; improbari putes debilitaris: & concidis? opinor? quia in numero ipſo eſt quoddam magnum collatũq; conſilium:quibuſq; ſingulis iudicii parũ:omnibus plurimum .itaq; Pomponius Secundus ſcriptor tragœdiarum:ſi quid forte familiarior amicus tollendum:ipſe retinendum arbitraretur:dicere ſolebat ad populum prouoco:atq; ita ex populi:uel ſilentio:uel aſſenſu: aut ſuam: aut amici ſententiam ſequebatur.tantum ille populo dabat.recte:an ſecus:nihil ad me. Ego enim non populum aduocare: ſed certos:electoſq; ſoleo:quos intuear:quibus credam:quos deniq; tanquã ſingulos obſeruem:& tanquã non ſingulos timeam.nam quod.M.Cicero de ſtilo:ego de metu ſentio. Timor eſt emendator aſperrimus. hoc ipſum:qđ nos recitaturos cogitamus emẽdat:quod auditorium ingredimur:emẽdat:quod pallemus: horreſcimus:q; circumſpicimus emẽdat. Proinde nõ pœnitet me conſuetudinis meæ:quam utiliſſi-

Pullatus.

Quantumlibet. maxime. Commouereris. timeres: perturbareris. Agendum.publice cauſam dicturus. Tunc. cum multi audiunt. Omnia. tua ſcripta tanquam deteriora. Vtiq;. præſertim cupis. Scæna latior.ſpectãtium ingens numerus. Corona.multitudo circumſtantium. Sordidos. agreſtes. Pullatos.atratos. imperitos. Fabius ſexto imperitis ac ſæpe pullatæ turbæ relinquunt:& ſecundo.iam colli dere manus:terræ pedem incutere:fœmur:pectus: frontem cædere: mire ad pullatum circulum facit. Concidis. animo cadis:& deficis. Opinor.ſic fieri puto. Numero.multitudine. Omnibus plurimum.reſpectu omnium eſt ſummum:nam ſi parua multa in unum contuleris ſurgent in maximum cumulu;:& Ciceronis teſtimonio orator uulgi aſſenſu : & populari approbatione iudicari ſolet:itaq; nunquam de bono oratore aut non bono doctis hominibus cum populo diſſenſio fuit : id enim ipſum eſt ſummi oratoris ſummu; oratorem populo uideri. Pomponius Secundus. cuius uitam ſcripſiſſe Plinium ſeniorem ſupra retulit. Tollendum.de tragœdiis ſuis delendum tanquam minus aptum. Retinendum. reſeruandum in ſcriptis ueluti opportunum. Ad populum prouoco. eligo populi iudicium.ſilentio populi amici ſententiam retinebat aſſenſu uero ſuã.

Populo dabat. deferebat iudicio populi:quare Cicero de claris oratoribus inquit Tibicen Antigenidas diſcipulo dixit ſane frigenti:ad populum mihi cane & muſis:ego Bruto dicẽti apud multitudinem mihi cane & populo. In ſumma.qui uulgi opinione diſertiſſimi habiti ſunt: eoſdem intelligentium quoq; iudicio fuiſſe probatiſſimos crediderim. Recte.faceret. An ſecus. male:tantum iudicio populi tribuendo. Nihil ad me.non pertinet ad ppoſitum noſtrum. Certos. doctos uiros: qui non falluntur iudicio ſuo. Tanquam ſingulos.propter ſummam eruditionem & authoritatem unumquemque reuerear. Et tanquam non ſingulos. tanquam cœtum clarorum uirorum. De ſtilo.ſenſit:nam libro primo de Oratore ſtilus inquit eſt optimus & præſtantiſſimus dicẽdi effector:atq; magiſter:neq; iniuria:nam ſi ſubitam:& fortuitam orationem commentatio & cogitatio facile uincit:hanc ipſam profecto aſſidua & diligens ſcriptura ſuperabit. De metu.q; ſit emendator optimus. Hoc ipſum.imaginatio: phantaſia. Circumſpicimus.frequentiam auditorum:& quod ex uultu:oculis: nutu: manu: murmure: ſilentio cognoſcimus

quid quisq; sentiat. Istorum.q reꝑhēdūt q; oio orationes recitarē. Aliqd.aliqd aliud emendandi genus. His.a me p̄dictis. Satis.ad emendationē. Dare ī manus hominum.publicare. Nō.esse.

DEliberas.epulum perpetuum Comensibus promiserat Caninius:sed uerebatur ne si summā numerasset reip.procedente tempore ad sacerdotes transiret:quare exemplo suo monet Secūdus ut se imitetur in eo munere:q; patriæ donauerat pro alendis īgenuis. Municipibus.nouocomensibus.colligitur enim ex libro primo Caninium fuisse comensem: ubi ad eundem scribens iquit. Quid Comum tuæ:meæ q; delitiæ. Epulum.publicum cibum.

mā experior. Ideoq; nō deterreor sermūculis istorū:ut ultro te rogē:mōstres aliquid: quod his addam. nihil enim curæ meæ satis ē cogito:q̄ sit magnū dare aliquid in manus hoium: nec psuadere mihi possum:nō:& cū multis:& sæpe retractādū: quod placere:& semp:& oibus cupias. Vale.

C.Plinius Caninio Rufo.S.

DEliberas mecū quēadmodum pecunia: quā municipibus nostris in epulū obtulisti:post te quoq; salua sit: hōesta cōsultatio:non expedita sententia.numeres reipublicæ summam: uerendū est ne dilabatur ad sacros: ut publice negligatur:equidem commodius nihil inuenio:q̄ quod ipse feci: nam quingentis milibus nūmum:quæ in alimenta ingenuorū promiseram agrū ex meis lōge pluris actori publico publice mācipaui:eūdē uectigali imposito recœpi: tricēa milia annua daturus.p hoc.n.& reip. sors ī tuto: nec redditus incertus:& ipse ager:ꝓpter id quod uectigali large supcurrit:semper dominū:a

Poſt te.poſt obitum tuum. Salua ſit. integra ſit:reſeruetur ad hoc:neq; tranſferatur ad alia. Non expedita. non in promptu:obſcura:difficilis. Numeres. ſi numeres. Summam.ex qua quotannis fiat epulum. Dillabatur. tranſeat: diffugiat:ſi quis legatam municipio pecuniā in aliam rem q̄ defunctus uoluit conuertere citra principis authoritatē non licet authore Iuriſconſulto: fit tamen interdum ut ad alia tranſeat procedente tempore:cum non ſit:qui illam tueatur. Ad ſacros.ad ſacerdotes: q; iō ſacri dicti q; ſacra & res deorū cureret. Sacri.
Virgi.Cereriq; ſacrū Polyboetem.i. ſacerdotē Cereris:& Prudētius. O Chriſti Valerianæ ſacer:nam quicquid deſtinatum eſt diis ſacrum uocatur:ut Plautus ſacros porcos ad ſacrificium idoneos: & ſacerdotes a ſacris dictos q; rebus diuinis præeſſent Varro tradidit. fuit igit epulum illud ad res diuīas cōſtitutum: Epulum
quibus die ſolēni populus epularet:erat ideo uerendum ne poſt mortem Caninii traduceretur ad ſacerdotes:neq; obſtat q; Seruius ſcribit epulas hominum eſſe:q; & nos fatemur: modo concedat eas etiam inter ſolemnia ſacrorum dari: & alioquin Apuleius.ix.refert dominum ædiū ſacrificales epulas cum ſacerdotibus deæ cœnitaſſe. Varro.iii.rei ruſticæ.quotus quiſq; eſt annus:quo non uideas epulum aut triumphum:aut collegia non epulari. Sacri.item & Sacrani populi ſunt in codice non admodum recenti ſcriptum adnotaui de ſacro.i.de ærario. Vt publice negligat. timēdū eſt ne reſp.nō curet id epulū.ut ſolet fieri in oppidis: ubi publica negligunt:& hinc inde occupant. Cōmodius.tutius:ut ſors:& redditus diu duret. Quingentis milibus nummū.quingētis ſextertiis.hæc erat ſors:ex qua triginta ſingulis annis:ut mox explicabit:pro alimentis ingenuorū redimebant. In alimenta ingenuorū.ut pueri liberi ſed egeni alerentur:q; libro primo copioſe tractauit. īgenui autē ſunt qui libera matre nati nec poſtea ſerui facti ſunt. Iuſtinianus latius explicat:ingenuus inqt eſt:qui ſtatim ut natus eſt liber eſt:ſiue ex duobus īgenuis mr̄imonio editus: Ingenuus.
ſiue ex libertinis duobus:ſiue altero libertino:& altero īgenuo. ſed & ſi qs ex matre naſcit libera: patre uero ſeruo ingenuus nihilominus naſcit:quemadmodū:q; ex matre libera:& īcerto patre natus eſt:quoniam uulgo cōcœptus eſt. Longe pluris.maiori precio qngentis milibus.erat enim mile centū ſextertiis. Actori.curatori:q; reip.bona curat:& rationes reddituū impenſarumq; facit.eius fit mentio.ff.l.titulo de adminiſtratione reip. Mācipaui.uēdidi.diſtraxi:alienaui:nullo tamen ab illo precio recœpto.

Rœcepi.reſumpſi apud me ab actore publico. Eundem.agrū Vectigali impoſito.ut tenerer quot annis tricena milia reip.numerare. Vectigales agri uocant:qui in perpetuū locant hac lege:ut quādiu Vectigalis
pro iis uectigal pendat:tamdiu neq; ipſis:q; conduxerint:neq; iis:q; in locum eorum ſucceſſerint: auferri ager.
eos liceat:& alibi idem iuriſconſultus Paulus.agri publici:q; imperpetuū locant a curatore reip.ſine authoritate principali reuocari non poſſunt. habet autem horū uectigaliū agrorū poſſeſſor aliquid ius in eis:unde Vlp.xxx.de legatis fundus inqt municipū uectigalis ipſis municipibus legatus ualere legatus ſcribit Iulianus:qa aliquod ius in eo is qui legauit habet. Per hoc.hac ratione & uia. Sors.quingenta milia nummum erant in tuto:neq; enim poterant interire. Incertus.fallax. Vectigali.triginta ſextertiis. Large ſupercurrit.longe in redditu excellit.xxx.ſextertia:nam maiores fructus inde colligebātur.

Dominū.ſentit Paulus q; maximos fructus ex redemptione uectigalium conſequuntur:ſi tanti poſtea

locari non possint: ea prioribus pensionibus susscipere compelli. Exerceatur.excolatur. Aliquanto plus.nam respectu redditus, nihil amplius donauerat: quia q; reliquum erat ipsius domini erat:sed hoc aliquanto plus donauerat:si enim dominus agrum uoluisset alicui uendere:minoris uendidisset reditus suos qui super currebant uectigali quia totus ager erat obligatus reipubli. Infregerit.minuerit. Necessitas uectigalis necessitas pendendi reipubli.perpetuo triginta milia nummum. Aeternas.utilitates.perpetuam memoriam huius liberalitatis:cuius uestigium adhuc extare audio. Muneri suo:ut perpetuo duret. Facultatib⁹. præsenti utilitati.

ANgit. Fanniæ ualitudinem honestissima causa contractam apud Priscum Dolenter fert:ibiq; multa de illius sanctitate:grauitate:constantia enumerat:quantaq; cum eius matre fuerit sibi amicicia sanctissimis uerbis ꝓsequitur:& filiæ longiorem uitam precatur.

Fanniæ. quæ fuit Heluidii uxor & Thraseæ filia. Assidet. officii causa. astat. Virgini.uestali. Affinis.eius luniæ:nec mirum si sponte assedit. Authoritate.iussu. Pontificum.qui curabāt uestales.unde Gellius libro primo. uirgo uestalis simul est capta:& in atriū Vestæ deducta:& pontificibus tradita est. Ex atrio Vestæ.ex domo uestaliū templo Vestæ coniuncta inter Capitolium & palatium. Discrimine.ualitudine. Insidens.continua: latens.

Orexis

Orexis.nausea:uomitus.Iuuenalis.rabidam facturus orexim:sed is ab eo quod præcedit ad id quod sequitur sumpsisse potuit pro appetentia ut satyra undecimo. hinc surgit orexis: hinc stomacho bilis: Lampridio in Heliogaballo: orexim conuiuio hanc esse asserente. nam ὀρεχομαι a quo orexis: non modo appeto sed excito plærunq; significat. Dignissimus.simillimus & per id maximus. Heluidio marito. Fannia maritum habuit Heluidium Priscum:& patrem Petum Thraseam. Reliqua.corporis uires:& habitudo. Labuntur. absumuntur. Oculis ciuitatis. a conspectu Romanorum: quibus erat exemplum uirtutis. Simile. tam laudabile. Bis.primo sub Nerone: secundo.sub Vespasiano. Senectio reus. nos inquit Tacitus de causis corruptæ eloquentiæ: innocenti sanguine Senectio perfudit.accusatus enim fuit a Caro delatore sub Domitiano q; uitam Heluidii Prisci cōscripsisset:mox reus quod nullum magistratum post Quæsturam petiuisset damnatus est referente Dione. Dixisset.Senectio. Rogatum.ut uitam mariti scriberet. In defensione.sui: ut petid se defenderet. Metio Caro.delatore notissimo sub Domitiano. Quærente. interrogante Fanniam. Respondit.Fannia. Commentarios.indices rerum a marito suo gestarum. Scripturo.Senectioni. Matre.Arria.quæ tūc uiuebat. Nesciente.respōdit Fannia se id fæcisse insscia matre. Cedentem periculo.per quam uideretur uelle īminens piculum uitare. Libros.editos a Senectiōe de uita mariti. Abolitos sublatos.dato triumuiris ministerio ut monuméta clarissimorū uirorū in foro cōbureren

quo exerceatur:iueniet. Nec ignoro me plus aliquāto:q̄ dōasse uideor erogauisse:cū pulcherrimi agri p̄ciū necessitas uectigalis ifregerit. Sed oportet priuatis utilitatibus publicas:mortalibus ęternas ante ferri:multoq; diligentius muneri suo cō sulere:quā facultatibus. Vale.

C. Plinius Prisco. S.

ANgit me Fānīæ ualitudo: quā cōtraxit: dū assidet Iuniæ uirgini: sponte primū. est.n.affinis:deinde etiam ex authoritate pontificum:nam uirgines:cū ui morbi ex atrio Vestę coguntur excedere: matronarum curę:custodiæq; mandantur:quo munere Fannia dū sedulo fungitur hoc discrimine implicita est. insidens febris:tussis:orexis:summa macies:summa defectio:animus tantum: & spiritus uiget Heluidio marito: Thrasea patre dignissimus. reliqua labuntur:meq; non metu tantum: uerum etiam dolore conficiunt.doleo enim fœminam maximam eripi oculis ciuitatis: nescio an aliquid simile uisurus. quæ castitas illi? quæ sanctitas? quæ grauitas? quanta constantia? bis maritum sequuta in exilium est. Tertio ipsa propter maritum relegata. nam cum Senectio reus esset:q; de uita Heluidii libros cōposuisset:rogatumq; se a Fānia in defensione dixisset.quærente minaciter Metio Caro anrogasset:respondit rogaui.an cōmētarios scripturo dedisset:dedi:an sciente matre.nesciēte. Postremo nullā uocē cedētē periculo emisit. Quinetiā illos ipsos libros.quāquam ex necessitate: & metu tēpoꝝ abolitos Senatus cōsulto publicatis bonis seruauit.habuit:tulitq; in exilium exilii cām. eadem quā iocunda:q̄ comis:q̄ deniq;:quod paucis datum est: non minus amabilis: q̄ ueneranda

nam fuit Domitianus:quamuis in principatus initio poeticæ ſtudioſus uideretur:ſtudiis inimicus:primum philoſophis urbe ſubmotis:& Hermogene,propter quaſdam in hiſtoria figuras occiſo: librariis etiam qui eam deſcripſerant crucifixis. Publicatis.redactis in ærarium. Exilii cauſam. Heluidii uitam editã a Senectione. Eadem.Fannia. Comis.faceta. Quod paucis datum eſt:ut poſſint ſimul amari & uenerari. Nec erit.nulla mulier poſtea in urbe inuenietur. Sic.quemadmodum Fanniam. Leguntur:monumentis litterarum celebrantur. Domus.Heluidii liberi. Nutare.minari ruinã. Poſteros.ſiue hæc epiſtola ſcripta fuerit ante illam ex libro quarto ubi meminit duas Heluidii filias interiiſſe: & intelligamus tres liberos duas fœminas & marem:ſiue tantum marem nomine Velium Heluidiũ:cui Fannia nouerca fuit.

nec quã poſtea uxoribus nr̃is oſtentare poſſimus erit:a q̃ uiri quoq; fortitudinis exẽpla ſumamus: quã ſic cernẽtes:audiẽteſq; miremur: ut illas q̃ legunt.ac mihi domus ip̃a nutar:cõuulſaq; ſedibus ſuis ruitura ſupra uidet:licet adhuc poſteros habeat.quãtis.n.uirtutibus:quãtiſq; factis ad ſequẽtur:ut hæc nõ nouiſſima occiderit:me qdẽ etiã illud adfligit: & torq̃t: q; matrẽ eius illã (nihil poſſum illuſtrius dicere) tãtæ fœminæ matrẽ rurſus uideor amittere:q̃ hæc:ut reddit: ac refert nobis: ſic auferet ſecũ:meq;:& nouo p̃iter: & reſciſſo uulnerẽ adficiet.utrã q; coluí:utrãq; dilexi:utrã magis neſcio:nec diſcerni uolebãt.habuerũt officia mea ſcdis:habuerũt ĩ aduerſis. Ego ſolatiũ relegatarũ:ego ultor reuerſaru;.nõ feci tñ paria:atq; eo magis hãc cupio ſeruari:ut mihi ſoluẽdi tp̃a ſupſint. In his erã curis:cũ ſcriberẽ ad te:quas ſi deus aliqs ĩ gaudiũ uerterit:de metu nõ querar.

Quantis enim uirtutibus. ſenſus eſt. licet i familia Heluidii adhuc ſuperſint poſteri:tamen neceſſe eſt:ut hi ſummis uirtutib9 nitantur:ne iſta uideatur fuiſſe extrema in ſua domo. Nouiſſima. quæ ſola ab uirtutes poſt maritum & maiores nominetur.nam uere dici poſſunt ſuæ domus nouiſſimi: qui uirtute prædiți nullos ſibi ſuorum ſimiles reliquerunt. Illam.Arriam admirandã. Illuſtrius.magis famoſum & celebratum. Fœminæ. Fanniæ. Rurſus. quia cum hæc Secundus ſcriberet ex humanis exceſſerat Arria. Hæc.Fannia. Vt reddit. ſicut in omnibus uirtutibus matrẽ repræſentat. Aufert.iteruꝫ tollet a nobis. Nouo uulnere.morte Fanniæ:& per eã matris interitus recordatione. Reſciſſo.renouato.dolore Arriæ. Diſcerni. cognoſci.quia pari charitate certabãt. In aduerſis:nã relegatarũ ſolatiuꝫ fuit: & reuerſaruꝫ ultor:cuꝫ Publiciuꝫ certũ Heluidii accuſatorẽ reũ perægit. Non feci tam̃ paria.non reddidi illis paria beneficia ideſt quæ merebantur. modus dicendi elegans & circũciſus.ideꝫ in panagyrico.ſolus ergo adhuc qui pro munere tanto paria accipiendo feciſti: Nazarius:ambo benigni ratiocinatores officiorũ paria feciſtis.Sceuola de ſtatu liberis quærit qd ſit paria facere: & poſt multa:paria facere interpretatur reddere iuſtas ratiões: & totũ debitũ ſoluere. Calliſtratus de iure imũitatis accipit paria fiſco feciſſe pro ſatisfeciſſe & ſatisdediſſe. Seruari.diutius uiuere.

Paria facẽ

C.Plinius Tacito.S.

LIbrũ tuũ legi: & quã diligẽtiſſime potui adnotaui:quę cõmutãda: quę eximenda arbitrarer.nã:& ego uerũ dicere aſſueui: & tu libẽter audire.Neq; enim ulli patientius rep̃ hẽdunt:q̃ q maxie laudari merentur. Nunc a te libru meũ cũ adnotationibus tuis expecto. Oiucũdas.Opulchras uices q̃ me delectat. q; ſi qua poſteris cura nr̃i uſquequaq; narrabit:q̃ concordia: ſimplicitate:fide uixerimus.erit raꝛ:& inſigne duos hoĩes dignitate:& ætate p̃pe modũ æquales: nonnullius in litteris noĩs (Cogor.n. de te quoq; parcius dicere:quia de me ſimul dico) alterũ alterius ſtudia fouiſſe.Equidẽ adoleſcẽtulus: cũ iam tua fama:gloriaq; floreret:te ſequi:tibi longo:ſed

LIbruꝫ quãuis ſæpius alibi teſtentur epiſtolæ Secũdi quãta coniunctus. Tacito fuerit amicicia:Nulla tamẽ magis utriuſq; familiaritatem & coniunctionem quam iſta recludit: ut & ſtudia & famam communem habuiſſe cognoſcatur:ſeq; totum ab ineunte ætate ad imitandum Tacitũ dederit. Commutanda. aliter dicenda. Eximenda. pœnitus tollenda. Adnotationibus.emendationibus. Librum. quem pariter Tacito miſerat emendandum. Quam me delectat. iſta emendandi uiciſſitudo. Vſquequaq;.ſemper. Inſigne. præclarum. Aetate propemodum. nam Secundus iunior erat. Nominis.famæ. Parcius. quia dixerat alicuius & nõ magni noĩs:ut debuiſſet de Tacito loqui:ſed cũ ſe quoq; cõplexus eſſet arrogantiæ uitandæ gratiæ utriuſq; facultatẽ minuit. Fouiſſe.excoluiſſe:emendaſſe.

Tibi longo:gaudet Secũdus ſuis epiſtolis inſerere Virgiliana carmina:hic enim libro quinto inquit. Primus abiit:longeq; ante omnia corpora Niſus Emicat:huic longo ſed proximus interuallo Inſequitur Salius.proximus igitur Tacito Secundus erat in eloquentia ſed longo interuallo.talis fuit Alcinoi ſententia de eo poeta:qui futurus erat Virgilio proximus.inquit enim Longe erit a primo quiſq; ſecũdus erit. Proximus.propter imitationem tui.non q; tunc non eſſent clariores me. Similitudo naturæ.quæ multum facit ad conciliandam amiciciam:nam authore Columella ſimilia ſimilibus faciliora fecit natura:bonum bono aptiſſimum: & malum malo:hinc Aruns Tarquini⁹ & Tullia minor ingenio truci breui cõ uenere. Imitabilis.facilis ad imitandum. Imitandus.imitari dignus. Si quis de ſtudiis ſermo.ſi quis loquitur q in urbe ſint eloquentiſſimi:& ſtudiorũ amantiſſimi. Vna nominamur .libro octauo.hunc locum declarat. narrabat inquit mihi Cor.Tacitus ſediſſe Circenſibus proximum equiti Ro. hunc poſt uarios eruditoſq; ſermões requiſiſſe italicus es? an prouincialis? ſe reſpõdiſſe: noſti me:& quidem ex ſtudiis:ad hoc illum:Tacitus es?an Plinius? Nec deſunt.ſunt in urbe noſtra. Præferantur.præponantur nobis. tanquam doctiores. In hoc primus.ſi doctior te ab aliquibus credor:tunc me omnium qui ſunt in urbe doctiſſimum credo.quia te ſecundum faciunt: ſi uero te primum alii putant: tunc ſecũdum doctum me exiſtimo:quia tua ueſtigia penitus ſequor.tanti facit Taciti doctrinam: latenter tamẽ innuit ſe fuiſſe doctiſſimoſ qui tunc erant romanorum. Teſtamẽtis.ſubſcribendis & ſignandis:quibus tibi primum:mihi ſecundum locum concedunt:an in legatisq;bus primi nominamur. Amiciſſimus.qui alterum alteri pro amicicia præponat. Spectãt.tẽdunt:conueniunt.

Similitudo morũ.

PAreo.Cornuto monẽti ut infirmitati oculorũ cõſuleret: ordinẽ uitæ ſuæ enumerat: & pro gallinis miſſis cũ amico iocaſ. Collega.uel ĩ præfectura ærarii uel in conſulatu:nã utrũq; magiſtratum ſimul geſſere. Huc.in Thuſcos. Tecto uehiculo iclufus. circumcluſo recubans uehiculo:ac ſi eſſem ĩ cubiculo. Stilo.compoſitione.ſcriptura. Sed abſtineo.ſed tamen abſtineo quãuis difficulter. Auribus.alio legente. Opaca aliquantulum inumbrata.ſub obſcura. Celſus præcipit in lippitudinis curatiõe primo die loco obſcuro cubare:& a ſermone abſtinere. Cryptoporticus.latentes porticus:in quibus uerſor. Inferioribus.inferiori parte. Tantũ umbræ:a dimidio inferiori. Luminis.a dimidio ſuperiori ubi feneſtrarum pars fuit adapta. Balineum.curatur lippitudo ſecundum Celſum balineo:uino:quiete:abſtinẽtia. Cuſtos. qui prohibet ne ſupra modum bibam. Te.amiciſſimo. Acribus intentis:acutis. Lippis.cœcutiẽtibus ab oculis lacryma deſtillante.

MIn⁹.idicat Falcõi Munitiũ p quo ipetrauerat tribũatũ eẽ uiꝛ dignitate:natalibus:facultatibus & ſtudiis ſummũ. Petiiſſe.fortaſſe corã:nam nõ extant ullæ litteræ.q̃bus hunc petieriſ

proximus iteruallo:& eẽ: & haberi cõcupiſcebã: & erãt multa clariſſima:ĩgenia:Sed tu mihi (ita ſimilitudo naturę ferebat) maxie imitabilis: maxie imitãdus uidebaris.quo magis gaudeo: q; ſiqs de ſtudiis ſermo:una nominamur:& ego de te: tu de me loquẽtibus ſtatim occurris nec deſunt q utriq; noſtrum p̃ferant. Sed nõ nihil ĩtereſt mea quo loco iũgimur.nã in hoc primus:qa tu p̃ximus: & ego p̃ximus: quia tu primus.quinetiã in teſtamentis debes adnotaſſe:niſi qs forte alterutri noſtrũ amiciſſimus.q̃ omnia huc ſpectãt: ut iuicẽ ardentius diligãus:cũ tot uiculis nos ſtudia:mores:fama:ſup̃ma deniq; hominũ iudicia conſtringant. Vale.

C.Plinius Cornuto.S.

PAreo collega chariſſime: & infirmitati oculorũ:ut iubes:conſulo.nam:& huc tecto uehiculo undiq; incluſus:q̃ſi ĩ cubiculo puẽi:& hic nõ ſtilo modo:uerũetiã lectionibus difficulter:ſed abſtineo:ſoliſq; auribus ſtudeo.cubicula obductis uelis opaca:nec tamẽ obſcura facio. Cryptoporticus quoq; adoptis inferioribus feneſtris tm̃ umbræ quãtũ luminis habẽt. ſic paulatim lucẽ ferre cõdiſco.Balineũ aſſumo: & p̃deſt Vinũ nõ nocet:parciſſime tm̃:ita aſſueui: & nunc cuſtos adeſt.Gallinas ut a te miſſas libẽter accœpi:quas ſatis acribus oculis quãquam adhuc lippis pinguiſſimas uidi. Vale.

C.Plinius Falconi.S.

MInus miraberis me tã inſtãter petiiſſe: ut in amicũ meũ cõferres tribunatum:cum ſcieris:quis ille:qualiſq;. Poſſum autẽ iã tibi:& nomẽ idicare:& deſcribere ip̃m: poſtq̃ polliceris.Eſt Cornelius Munitius Acilianus orna-

Regionis meæ transpadanæ:nã erat Cor. Munitius Acilianus Brixienſis. Amat ſtudia. ſtudioſus eſt Pauperes ſtudioſiores
Vt ſolent pauperes. qui urgente reꝛ inopia ſtudent ardentiſſime: nec ullis uoluptatũ illecebris emolliuntur: ſed per ardua quæcꝫ prorumpunt. ad extat græcum illud elogium. ΗΠΕΥΙΗΣ ΟΦΙΗΝ ΕΛΕΧΕΝ ideſt paupertas ſapientiam ſortita eſt: quando quidem pauperes multis artibus ſtudent: & ſecundum Senecam: immo quottidianam experiẽtiam: hominem experiri multa paupertas docet: Iuuenalis ſatyra. viii. inquit pauperes ad ſtudia perſpicaciores. tamen ima plebe quiritem Facundum inuenies: ſolet hic defendere cauſas Nobilis ĩdocti: uenier de plebe togata: Qui iuris nodos: & legum ænigmata ſoluat. Credes. tranſferendo in eum tribunatũ. Propius. melius. familiarius. Titulis. laudibꝰ. Elatius. glorioſius. magnificentius.

mentũ regionis meæ: ſeu dignitate: ſeu moribus. natus ſplendide. abũdat facultatibus. amat ſtudia ut ſolent pauperes. Idẽ rectiſſimus iudex: fortiſſimus aduocatus: amicus fideliſſimus. accœpiſſe te beneficium credes: cũ propius inſpexeris hominẽ oĩbus honoribus: oĩbus titulis (nihil uolo elatius de modeſtiſſimo uiro dicere) parem. Vale.

C. Plinius Fabato Proſocero. S.

GAudeo quidem eſſe te tam fortẽ: ut Mediolani occurrere Tyroni poſſis. Sed ut perſeueres eſſe tam fortis rogo: ne tibi contra rationem ætatis tantum laboris iniungas. quinimmo denuncio: ut illum: & domi: & intra domum: atcꝫ intra cubiculi limen expectes. & enim cum a me ut frater diligatur: non debet ab eo quẽ ego parẽtis loco obſeruo exigere: officium: quod parenti ſuo remiſiſſet. Vale.

C. Plinius Geminio. S.

COmmidia quadratilla paulo minus octogeſimo ætatis anno deceſſit uſcꝫ ad nouiſſimã ualitudinẽ uiridis: atcꝫ etiam ultra matronalẽ modum cõpacto corpore: & robuſto. deceſſit honeſtiſſimo teſtamẽto. Reliqt hæredes ex beſſe nepotẽ: ex tertia parte neptẽ. Neptẽ paꝛ nouí. nepotẽ familiariſſime diligo adoleſcentẽ ſingulare: nec iis tm̃: quos ſanguie attingit ĩter ꝓpinquos amandũ. Ac primũ cõſpicuus forma oẽs ſermones malignoꝛ: & puer: & iuuenis euaſit: intra q̃rtũ: & uigeſimũ annũ maritus: & ſi deus annuiſſet pr̃ uixit in cõtubernio auiæ delicate: ſeueriſſime: & tñ obſequentiſſime. Habebat illa Pantomimos. fouebat effuſius: q̃ principi fœmię cõueniret. Hos Quadratillus: nõ i theatro: nõ domi ſpectabat: nec illa exigebat. Audiui ipſam: cũ mihi cõmẽ daret nepotis ſui ſtudia: ſolere ſe ut fœminã in illo ocio ſenii laxare aĩum luſu calculoꝛ: ſolere ſpectare Pãtomios ſuos: Sed cũ factura eẽt alterutrũ: ſp

Audeo. monet Fabatũ ut domi pſtoleꝰ Tyronis aduẽtũ: neqꝫ in itinere ei occurret. Tyroni Caleſtrio Tyrõi ꝓconſuli ꝓficiſcẽti i Hiſpaniã. Perſeueres. cõſerues hãc tuã fortitudinẽ quiete.

Aetatis. admodũ ſenilis. Domi. Comi. Domũ. tuã priuatam. Abeo. a te.

Officium. occurrendi obuiam in itinere. Remiſiſſet. condonaſſet. noluiſſet.

Ommidia. Quadratilla quadratillum nepotem modeſtiſſimum tanta reuerentia educauit: ut quoties uellet ſpectare pantomimos ſiue ludere: calculis iuberet illum abire: quod poſt mortẽ auiæ cum reſciſſet Secundus cum magna admiratione: & gaudio rem totam Geminio per epiſtolã expoſuit. Commidia. frequentior lectio habet Numidia. Viridis. robuſta: fortis. Cõpacto. neruoſo. Honeſtiſſimo teſtamento. cõdito ſuo teſtamento cum prudentia: unde maximũ retulit honorẽ. Beſſe duabus tertiis. Tertia parte: aſſis ideſt ex triente: nam beſſe: & triẽte. uniuerſa hæreditas exhauritur. Nec amandum. nepos Quadratillæ nec tantum eſt amandus inter propinquos quos attingit ſanguine: ſed ab aliis etiam. Propinquos quos attingit ſanguine. nam ſunt. & alia rum reꝛ propinqui: ut ædiũ: ut agrorũ.

Malignoꝛ. maledicoꝛ. quia Lis eſt cũ forma magna pudiciciæ. Maritus ducens uxorẽ. Si deus annuiſſet: nam uxor eius fecit abortum. Auiæ. Quadratillæ.

Delicate. in uictu: & ueſtitu. Seueriſſime. in moꝛ cura. Obſequentiſſime. libentiſſime. Illa. Quadratilla. Pantomimos. omniũ geſticulatores. Fouebat effuſius. ſupra modum horum geſticulatiões amplectabatur. Principi fœminæ. inter primas urbis fœminas dignitate: diuitiis authoritate. Quadratillus. nepos. Quadratillæ. Exigebat. permittebat ut ſpectaret. Ocio ſenii. i illa ætate cõfecta: q̃ ſenibus ociũ cõpetit. Vt fœminã. q̃ ciuilibꝰ negociis: neqꝫ externis ullis diſtringiꝰ. Calculoꝛ. ſchacoꝛ de qbꝰ Mart. Inſidioſoꝛ ſi ludis bella latronũ Gẽmeus iſte tibi miles & hoſtis erit: Quid. ĩ arte Siue latrocinii ſub imagĩe calculus ibit: Fac p̃eat uitreo

Ludi ſacerdotales

Tempeſtas inundatio. Deprendit.circumcluſit. Diuitum apparatus. non minus.n. ſuburbana prætoria:uillæque ſtatuis ornabantur:tabellis quæ & auleis ac prætioſa ſupellectili ſtruebantur. q̄ domus urbanæ ex teſtimonio Papinii. Grauem ſuppellectilē.multarum rerum mobilium ad uſum domeſticum.Paulus de ſupellectili connumerat quæ appellatione eius contineantur. Inſtrumenta ruris ad quotidianum uſum ruris parata:aratra:corbes:falces:bidentes:ligones:ſerrulæ:acus:cultelli:uuangæ:runcones:& quæ latius lib.ii. Palladius recenſet. Ibi.in aliquo loco. Rectores.bubulci:aratores. Hic alibi. Soluta.ſine iugo. Libera ſine cuſtode:& rectore. Armenta.boues & equi:& cætera maiora aīantia. Virgi. Hæc ſatis armentis:ſuperat pars altera curæ Lanigeros:agitare greges.armenta dicta putant ab arando quaſi aramenta:aramenta:alii ab armis quibus apta ſint:& enim equi prælīis' interſunt.boues etiam & maiora animalia milites armabant corio. Trabes atque culmina.codex pontificius non habet atque culmina. Varie.nam uiua partim nabant:partim repiebantur.inanima leuiora ſuperextabant:grauiora interdum mergebantur quandoque ſupernatabant. Turbines.additi ſunt nubibus.uenti in ſe contorquentes qui conuoluunt rapiunt quæ non ſolum agreſtium labores. Sed etiam tecta præſertim ſe repugnatiores ſint turbines dicuntur.quod ſi turbines interpretaberis tempeſtates:tunc commodius legetur deiecti q̄ adiecti. Opera.maceries monumenta in agris poſita. Decuſſa.derecta. Debilitati.debiles facti aliqua membrorum parte. Obruti.aqua. Obtriti. ruina domorum uel fragminibus montium colliſi. Luctibus.ob mortalium & armentorum ac rerum perniciem. Simile.diluuium euenerit. Pro' menſura periculi' quando remetior in quo periculo fuerit Latium. Conſulas ſolicitudini meæ.me admoneas nihil fuiſſe. Tale.damnum euenerit. An expectes? immo ſecundum aliquos maius tormentum eſt expectare.hinc Virg.de fontibus dixit. Inclu ſi pœnam expectant & ille crudeliſſimus tyrannus uolentibus mori uim adhibeat uiuendi. nam morté

Armenta

adeo leue ſuppliciũ putabat: ut cũ audiſſet unũ ex reis Carnuliũ noĩe anticipaſſe eam exclamauerit Carnulius me euaſit. Modus. terminus certus ut doleas q̃tũ ſis paſſus. Niſi tm̃ quid ſi niſi tamẽ. Nõ eſt timendi modus. quia neſcis quantũ mali poſſit accidere. Timeas. maximum.

Alſum eſt. Laudat Domitium Tullum: qui in uita moribus non ſatis probatis: tamen laudabile teſtamẽtum reliquerat præteritis captatoribꝰ & relicta filia hærede legatis inſuper pluribus eſt proſequutus nepotes & pronepotem ac in primis uxorem pientiſſimam: quæ illum diuitem quidẽ ſed ſenem & podagra perditum diutius ſuſtentauit. Speculum morum. inditium eſſe quibus moribus fuerint dum uiuerent. Morte. dum moritur relicto teſtamento honeſtiſſimo. Domitius Tullus

Alſum ẽ nimirum: quod creditur uulgo: teſtamenta hoĩum ſpeculum eſſe morũ: cũ Domitius Tullus lõge melior apparuerit morte: quã uita. Nam cum ſe captandũ præbuiſſet: reliquit filiam hæredem: quæ illi cum fratre communis: quia genitam fratre adoptauerat. Proſecutus eſt nepotes plurimis: iucundiſſimiſq; legatis. Proſecutus etiã pronepotẽ. In ſumma omnia pietate pleniſſima ac tanto magis: qm̃ inexpectata. ſunt. Ergo uarii tota ciuitate ſermones. alii fictum: ingratum: immemorem loquunt: ſeq; ipſos: dum inſectantur illum: turpiſſimis cõfeſſionibus prodũt. qui de illo uti de patre: auo: proauo: quaſi orbi quærantur. alii cõtra hoc ipſum laudibus ferunt: quod ſit fruſtratus improbas ſpes hominum: quos ſic decipere pro moribus temporum: prudentia ẽ. Addunt etiã nõ fuiſſe ei liberum alio teſtamẽto mori. neq; enim reliquiſſe opes filię. ſed reddidiſſe. quibus auctus per filiã fuerat. Nã Curtius Mantia peroſus genẽq; ſuũ Domitium Lucanum (frater eſt Tulli) ſub ea cõditione: filiã eius: Neptem ſuam inſtituerat hæredem: ſi eſſet manu patris emiſſa: emiſerat pater: adoptauerat patruus. atq; ita circumſcripto teſtamento: conſors quod ſe hæredes non reliquiſſet. Orbi ſine patre & hæreditate relicti. Alii. qui non captauerant Tullum. Contra ſentiunt. Ferunt laudibus. extollunt laudando mirandum in modum. Hoc ipſum factum Tulli. Sit fruſtratus. deceperit. Improbas auaras improbum exiſtimat Iulianus eum: qui de uiui hæreditate ſolicitus eſt: ſic Vlpianus de uulgari & pupilari teſtamento. Pro moribus temporum. quibus auaritia adeo incubuerat ut nemo diues orbus non captaretur: id quod ſæpe Iuuenalis pulſat. ſed frequentius Martialis notat. Non fuiſſe ei liberum. non potuiſſe aliud teſtamentum legitimum facere. Reddidiſſe. quia illas acceperat cum fratre ab auo filiæ: honeſtum ergo erat: ut ad illam rediret: ne quod proſpera fortuna accreuerat: hoc in alium proueniens luctuoſum ei procederet. Per filiam reſpectu filiæ: quod ſtatim oſtendit. Auctus. factus opulentior. Curtius Mantia ſuſpicor apud Tacitum mendam inoleuiſſe libro. xiii. ubi legitur Curtilius Mantia ſuperioris exercitus legatus: roſtriſq; debere Curtius Mantia. Generum ſuum. cui unicam filiam dederat. Is. Domitius Lucanus frater eſt Tulli. Sub ea conditione. talem inſtitutionem permittit ius fieri: ut. ff. de hæredibus inſtituendis ex affricani uerbis apparet. ac ex Authentica excipitur codice de bonis quæ liberis. Eius. Lucani. Neptem ſuam filiam filiæ ipſius Curtii. Manu patris emiſſa. aduerte ſecundum iuriſconſultum fuiſſe Plinium locutum improprie: cum manumitti dicantur ſerui: emancipari uero filii. uerum quandoq; eo uerbo iuriſconſultus hoc modo quo Plinius abutitur: ut. ff. de officio proconſulis & legati. Pater. Lucanus. Emiſerat. emancipauerat. Patruus. Tullus. Adoptauerat. ut filiæ bonis gauderet. Circumſcripto. decepto: ſublato. circumſcriptores inquit Seneca dici ſolent qui aliquid ſuſtulerũt & Aſconius circumſcriptum interpretatur ſublatum: circundatum: pretermiſſum: deceptum. M. Tullius in ſecunda philippica: quid enim aliud ipſe dicebat: niſi quod circũſcriptus eſſet Antonius: & in ſexta: ille ſe

Morte. dum moritur relicto teſtamento honeſtiſſimo.

Vita qua omni aſtu diuitias quæſiuit: ac ſe captandum permittere ſimulabat.

Communis. nam erat filia naturalis Domitii Lucani fratris Domitii Tulli: qui illam adoptauerat: & cum adoptio imitetur naturam uidebatur eſſe cõmunis filia duobus fratribus: cum tamẽ unius Domitii Tulli foret: quoniam olim adoptiuus filius in poteſtatem adoptantis tranſibat: hodie autem ſecus niſi in quibuſdam caſibus. Proſecutus eſt. bene affecit. Nepotes filios filiæ adoptiuæ. filius nepos aliiq; deſcẽdentes uſq; ad trinepotem liberi: ultra hos poſteriores proprie appellantur. quemadmodũ pater auus & reliqui uſque ad tritauum parentes ulteriores uero maiores nominantur. Pronepotem. nepotem filiæ adoptiuæ. Iucundiſſimis. ampliſſimis. Omnia. fecit: executus eſt. Tanto magis. pleniſſima pietate: quia fuerunt omnia inexpectata. Sermones. rumuſculi. fabulationes. Alii. ut captatores. Fictum. quia ſimulabat illos ſe relicturum hæredes: qui ſe captabant. Ingratum. acceptorum munerum. Illum. Tullũ. Confeſſionibus. nam fatentur ſe eſſe de numero captatorum: dum illum tanq̃ ingratum accuſant. De patre. ſuo: Orbi ſine patre & hæreditate relicti. Alii. qui non captauerant Tullum. Contra ſentiunt. Ferunt laudibus. extollunt laudando mirandum in modum. Hoc ipſum factum Tulli. Sit fruſtratus. deceperit. Improbas auaras improbum exiſtimat Iulianus eum: qui de uiui hæreditate ſolicitus eſt: ſic Vlpianus de uulgari & pupilari teſtamento. Pro moribus temporum. quibus auaritia adeo incubuerat ut nemo diues orbus non captaretur: id quod ſæpe Iuuenalis pulſat. ſed frequentius Martialis notat. Non fuiſſe ei liberum. non potuiſſe aliud teſtamentum legitimum facere. Reddidiſſe. quia illas acceperat cum fratre ab auo filiæ: honeſtum ergo erat: ut ad illam rediret: ne quod proſpera fortuna accreuerat: hoc in alium proueniens luctuoſum ei procederet. Per filiam reſpectu filiæ: quod ſtatim oſtendit. Auctus. factus opulentior. Curtius Mantia ſuſpicor apud Tacitum mendam inoleuiſſe libro. xiii. ubi legitur Curtilius Mantia ſuperioris exercitus legatus: roſtriſq; debere Curtius Mantia. Generum ſuum. cui unicam filiam dederat. Is. Domitius Lucanus frater eſt Tulli. Sub ea conditione. talem inſtitutionem permittit ius fieri: ut. ff. de hæredibus inſtituendis ex affricani uerbis apparet. ac ex Authentica excipitur codice de bonis quæ liberis. Eius. Lucani. Neptem ſuam filiam filiæ ipſius Curtii. Manu patris emiſſa. aduerte ſecundum iuriſconſultum fuiſſe Plinium locutum improprie: cum manumitti dicantur ſerui: emancipari uero filii. uerum quandoq; eo uerbo iuriſconſultus hoc modo quo Plinius abutitur: ut. ff. de officio proconſulis & legati. Pater. Lucanus. Emiſerat. emancipauerat. Patruus. Tullus. Adoptauerat. ut filiæ bonis gauderet. Circumſcripto. decepto: ſublato. circumſcriptores inquit Seneca dici ſolent qui aliquid ſuſtulerũt & Aſconius circumſcriptum interpretatur ſublatum: circundatum: pretermiſſum: deceptum. M. Tullius in ſecunda philippica: quid enim aliud ipſe dicebat: niſi quod circũſcriptus eſſet Antonius: & in ſexta: ille ſe

Nepotes

Maiores

Taciti locꝰ

Manumittere

Circũſcribere

fluuio Rubicone.cc.milia circũſcriptũ eſſe patiatur.ac in duodecima:parata de circumſcribẽdo adoleſcente ſnia cõſularis:demum in ultima:aut adoleſcẽtes circũſcribunt.idẽ Cicero lib.iii.officioꝝ circumſcriptio adoleſcentium lege latoria:& de finibus eodẽ libro.circumſcriptus igitur iis ſentẽtiis: quas poſui.uideſ huius uerbi circũſcribere uis deducta ab illo grauiter facto Põpilii legati ad Antiochũ: cui cũ tradidiſſet ſenatuſcõſultũ ne Ptolomæũ laceſſeret:& rex dixiſſet ſe cum amicis collocutuꝝ: indignatus Põpilius qđ aliquã moram interpoſuiſſet uirga ſolum quo inſiſtebat:denotauit & prius inqt q̃ hoc circulo excedas:da reſpõſum:quod ſenatui referam:q̃q̃ Columella pro curtare utatur:& contrahere:Diophanes inquit Bithynius Vticenſem totũ Dionyſiũ Poeni Magonis interpretem per multa diffuſum uolumina ſex epitomis circũſcripſit. Frater conſors. Tullus frater Lucani bonoꝝ particeps & in unum uiuẽtes nõdum diuiſio patrimonio.nam conſortes fratres ſecundus appellat: qui ſimul uitam ducũt paſſuri inuicem quicquid boni maliue acciderit:quod etiam in panegyrico & alibi uſurpauit:cum pro patrimonio ſors interdum accipiatur. ita Tullus ſub eadẽ ſorte hoc eſt patrimonio cũ Lucano fratre ſuo adoptata filia quã is emãcipauerat:iterum bona in patriam poteſtatem reduxerat. Cum opibus:quibꝰ frueretur ipſe cũ patre naturali. Illis.Tullo & Lucão. Inuictiſſimis. admodum nolẽtibus Curtio Montano & Domitio Afro. A quibus.per quoꝝ bona. Domitius Afer.orator eximius: & Quintiliani magiſter:de quo alibi copioſius. In nomen in adoptionem:qm̃ adoptatus adoptantis appellationem ſumebat:inde appellatus fuit Domitius ſi.mo Domitii Tullus & Lucanus. Ante octo & decem annos q̃ ipſe obiret. hoc etiam tangit Fabius libro ſexto:uel optima inquit eſt hæc ſimulatio cõtra ſimulantem qualis illa Domitii Afri fuit uetus habebat teſtamentũ & unus ex amicis recentioribus ſperans aliquid ex mutatione tabulaꝝ falſam fabulã intulerat conſulens eum an primipilaris teſtatoris ſuaderet ordinareſuprema iudicia: noli inqt facere:offendis illũ. Nuncupatum.palam factum ſine ſcriptura.nuncupatiuũ teſtamentũ illud eſt:ad cuius firmitudinem & ſubſtantiam neceſſaria non ſit ſcriptura: quod intellexit Tacitus cum libro ſecundo ſcribit:ignotos & aliis infenſos eoꝝ principẽ nuncupantes procul arcebat. tam & ſi nunc ad perpetuam rei memoriam facilioremq; probationem ſoleat ĩ ſcriptis redigi. & hoc ſit in frequẽtiſſimo uſu.eſt teſtamẽti genus quod appellatur in ſcriptis quia ſine ſcriptura inualidũ ſit: quo raro utimur eius forma traditur codice de teſtamẽtis. Improbatũ. q̃uis non mutauerit:qm̃ non credebat ſe tam cito moriturum apparet autem ei diſplicuiſſe id teſtamẽtũ:quod eorum patris bona proſcribenda curauit. Eorum.Tulli & Lucani. Proſcribenda.publicanda.nam proſcriptorum & rebellium bona in Aerarium deferebantur. Illius.Afri. Excidit.expulit euerruncauit.ex conſtitutione.n.imperatoris:quæ extat in codice contra rebelles:ac maieſtatis læſæ reos:filii patris bonis priuabantur neq; ad ullos honores admittebantur.immo nulli licebat illis opem ferre:ut exulibus mors ſolatiũ:& uita ſupplicium foret. In liberis.in numero filiorum adoptati loco liberoꝝ erãt. Succeſſit. dum illos hæredes reliquit. Abſtulerat.condemnandum curauerat. Hæreditas Afri.relicta ab Afro.nihil aliud eſt hæreditas q̃ ſucceſſio ĩ uniuerſum ius:quod defunctus habuit auctoribus Caio & Vlpiano. Reliqua.bona.

Tranſmittẽda.relinquenda per ordinem ſucceſſionis ideo dixit Afri hæreditatem tranſmittendam eẽ fratris filiæ.quæ erat filia eius adoptiua:quia filius adoptiuus qui eſt legitimus tantum ſuccedit patri adoptanti ab inteſtato ſicut filius naturalis:& legitimus patri ſuo naturali. Filiæ. naturali. Fratris. Lucani.Exaſſe.ex uniuerſa hæreditate. As.n.duodecim uncias complectitur & duodecim unciis. uniuerſa hæreditas connumeratur. Filiæ quæ debebat eſſe hæres. Reconciliareť, rediret in gratiam cũ

Quintiliani locus

Nũcupatũ Teſtamentum

frater in patris poteſtate emancipatam filiã adoptionis fraude reuocauerat:& quidẽ cum opibus amplíſſimis.Fuit alioqui fratribus illis quaſi fato datum ut diuites fierent inuitiſſimis:a quibus facti ſunt. Q uinetiam Domitius Afer: qui illos in nomen adſumpſit: reliquit teſtamentũ ante octo & decem annos nuncupatum: adeoq; poſtea improbatum ſibi:ut patris eorum bona proſcribenda curauerit. Mira illius aſperitas: mira felicitas horum:illius aſperitas:qui numero ciuium excidit:quem ſocium etiam in liberis habuit felicitas horꝝ:quibus ſucceſſit in locum patris:q patrẽ abſtulerat. Sed hæc quoq; hæreditas Afri: ut reliqua cũ fratre quæſita:trãſmittẽda erant filiæ frĩs: a quo Tullus ex aſſe hæres iſtitutus: pręlatuſq; filiæ fuerat:ut re cõciliaretur. Q uo laudabilius teſtamẽtũ eſt:qđ pietas:fides:pudor ſcripſit.In quo deniq; oĩbus adfinitatibus ꝓ cuiuſq; officio grã relata eſt: relata: & uxori. Accepit amœniſſimas uillas:accepit magnã pecuniã uxor optima & patientiſſima:ac tãto melius de uiro merita: q̃to magis eſt repræhẽſa:qđ nupſit.Nã mulier natalibus clara:moribus proba: Aetate decliuis: diu uidua: mater olim: parum decore ſecuta matrimonium

filia:cū qua gerebat ſimultates:qm̄ a patre teſtamēto priuata fuerat. Pietas.qa filiæ. Fides.quia fratratibus.tam naturalibus q̄ adoptiuis. Gratia relata.ná dum filiá relinquit hæredem: ſatiſfecit oī iuri.
Pro cuiuſq; officio.ut unuſquiſq; merebaſ. Vxori.Tulli ab ipſo Tullo. Accepit.ex legato. Natalibus clara parētibus claris genita. Decliuis.ad ſeniū. Olim ſuſcepta ple:quá poſtea amiſit. Parū decore.nō ſine īfamia. Diuitis.ſenis Domitii Tulli. Perditi.morbo.debilitati chiragra & podagra. Obibat.circuibat. Fricandos.dentifricio leuâdos. Præbebat.miniſtris. Viuebat tamen. in tantis doloribus & anguſtiis non deliberabat mori ſecuturus Corœlii Rufi exēplum: qui impar dolori media ſpontanea mortuus eſt. Perſeuerantia miniſtrādi. curandi mariti cōſtantia.

uídebatur díuitis ſenís ita perdíti morbo: ut eſſet rædío poſſet uxorí:quam iuuenís:ſanuſq; duxiſſet Quippe oíbus membrís extortus: & fractus tantas opes ſolís oculís obíbat: ac ne í lectulo quidé: níſi ab alíís mouebatur. Quinetiam (Fœdum: mí ſerandumq; dictu) denteís lauandos: fricandoſq; præbebat. Auditū eſt frequenter ab ípſo: cū quereretur de contumelíís debílitatís ſuæ ſe dígitos ſeruorum ſuorum quotídie línguere. Víuebat tamen:& uíuere uolebat ſuſtentāte maxíme uxore: quæ culpam ínchoatí matrímonií in gloríam perſeuerantía uerterat. Habes omneis fabulas urbís expectatur auctio. Nam ſunt uenales tabulę Tulí. fuit enim tam copioſus. ut ampliſſímos hortos: eodem:quo emerat:díe ínſtruxerit plurímis:& antíquiſſimís ſtatuís. tantum íllí pulcherrímorum operum ín horreís:quæ neglegebat. Inuicem tu: ſiquid iſtic epiſtola dignum: ne grauare ſcríbere. Nam:cum aures hominum nouitate lætantur: tū ad rationem uitæ exemplís erudímur. Vale.

Fabulas.ſermonculos.res parui momēti. Auctio. uenditio rerum in publico: q̄ fit licitatione: hoc eſt interrogatione: cum res traditur plus offerenti. Tabulæ.picturæ antiquoꝝ præcioſiſſime:quibus capiebaſ Tullus. Copioſus. diues.
Inſtruxerit.ornauerit. Solitos ornari hortos ſtatuis iam dixerat Plinius cū de Regulo ſcriberet. &.M. Tullius.iii.officioꝝ ubi refert Pythiū Canío uendidiſſe hortos iſtructos non ſolum ſtatuis uerum etiam aliis rebus & ornamentis apparatos oſtendit. Eodem die.mira celeritate. Antiquiſſimis ergo precioſiſſimis:quod notat Iuuenalis.ná inquit præfectiſſimus horū eſt. Si quis Ariſtotelé ſimilem:uel Pithacon emit. Et iubet archetypos pluteum ſeruare Cleantes. In horreis. in apothecis ſtatuarum. legitur etiá in hortis & tunc cōuenit cum præcedentibus. Quæ negligebantur uel ob nimiam copiam aut quia propter morbum nō poterat illa curare. Erudimur. inſtruimur:docemur. Exemplis. ad bene honeſteq; uiuēdum: & ut noſtros munificentia proſequamur.exemplum proprie uocamus rei geſtæ aut tanq̄ geſtæ utilem commemorationem ad perſuadendum id quod intenderis.

C.Plínius Maxímo ſuo.S.

ET gaudíum mihi: & ſolatíum ín líterís: níhilq; tam lætum:quod hís lætíus: níhil tā triſte: qd̄ nō per has ſit minus triſte. Itaq; & ínfirmitate uxoris: & meorum periculo:quorundam uero etiam morte turbatus:ad uní cum doloris leuamentū ſtudía cōfugio. quæ præſtant:ut aduerſa magís intelligam: ſed patientíus ferā. Eſt āt mihí moris:qd̄ ſum daturus ín manus hoíum:añ amicoꝝ iudício examinare: in prímis tuo. Proínde:ſi quādo:nūc íntēde líbro: quē cum hac epſa accípíes. quía uereor:ne ípſe: ut triſtis. paꝝ íntēderim. Imperare.n.dolori:ut ſcríberé: potuí:ut uacuo aío:lætoq; nō potuí. Porro ut ex ſtudíis gaudíum.ſí ſtudía hílarítate ꝓueníūt. Vale.

ET gaudium.excuſat ſe q; triſtis ſcribat: quoniam ex ſtudiis ſolatium inueniat: & librum emendandum Maximo mittit:in quem rogat ut pro ſe intentionem intendat. Gaudium. in rebus lætis. Solatium.in triſtibus eſt. In litteris.in ſtudio. Quod his lætius.quod ſit lætius litteris. Tam triſte:& nihil tā triſte eſt mihi. Vxoris Calphurniæ de cuius ægritudine in præcedētibus. Meorum.ut Encolpi Morte:ut zoſimi. Cōfugi ad ſtudia.confugimus ad aliquem opis cauſa:& ſolatii. Daturus in manus hominum. publicaturus:emiſſurus. Si quando.ſi unquā intendiſti. Intende in librum meum. tuā diligentiam intende in emendationem mei libri. alii legunt intende libro ſicut mox:nō ipſe ſed ipſi ſcilicet libro. Vt triſtis:qa dolore turbabar. Intenderim parū.paruam curam adhibuerim. Vt uacuo.ut libera curis ſcriberem.
Vt ex ſtudiis gaudium.prouenit:ſi quis illa bene intellexerit. Studia hilaritate.proueniūt. nam Carmina proueniunt animo deducta ſereno. Hilaritate.uacuo:& læto animo.

AD quæ. Mirabilẽ Vadimoniis lacũ pepl'am ante oculos Gallo ponit: cuius nõ tm̃ formæ rotunditatẽ: & aquæ medicinã: quã plures inatantes ac fluctuantes ĩsulas admirat'. Ad quæ. ordo. negligimus ea miranda: q̃ posita sunt sub oculis nr̃is. ad q̃ talia: ut noscamus solemus longũ iter ingredi: & traiicere mare. Proximosq; icurioſi. negligẽtes ꝓxima quæq;. Occasio. cõmoditas uidẽdi. Dat'. licet. permittit'. Quacũq; de cã. id faciamus. Vrbe. Roma. Permulta. admiranda. Achaia. Pelopõnesus: a parte totũ: nã Achaia Pelopõnesus: & a quibusdã pars eius: ubi spiraculũ tenariũ admirãdũ: sz̃ alibi de ea copiosius: Aegyptus admiranda sunt in Aegypto Nilus: Apis bos: Crocodilus. Hippopotãus. Mẽnonis regia: Alexãdria. Pyramides: & Chemnis ĩsula lucos syluasq; & Apollinis sustinens tẽplũ: q̃ in quodã Aegypti lacu natat. & quocunque uenti agunt pellitor. Asia. duplex est altera ĩ tertio orbis diuortio posita: altera mior ĩ ea præter tẽplũ Dianæ Ephesiæ: admirabiles fluuii sunt Pactolus: Meander.

Asia.

Alia terra ut Africa: q̃ semp aliqd noui ferebat: qꝑ etiã authore Plinio in prouerbium cessit. Audita. aliis narrantib9. Lustrata. nobis uidentibus. Prosocer Fabatus.

Amerina

Amerina. in agro amerino iacentia. authore Stephano amerinus ab Ameria deducitur: quod oppidum est non procul a Meuania referentib9 Strabone & Plinio secũdum quosdam ante Persei bellũ cõditũ annis. Dcccc. lxiiii. distans ab urbe. xlvi. miliariis. menda est apud Seruium grammaticum ubi tradit Amerinum uocatum: & eius factam sæpius mentionẽ a. M. Tullio pro Roscio: apud quem non amerinum sed Amerjã inuenies salix amerina laudatur a Virg. Columella: Plinio. Hæc perambulanti. dum hæc prædia circuirem.

Vadimõis lacus

Vadimonis. de quo Plinius senior li. ii. in Vadimonis lacu ĩsulæ semper fluitant. corrigendus ex lib. iii. naturalium quæstionum locus apud Senecã sic: aliæ in Vadimonis lacu uehuntur: cũ passim habeatur in alia inuadosis lacu uehitur est autem is lacus in Etruria. Liuius li. ix. Interea res in Etruria gestæ ad Vadimonis lacu ubi ethruscoꝝ opes fractæ sunt Ellio Vulturreno regũ Ethruscoꝝ ultimo ibidem cæso referẽte Catone ĩ originibus & Vadimona lingua ethrusca lanũ dictũ putat Myrsilus: at Fabius pictor, Ianũ uertumnũ Vadimona ab ethruscis nuncupatũ. Senecæ locus

Lacẽtis rotæ forma circulari: & rotũda. Sinus, recessus: reflexus cõcauitas. Dimensa. ad mensuram facta equalia. M. Tullius. ut uerba uerbis quasi dimensa: & paria respõdeant. Color. aquæ. Ceruleo albidior. ceruleus color mari datur. est aũt uiridis cũ nigro: sed istius lacus color erat albidior: a colore fontẽ Ceruleũ quẽ Claudius cũ Curtio & Albudineo urbi induxit appellatũ trãdit Frõtinus apud quẽ sic restitues alteri qꝑ ex fontibus Ceruleo & Curtio perducebat' Claudiæ datũ est testimonio ipsius Frõtini Trãq. & Plinii senioris cerulei tẽperationes li. vi. docet Vitruuius.

Ceruleus

Frontini locus

Pressior. purior. uel dẽlior. Sulphuris odor hẽt sulphureũ odorẽ. Saporq; medicatus. ut gustus aquaꝝ illius uideat' medellæ aptus. Pli. senior lib. xiii. & sucidis oĩb9 usus medicatus. Vis. uirtus medicina ẽ illis aquis. Fracta mẽbra. Solidant'. cõiungant'. Spaciũ. lacus ẽ mediocre. Sacer cõsecratus diis. & publice dedicat9. Innatãt. ĩsulæ herbidæ. Pli. ĩ reatino q̃dã ĩsulæ semp fluitãt sicut ĩ agro Cecubo & eodẽ reatio mutinẽsi stationẽsi ĩ Vadimõis lacu & ad Cutilas aq̃s opaca sylua q̃ nũq̃ die ac nocte ĩ eodẽ loco uisit' hic Seneca Cutilaꝝ ĩsula natãs & arbores hẽt & herbas nutrit tm̃ aq̃ sustinet' & ĩ hãc atq; illã ꝑtẽ nõ tm̃ uento ĩpellit' sed aura: nec unq̃ illi ꝑ diẽ & nocte ĩ uno loco statio adeo mouet' leui flatu de q̃ multa lib. i. Macrobius & Dionysius plura in suis antiquitatibus. has natantes insulas Seneca putat ex pumicibus constare. Quæq;. & producunt oĩa alia quæcunque fœcundior palus & ipsa margo lacus germinat. Sua. particularis. Cuique. insularum.

AD quæ noscẽda ĩter ĩgredi: trãsmittere mare solemus: ea sub oculis posita neglegimus. seu quia ita natura cõparatũ: ut proximosq; incurioſi: lõginqua sectemur: seu qd̃ oĩum reꝝ cupido langueſcit: cum facilis occasio est: seu quod differimus: tanq̃ sæpe uisuri: qd̃ datur uidere: quoties uelis cernere. Quacunque de causa per multa ĩ urbe nostra: iuxtaq; urbem: nõ oculis modo: sed ne auribus quidem nouimus. Quæ si tulisset Achaia: Aegyptus: Asia: aliaue quelibet miraculosq; ferax: cõmendatrixq; terra: audita: perlecta: lustrataq; haberemus. Ipse certe nuper: quod nec audieram ante: nec uideram: audi pariter: & uidi. Exegerat pro socer meus: ut amœrina prædia sua ĩspicerẽ: hæc per ambulãti mihi ostẽditur subiacens lacus noĩe Vadimonis: simul quædam incredibilia narrantur. perueni ad ipsum. Lacus est in similitudinẽ iacentis rotæ circumscriptus: & undiq; æqualis: nullus sinus obliquitas nulla: oĩa dimensa: paria: & quasi artificis manu cauata: & excisa. Color cœruleo albidior uiridior & pressior sulphuris odor saporq; medicatus. uis q̃ fracta solidant'. Spatiũ modicũ: qd̃ tm̃ sentiat uentos: & fluctibus intumescat. nulla ĩ hoc nauis (facer enim est) sed innatãt insulæ herbidæ: omnes harundine & iunco tectæ: queq; alia fœcũ

Modus.menſura forma.legitur etiam. Vnacuiq; :ideſt eadem forma eſt omnibus. Margo.inſulaꝝ ora.probati authores incerto genere marginem uſurpant. Sibi.inuicem:inter ſe. Terunt. contiguas inſulas fricant:& pariter abraduntur. Altitudo.profunditas:uel eminentia extra aquam. Carinæ.cõ cauitatis:inſtar fondi nauis. Humili.breui admodum diſcenſu. Hæc.aliqua inſularum. Ab omni la tere.tota. Suſpẽſa.ſuperextans aquæ. Merſa.undis obrupta. Continenti ſimiles.perpetuo ſpacio ter ræ coniunctæ: unde continentes prouincias iuriſconſultus uocat Italiæ coniunctas. Digeruntur.ſepa rantur. Deſtitutæ ſeuictæ:ſolæ. Trã quilitate in tranquillo lacu. Minores. inſulæ. Cimbulæ. nauiculæ ſcaphæ quæ naues honerarias conſequuntur:le gitur etiam corbulæ a ſimilitudine cor- Corbulæ bularum ex uiminibus:eas tamen Colu mella corbes appellat: & Feſtus corbi- tas memorat honerarias: q; in malo ea- rum ſummo pro ſigno corbes ſolent ſu- ſpendi. Plautus dixit tardior eſt quam corbitæ ſunt:Gellius nono coruitas in- ter nauigia refert Honerariis. quæ ma ximum onus uehunt: & ſtructæ ſunt ad importanda onera. Deſumunt cur- ſum. concurrunt. In eundem locum. cõiunctim & ſimul.in rippam lacus: Ap- pulſæ.terræ coniunctæ: nam appellere dicitur de iis:quæ ab alto terræ reddun- tur. Promouent. extendũt annexu ſuo prorogant. Reddunt lacum. detegunt aquam. Vnde receſſerint. Auferunt.oc cupant:contegunt ubi ſtetere. Mediũ. lacum. Non trahuntur. non diſſipan- tur.non mouentur.quidam legunt non contrahuntis lacum non minuunt quia ſuæ tanquam inſulæ. Herbas.quæ in il lis ſunt inſulis. In extremam rippam in marginem lacus. Mobile ſolum ſe eſſe in inſulis mobilibus. Quam litori abrepta. uento ſpirante cum inſulis in medium lacum delata. Non magis ſe deſcendiſſe.non intelligunt ſe ab inſulis deſcendiſſe: magis q; ſenſerant prius ſe conſcendiſſe. Erigitur. in rectum ex- tenditur.an potius egeritur:ideſt exone ratur.emittitur. Oculis dedit. per aper ta fluxit. Specu. baratro uoragine.

Mergitur.abſorbetur. Alte. profun- de. Quid.aliquod ſignum: q; dicitur fie- ri in Arethuſa:Subduceretur.ſpecu.mer geretur. Accepit. intromiſſum ſit.

Seruat. ſecum trahit ſubterlabendo.

Profert. emittit dum emergit. Ope- ra miranda.

dior palus:ipſaq; illa extremitas lacus effert. Sua cuiq; figura:ut modus:cunctis margo derasus: qa frequẽter uel litori:uel ſibi illiſæ terunt: teruntur q;. Par omnibus altitudo:per leuitas. quippe ĩ ſpe cie carinæ humili radice deſcendunt. hæc ab oi la tere pſpicit. eadem aqua pariter ſuſpẽſa & merſa. Interdum iunctæ:copulatæq;:& continenti ſimi- les ſunt. Interdum diſcordantibus uentis digerun tur:nonnunq; deſtitutæ trãquillitate ſingulæ flui tant. Sæpe minores maioribus: uelut cymbulæ onerariis: adhæreſcũt. Sæpe inter ſe maiores mi noreſq; q̃ſi curſum certameq; deſumũt. rurſus oẽs in eundem locum ad pulſæ:qua ſteterunt: promo uent terram. Et modo hac:modo illac lacum red- dunt:auferuntq;:ac tum demum:cum medium te nuere:non trahuntur. Conſtat pecora herbas ſe- cuta:ſic in ĩſulas illas:ut in extremam rippam pro cedere ſolere:nec prius intelligere mobile ſolum: quam litore abrepta:quaſi illata: & impoſita cir- cunfuſum undiq; lacum pauent. mox: quo tulerit uentus egreſſa: non magis ſe deſcendiſſe ſentire: quam ſenſerint aſcendiſſe. Idem lacus in flumen egeritur:quod ubi ſe pauliſper oculis dedit: ſpecu mergitur:alteq; cõditum meat:ac ſiquid ante:quã ſubduceretur:accepit:ſeruat:& profert. Hæc tibi ſcripſi:quia nec minus ignota:quam mihi: nec mi nus grata credebam. Nam te quoq; : ut me nihil æque ac naturæ opera delectant. Vale.

C. Plinius Arriano ſuo. S.

VT in uita:ſic ĩ ſtudiis pulcherrimũ: & hu maniſſimũ exiſtio:ſeueritatẽ:comitatẽq; miſcere:ne illa in triſtitiã:hæc in petulã-

VT a rebus ſeriis tranſire ad luſus licet. q; etiã in ſtudiis obſeruandũ:nõ.n.ſemper grauibus in- tendendũ:ſed iocis plærũq; remittẽdũ:qd' Secundus obſeruans ſua epigrãmata excuſat:quæ diuerſo metro cõpoſita nuper amicis recitauerat nec tantum ſpecioſa: ſed omnia: ut melius emendaret quare monet Arianum ne miretur ſi multa a prioribus commutata depræhen- det. Miſcere ſeueritatem:comitatemq;. condire grauitatem cum iucunditate: animum remittere: q; Traianus conſueuerat:& ideo laudatur in epiſtolis: & Panegyrico. Illa. ſeueritas. ne nimia ſeueritate ſiamus duri:& triſtes. & ne indefeſſa comitate:procaces:& petulantes. Hæc. comitas. Excedat. tran- ſeat:quadam uicinitate inter comitatem:& petulantiam:unaquæq; enim uirtus ſuo uicio proxima faci le in hoc declinat:niſi ſumma adhibeatur accuratio. ſi loco excedat legatur procedat quãquam prior le ctio ſit in pontificio exẽplari. Grauiora. cõtinẽtia ſeria:quales ſunt oẽs. Luſibus. epigrãmatibus.

Distinguo uario. Hos.lusus. Proferendos.recitandos.tempus ocioſum:feriatum. Locum. triclinium tanquam læticiæ receptaculum. Vt qui. ut hi luſus legitur etiã:utq;. Ocioſis.a negociis.uacuis. In triclinio.in cœnatione:nam in cœna Romani ſolebant audire poemata: q; Perſius notat. Lites interquieſcunt.feriæ ſunt propter meſſes: & intenſos calores. Iulio menſe. quo etiam Romani ſolebant tranſire in domos conductas cum ſua ſuppellectile. q; monſtrat illo uerſiculo Martialis: O Iuliarum dedecus calendarum. Vidi Vacerra ſarcinulas tuas uidi:& apertius í Tiberio Tranquillus:ac Marcus Tullius ſubinde. Lectos. menſas.

Lectus

Lampridius. Heliogaballus inquit ſolido argento habuit lectos:& triclinares: & cubiculares:Curtius conuiuium exornari iuſſit.centum aurei lecti modicis interuallis poſiti erant:lectos circundederant aulea purpurea:auroq; fulgentia.& libro ſeptimo: cum poſt aulea quæ lectos obduxerant ſtaret. Forte.exinſperato. Eodem die.quo promiſeram me recitaturum. Mane. ante cibum nam poſt recitauit. Subitam. inopinatam. improuiſam. Præloquendi. præfationem faciendi: qua ueniam deprecabatur:q; mane non recitaſſet ſicut promiſerat: excuſans ſe aduocatum in repentinam aduocationem. Irreuerẽtem operis. parui pendentem uerſum recitationem. Quamquam & amicis.cum quibus liberius agere licet. Non abſtinuiſſem amicis. operam meam præſtitiſſem in defendendis amicis. Foro & negociis. in cauſis forenſibus. Addidi præfatione. Præferrem. præponerem: & imprimis ducerem. Amicis ſcriberem amicorum cauſa actiones haberem.

Mihi.ad uoluptatem meam. Liber.a me recitatus. Opuſculis uarius. diuerſæ materiæ: & uario metrorum genere.

Ita uarietate:qua legentium faſtidium effugimus. Ingenio. noſtro tanquam minus excuſſo. Biduo.ſic libro quarto meminit orationẽ biduo recitatam magno auditorum aſſenſu. Aſſenſus. fauor:intentio:cupiditas audiendi. Exægit.fecit. Et tamen. uera ſcriptura. & tamen ut alii recitatores quædã ſua ſcripta tranſeunt quæ non recitarat:& quia tranſeunt illa uidentur improbare:ſic tamen diuerſa ratione ego nihil prætereo quia nihil meorum ſcriptorum improbo:ut illa melius per auditores emẽdem quinimmo aperte profiteor omnia recitare. Electa.meliora.nam niſi quæ ſibi diſplicent recitauerint:illa ſane non emendabunt. Illud quod faciunt huiuſmodi lectores tantum electa recitando. Modeſtius. ne auditorem obtundant ſcriptorum copia:& deteriorum. Simplicius.magis ingenuum. Amantius amoris indicium maius:qui omnia qualiacunque ſunt amicis communicem. Amat.ueriſſime. Tœdium. ut ſit faſtidio auditoribus.

Delegatus

Quid.parum admodum:uel nihil. Conueniunt.ad audiendum. Delegatus. peregrinus: ſubſtitutus:hoc magis placet quam delicatus nam ante fere in eundẽ ſenſum dixerat delegata uocabula. Quã facere emendando, & intente audiendo. Cætera. quam habes in cæteris rebus meis.

Muſteus

Muſteum.nouellum:recentem.ſic Columella muſteum fructum dixit:proinde muſteum pro dulcis:hinc muſtea poma:quæ poſtea mellimela ſunt appellata Varrone tradente. Retractatum emendatum. hoc addidit ne miretur Arnanus:ſi hic liber uidebitur alius a priore:quem ſcilicet antea uiuerat:quia multa in emẽdatione fuerant commutata: ut nouus liber apparet. Ex eo. quia multa in illo fuerant emendanda.

tiam ꝓcedat. Q ua ratione ductus:grauiora opera luſibus:iociſq; diſtinguo. Ad hos proferendos & tempus: & locum opportuniſſimum elegi: ut qui iã nunc adſueſcerent:& ab ocioſis: & in triclinio audiri. Iulio menſe: quo maxime lites interquieſcunt: poſitis ante lectos cathedris: amicos collocaui. Forte accidit:ut eodem die mane in aduocationem ſubitam rogarer: quod mihi cauſam præloquendi dedit. Sum enim deprecatus:ne qs: ut inreuerentem operis argueret: quod recitaturus:quanquam & amicis: & paucis: idem iterum amicis:foro & negociis non abſtinuiſſem. Addidi hunc ordinem: me & in ſcribendo ſequi: ut neceſſitates uoluptatibus:ſeria iucũdis anteferrem: ac primum amicis:tum mihi ſcriberem. Liber fuit & opuſculis uarius:& metris:ita ſolemus: qui ingenio parum fidimus: facietatis periculum fugere. Recitaui biduo: hoc adſenſus audientium exegit:Et tamen ut alii tranſeunt quædam:imputant que:quod tranſeant: ſic ego nihil prætereo:atque etiam non præterire me teſtor. Lego enim omnia: ut omnia emendem: quod contingere non poteſt electa recitantibus. At illud modeſtius: & fortaſſe reuerentius ſed hoc ſimplicius: & amantius. Amat enim qui ſe ſic amari putat:ut tædium non pertimeſcat. & alioqui quid præſtant ſodales: ſi conueniunt uoluptatis ſuæ cauſa delegatus:ac ſimilis ignoto eſt: qui amici librum bonum mauult audire: quam facere. Non dubito cupere te pro cætera mei caritate quam maturiſſime legere

Nosti.dum illum legeres:nam Arriani Maturii iudicio in litteris utebatur.deteriora facta quæ solent fieri interdum deteriora longa mora:quia nimia lima magis atterit q̃ emẽdat. Rescripta.de nouo scripta:& emendata:& statim subiungit causam:nam aliquibus partibus mutatis quia non placebant:illæ quoq; quæ restabant uidentur mutatæ. Ea.scripta. Quæ manent.quæ relicta fuerunt tanquam bona.

Osti.monet non esse imitandam illorum consuetudinem: qui alios grauissime insectantur: in quo ipsi maxime peccant: quinimmo a uiciis seipsum comprimendum:& alienis erroribus parcendum. Libidinum. Libido. uiciorum libido etiam pro desyderio ueneris. Lampridius enim refert Heliogaballum multa libidinum genera excogitasse:& Mart.in eundem sensum protulit libidinari. Valerius insuper luxuriæ libidinem iungit:quoniam ex eiisdem uitiorum principiis oriatur adhæc ueteres pro appetitu aliarum rerum usos docet Cato de re rustica. libido inquit nauseæ ueniet:& pro æmulatiõe honestæ rei Salustius tanq̃ libido sit q; libeat magisq; i decoris armis:& militaribus equis: q̃ in scortis atq; cõuiuiis libidinẽ habent libidinitatẽ pro libidine Laberius posuit si Marcello credimus. Eos.bonos uiros: q; nihil repræhẽdẽdũ admittunt. Lenitas.facilitas ignoscẽdi.hĩc Horat. At pater ut gnati: sic nos debemus amici: Si quod sit uicium nõ fastidire & Augustũ refert.Tranqui.amicorum delicta dumtaxat modica perpessum.Ita ignoscat inde illud apud græcos laudabile dictum. ουχρη ωϊκρον ειναι και αωαραι τητον αλλασύγγνωμονα τινα αυτρωωον ουτα και τοις αυτοις ωερι ωεσειν δυναμενον:εξωγκωλυει ωϊκρως αλλον:idest non oportet asperum esse: & inexorabilem sed mitem quendam hominem existentem:& similibus incidere potentem ex quibus repræhendit acerbe alium.

hunc adhuc musteum librum. Leges sed retracta tum quæ causa recitandi fuit: & tamen nonnulla iam ex eo nosti:hæc uel emendata postea uel (qđ interdum longiore mora solet) deteriora facta: quasi noua rursus: & rescripta cognosces: Nam plerisque mutatis: ea quoque mutata uidentur: quæ manent. Vale.

C.Plinius Geminio suo.S.

NOsti ne hos:qui omnium libidinum': serui:sic aliorum uitiis irascuntur:quasi inuideant:& grauissime puniunt:quos maxime imitantur? cum eos etiam;qui non indigent clæmentia ullius nihil magis:quam lenitas deceat.Atq; ego optimum:& emendatissimum existimo:q cæteris ita ignoscit:tanq̃ ipse quotidie peccet:ita peccatis abstinet:tãq̃ nemini ignoscat: Proinde hoc domi:hoc foris: hoc in omni uitæ genere teneamus:ut nobis implacabiles simus:exorabiles istis etiam qui dare ueniam nisi sibi nesciũt. Mandemusq; memoriæ:qđ uir mitissimus: & ob hoc quoq; maximus Thrasea crebro dicere solebat. Qui uitia odit hoies odit. Fortasse quæris: quo cõmotus hæc scribam. Quidam nuper sed melius corã.quanq̃ ne tunc quidẽ. Vereor enim: ne id:quod improbo:eos sectari: carpere: referre: huic quod quam maxime præcipimus:repugnet. Quisquis ille:qualiscunq;:sileatur: quẽ insignire

Sibi.suis uiciis cum aliena acerrime insectentur. Ob hoc. quia mitissimus erat. Maximus. uirtutibus.excellens.epigrammaticus poeta Petum Thrasea magnum Tacitus egregium appellarunt. Homines odit tanquam impossibile sit hominibus carere crimine. ipse tamen alibi Euphratem laudauit. quod uicia non homines insectaretur. Scribam.ista. Nuper quidam incipit tanquam descripturus aliquem qui aliorum uicia districte flagellaret sua uero sibi ídulgeret sed per rhetorum exornationem quæ dicitur præcisio rem suppressit.ea autem fit cum dictis quibusdam reliquum q; cœptum est dici relinquitur.nam tacita suspitio q̃ diserta explanatio atrocior ẽ. Coram.uiua uoce quá p litteras de hoc hoie dicã. Ne tũc quidẽ ne qdẽ melius erit dicere corã. Vereor.n.ordo ẽ uereor ne referre id quod improbo eos sectari carpere repugnet huic qđ q̃ maxie p̃cipimus.s.uitãdũ. Repugnat.nõ cõstet sibi magna iter utrunq; discordia sit. Ille.uir sit. Qualiscunq;. cuiusuis cõditionis & naturæ qualiscunq; in

Qualiscũ. que

terdum pro malo ponitur: Tacitus lib. xv. inuidiā prætendens Piſo: ſi ſacra menſæ: diiq; hoſpitales cæde qualicunq; principis cruētarent: luue. facit indignatio uerſum. Qualemcunq; pōt. interdum pro minimo idem Tacitus. xiiii. ſe Nero in oēs libidines effudit: quas male coercitas qualiſcūq; matris reuerētia retardauerat. Inſignire. notare. famoſum reddere. Nihil Refert exempli non facit ad inſtitutionem cæterorum. Non inſignire humanitatis refert ideſt ſi tacuero uidebor fuiſſe humanus.

OMnia. Iulium Auitum ædilitatis candidatum: iam tribunatu militum: & quæſtura functum deceſſiſſe impatienter dolet nam. Secundum tanquam rectorem ſecutus ut aliquid diſceret parentē ſuum iam ætate grauem: uxorem filiolam unicā morte reliquit. impar igitur tanto dolori a Marcellino rem totam exponit per hanc epiſtolam inter pulchriores pulcherrimam: inter triſtiores triſtiſſimam. inter amantiores amantiſſimam. Curas. alias occupationes. Aduocamenta. ſolatia: luſus. Iunii Auiti. alius fuit Iulius Auitus: cuius obitus pariter libro quinto defleuit. Grauiſſimum intenſiſſimum maximū. Latum clauum. ueſtem ſenatoriam: quam poſt uirilē togā ſenatorē filii induebāt.

Quotus quiſq;. quis eſt tam minimus qui. Cedit. aſſurgit ſiue ſenioribus ſiue honeſtioribus. Statim ſapiunt adoleſcentes noſtri ſapientes ſe credunt eſſe ſine præceptore. Sibi ſunt exempla. ſe ſolos imitantur. Nō auitus hæc faciebat.

Eruditio. cognitio doctrinæ. De officiis uitæ. de recte beneq; uiuēdo. Recedebat. a uiris doctis. Vt melior factus. tale illud Terentianū q̄uis p adulationē: nunq̄ accedo ad te quin abſte abeam doctior. Factus. melior: & doctior. Audierat. nō percunctādo. Quæſierat. q̄rē do cognouerat. Seruiano de quo multa alibi diximus. Exactiſſimo: oī uirtute abſolutiſſimo Legatū p̄cōſulis uicariū.

Tribunus. Iunius Auitus. Cœpit. cōplexus ē. fouit. delectauit. an potius. excepit legēdū. i. hoſpitio ſuſcepit: honeſtauit. ſicut nō dilexit: ſed intellexit uirū ſcilicet eē exactiſſimū. Germania: omnis Germania a Gallis Rhetiiſq; & Pannoniis: Rheno: & Danubio fluminib⁹: Sermatis Daciſq; mutuo metu: aut mōtibus ſeparat: cætera oceanus ambit latos ſinus: & inſulas ímenſa ſpacia cōplectens: Germaniæ uocabulū nō antiquiſſimū: qm̄ qui primi Rhenū trāſgreſſi Gallos expulerūt: ac tū Tungri: tū Germani uocati ſunt: ita nationis nomē nō gentis eualuit paulatim: & oēs primū a uictore ob metum: mox a ſeipſis inuento noie Germani uocati ſunt. omiſſis cæteris qui de germania ſcripſere cōtenti fuimus uno authore Tacito. Pannoniā unam tm̄ Pannoniā Pli. nominat: Ptolomæus in duas diuidit: eas more ſuo diſterminās: ſatis cōſtat cōtingere Germaniā. Cōmilito. militiæ ſocius: ex præceptis tū eōꝝ qui de re militari ſcripſerūt tribunus legato parere debuit: quare Auitus in hoc poteſt uideri nihil magni præſtitiſſe. Comes. ſecutor. eſt. n. is q̄ officii cā maiorē comitat. Secūdus alibi: obtinenti Africā comes hæſerat: & lib. ix. Delphinus alius tm̄ ſpectator & comes. Habitus. tractatus: aſſumptus. M. Tullius pro Planco mandat quæſtorem debere ſuū conſulē uel prætorē more maiorū in parentis locum hr̄e. alii nō legunt & prætoribus habitus ſed & plures habuit fuit. ſ. quæſtor pluriū cōſulū. q̄q̄ Ci. ad Caniniū ſcribēs dicat qđ ego officio q̄ſtorio te adductum reticere de prætore tuo nō moleſte ferebā & auitū prætorē in eplis inqt dū. M. Varronē eius quæſtorē cōmendat ſatis. n. cōmendatum tibi eum arbitrabar ab ipſo more maiorū qui ut te non fugit hāc quæſturæ coniunctionem liberorum neceſſitudini proximā eē uoluit. ac in diuinatione a maioribus noſtris accepim⁹. Prætorē Quæſtori parētis loco eē oportere. Quo diſcurſu. labore: dū ambit ſuffragia.

Germania

Pannonia

Comes

exempli nihil: non inſignire humanitatis plurimum refert. Vale.

C. Plinius Marcellino. S.

OMnia mihi ſtudia: omneis curas: omnia aduocamenta exemit: excuſſit: eripuit dolor: quē ex morte Iunii Auiti grauiſſimū cœpi. Latum clauū in domo mea induerat: Suffragio meo adiutus in petēdis honoribus fuerat ad hoc ita me diligebat: ita uerebat: ut me formatore moꝝ: me quaſi magiſtro uteret. Rarum hoc aduleſcētibus noſtris. Nam quotus quiſque uel ætati alterius: uel autoritati ut minor cedit? Statim ſapiunt ſtatim ſciunt omnia: neminem uerentur: imitātur neminē: atq; ipſi ſibi exēpla ſunt: Sed nō Auitus cuius hæc præcipua prudētia: qđ alios prudentiores arbitrabatur. hæc præcipua eruditio: quod diſcere uolebat. ſemper ille aut de ſtudiis aliquid: aut de officiis uitæ cōſulebat. ſemper ita recedebat: ut melior factus: & erat factus: uel eo: quod audierat: uel qđ omnino quæſierat. Quod ille obſequiū Seruiano exactiſſimo uiro pr̄eſtitit? quem legatum tribunus ita & intellexit: & excepit: ut ex Germania in Pannoniā tranſeuntem: non ut cōmilito: ſed ut comes: adſectatorq; ſequeretur: qua induſtria: qua modeſtia quæſtor cōſulibus ſuis (& plureis habuit) non minus iucundus: & gratus: quam uſui fuit? quo diſcurſu: qua

Aedilitatem creati ædiles eadem die & hora qua tribuni pl.& ne quis eis noceret conceſſo ſimili priuilegio quale tribunis ſancitum.duo erant ædilium ordines:unius in quo ſellis curuis pedibus in dicendo iure utebantur:hic magiſtratus maior ædilitas dicebatur:ſecundus autem plebeius.curabãt urbem:anAediles
nonam:& ludos:poteſtatem coercendi popinas: & nouas ſuperſtitiones. exigendiq; mundicias in locis publicis: & utilem & ſalubrem temperaturam habebant: ne quis aquam publicam inquinaret. aleam præterq; in Saturnalibus uetabant:dié dicere poterant iis:qui pluſq̃ lege finitum erat agri poſſideret. di

uigilantia hanc ipſam ędilitaté cui pręreptus eſt: petit: Q d uel maxime doloré meũ exulcerat.obuerſant oculis caſſi labores: & infructuoſæ p̃ces: & honor:quem meruit. Tantũnum redit animo ille latus clauus in penatibus meis ſumptus:redeũt illa pria:illa poſtrema ſuffragia mea: illi ſermões: illę conſultatiões. Adficior aduleſcẽtia ipſius adficior neceſſitudinũ caſu. Erat illi grãdis natu parẽs erat uxor:quam ante annũ uirginé acceperat.erat filia quã pauloante ſuſtulerat Tot ſpes tot gaudia dies unus in diuerſa conuertit. Mõ deſignatus ędilis:recẽs marítus:recẽs pater:intactum honorem: orbam matrem:uiduã uxorem. filiã pupillã ignaram aui:ignaramq; patris reliquit. Accedit lachrymis meis:quod abſens:& ipendentis mali neſcius: pariter ęgr̃:pariter deceſſiſſe cognoui ne grauiſſimo dolori timore conſueſcerẽ. In tãtis tormentis eram:cum ſcriberẽ hæc ſcriberem ſola: neq; enim nunc aliud aut cogitare:aut loqui poſſum. Vale.

C.Plinius Maximo ſuo.S.

AMor in te meus cogit:nõ ut p̃cipiã (neq; enim p̃ceptore eges) admoneã tamen.ut q̃ ſcis:teneas:& obſerues: aut ſcias meli⁹,

ſi ædiles ſm Varronem quod ædes ſacras & priuatas procurarẽt:at Feſto authore q; facilis ad eos plebi aditus eſſet cõuenit cũ Varrone iuriſcõſultus i pœmio.ff.& tradit ædilibus plebẽ oia ſcita ſua detuliſſe. Cæſar dictator duos ædiles cõſtituit:q fruméto p̃eſſent: & a Cerere Cereales nũcupauit: ut in ſumma eſſent ſex in urbe ædiles: fuit & hic magiſtratus in oppidis:q uaſa minora frãgeret:& res q̃ pluris uenirent corrigeret hæc ſumpta ex ꝓbatiſſimis authoribus

Prærептus.extinctus ante initũ honorem. Exulcerat.renouat exaſperat:alibi eadem uerba protulit.deceſſit inquit Corelius Rufus: & quidem ſponte. qd̃ dolorem meũ exulcerat. Obuerſant. occurſant. Caſſi.inutiles. Tantũnũ. ét ſup qua dictione luculenter libro nono illud addam dici apud ꝓbatos etiam mõ nõ ad græcoꝝ imitationem: qui dicunt μονονουχι. Tibullus iã modo non poſſum cõtentus uiuere paruo. Vale.pi ctor equũ ab exercitatiõe uenienté mõ nõ uiuũ labore induſtriæ ſuæ comphẽderat.& Fabius quis enim non de iuſto equo ac bono modo non &uir peſſimis loquitur.ſ.fere. Clauus.ueſtis ſenatoria auro purpura inſerto. Prima. in q̃ſtura. Poſtrema.in ædilitate. Aduleſcẽtiaq; raptus fuerit in ipſo flore ætatis:magis.n.dolẽdũ de morte iuuenũ q̃ ſenũ.ná ab illoꝝ bona indole ſperanda ſunt diuturniora. Neceſſitudini.Gellius lib.xii. deridet grãmaticos.qui neceſſitudiné & neceſſitaté inter ſe differre putãt:q; neceſſitas ſit uis quépiã p̃mens & cogés neceſſitudo aũt dicaẽ ius quoddã & uinculũ religioſæ cõiũctõis:ſed his nihil differre putat:ſicut ſuauitudo & ſuauitas ſanctitudo & ſanctitas:& ſeqtur.neceſſitas ꝓ iure officioq; obſeruãtiæ affinitatiſq; infrequés eſt:q̃q̃ qui ob hoc ipm ius affinitatis:familiaritatiſue cõiuncti ſunt:neceſſarii dicunt.ſatis cõſtat neceſſitudiné ab eruditis ꝓ eo q; neceſſum eſt uſurpari.uñ a.M.T.ſic circũſcribit.hæc eſt neceſſitudo:cui nulla ui reſiſti põt:q̃ neq; mutari:neq; leniri põt.ná Tacitus lib.xii.dixit neceſſitudiné pugne detulere:& Arrianus pariter ꝓ neceſſitate.ff.xlix.de re militari. Vlp.tñ iuriſcõſultus eruditiſſimus ꝓ affinitate uſurpat titulo quibus ex cauſis in poſſeſſioné eaẽ. Grádis parẽs.mr̃ iã grauis annis:iõ auxilio filli indigés. Virginé nuptã:nulli prius. Vnus dies.quo raptus eſt Auitus. Spes.ſuſcipiendoꝝ liberoꝝ. Diuerſa. ad idé legiẽ aduerſa. Intactum honoré ædilitaté nõdũ cœptã geri. Lachrymis.dolori. Abſens procul ab urbe ubi ſupremũ clauſerat Auitus. Impendentis mali.eius mortis. Pariter.eiſdẽ litteris nũciato mihi morbo & obitu. Dolori cõſueſcerem.ſed ſtatim obrueret. Timore.pontificius codex hét tempore.

Neceſſitudo.

Neceſſitas

AMor.Maximum in achaiam miſſum ad eam ordinandam monet:ut ciuitates inſpecturus ſingulas humanæ tractet:ibiq; laudat Achaiam ab antiquitate & rebus geſtis:poſtremo hortaẽ uelit bonam famam in quæſtura partam tueri mollius & clæmẽtius tractãdo hoíes libertati aſſuetos.uidetur Secũdus Ciceroné ſecutus monẽtem lib.i.ad Atticũ.Quintum fratrem:qui tunc in Aſia ꝓconſulatũ gerebat:ut in ea ꝓuincia ſe integre gereret. Vt quæ ſcis teneas.ut memineris prouinciales tractandos mollirer:q; tu faciundum ſcis. Aut ſcias melius.moneo te: ut ea quæ ſcis melius ſcias plurimum.n.in amicicia ualet amicoꝝ bene ſuadentiũ authoritas:eaq; adhibeẽ admonẽdum nõ mõ apte:ſed ét acriter:ſi res poſtulabit:ná & monẽdi amici ſæpe ſunt:& obiurgãdi ſi opus fuerit.

tant mulctos.i.mulctas. Pollux inquit
σφαγιον eſſe nomẽ uectigalis quod im-
ponebatur ſup uictimis: & Tertulianus
appoſite ſcribit certe inquitis temploꝝ
uectigalia quotidie decoquunt. ſi ꝓ pa-
ſtumq; uenire uictimaꝝ legaſ paſſimq;
uenire uictimas:ſenſus erit manifeſtior:
tos puniri iubet:libellis uero ſine authore nullã fidẽ ꝑſtandã. Actum actionẽ.ſic Tranq.in Actus
Nerone:reꝝ actu dixit & ipſe in reſcripto ad eundẽ Pli.iã dixerat cũ ad priſtinũ. actũ reuer-
ſus fuerit & Val.actũ ipm ꝓſequemur & mox.aut futuris actis.nec multo poſt.cæterũ ut hu
manæ uirtutis actũ exeq̃mur.uel actũ.i.rõnẽ:& uiã:nã q̃ uehebãt actũ dici putat Varro.actus inqt Fe-
ſtus mõ ſignãt i comœdiis:& tragœdiis certa ſpatia cãticoꝝ:mõ iter iter uicíos quattuor pedũ latũ:mõ
i geometria minorẽ ptẽ iugeri.i.cẽtũ uiginti pedũ:mõ motũ corpis ut hiſtrionũ:& ſaltatoꝝ:q etiam ex
hoc ipſo ſaltuoſi dñr. Deferãſ.accuſenſ. Arguanſ.cõprobenſ eẽ xp̃iani.hũc locũ iure. Qu.Septimi⁹
Florẽs reprehẽdit:& emẽdat.cap.ii.Pli.Secũdus cũ ꝓuinciã regeret dãnatis q̃buſdã xp̃ianis:q̃buſdã gra-
du pulſis:ipſa tãdẽ multitudine ꝓturbatus qd de cætero ageret cõſuluit Traianũ Impatorẽ:allegãs ꝓter
obſtinationẽ nõ ſacrificãdi:nihil aliud ſe de ſacramẽtis eoꝝ cõperiſſe:q̃ cœtus antelucanos ad canẽdũ
xp̃o ut deo:& ad cõfœderãdã diſciplinã:homicidiũ:adulteriũ:fraudẽ:ꝓfidiã: & cætera ſcelera ꝓhibẽtiũ
tũc Traiãus reſcripſit hoc gen⁹ íquirẽdũ qdẽ nõ eẽ oblatũ uero puniri oportere.o ſniam neceſſitate cõ-
fuſam negat ingrẽdos ut inocẽtes mãdat puniri ut nocẽtes parcit & ſeuit diſſimulat & aíaduertit qd te
metipſum cẽſura circũuenis? ſi dãnas cur nõ & íquiris? ſi nõ ingris cur nõ & abſoluis? & q̃ latius ibi cõſe-
quũſ prudẽti⁹ itaq; reſcripſit Minutio Fũdano Adrian⁹ ſi Paulo Oroſio credim⁹ ut nemini liceret xp̃ia
nos ſine obiectu criminis ac ꝓbatiõe dãnare q̃uis Suida referẽte q tñ opinor factũ poſt hoc reſcriptum
Traianus uetuerit Xp̃ianos ſupplicio affici.hic inqt Chriſtianis quietẽ pœnæ quandã reddidit quas ma
giſtratus diuerſas íferebãt uñ Tyberianus primæ Paleſtinoꝝ gentis ꝑfectus renũciauit ei nihil ꝓficere
in occidẽdis illis ſua ſpõte ad ſuppliciũ currẽtibus tũc Traianus uetuit quempiam Chriſtianoꝝ occidi.

Amaſtris

AMaſtrianorum.quærit an contegenda ſit aqua: quæ per Amaſtrianorum plateam fluebat. Amaſtris ſecundum Ptolomæum:& Appianum ac Lucianum non multũ diſtans a Carambe Ponti ciuitas ẽ:ſed Pli.Paphlagoniæ aſcribit: olimq; Seſamum dictam refert: Strabo.xii poſt Parthenium amnem eſt Amaſtris de cõditoris nomine appellata:ea poſita in peninſula portus habet ex utraq; Iſthmi parte. Amaſtris uxor fuit Dionyſii Heracleæ tyrãni:& Oxyarthis filia frĩs. Darei eius:qui cũ Alexãdro bellũ geſſit:ea e trium urbiũ incolis Seſamo:Cytoro:& Cromna unã cõfecit ciuitatem. Seſamus Amaſtris arx dicit hic Stephanus. Amaſtris ciuitas Paphlagoniæ quæ prius Cromna a muliere perfide Amaſtride: quæ cum Dionyſio Siciliæ.(ut Strabo Heraclea) tyrãno concubuit. ſed Demoſthenes ab Amazone ſic appellatã autumat: eius gẽtile Amaſtrianus.

Cloaca

Cloaca.foſſa in quam ſordes confluunt a colluendo dicta: ſiue a uerbo cloacare.quod ſignificat ĩquinare au thore Feſto. Vlp.de cloacis.cloaca locus eſt concauus: per quem colluuies quædam fluat:cloacæ appellatione:& tubus & fiſtule continentur.

Eſt ratiõis

RAtionis.permittit cõfornicari cloacã. Rõnis eſt. exigit ratio:ut malo;& eſt.ſ.ad malos pertinet.hic modus dicẽdi apud iuriſconſultos frequens reperit. Martianus de hæredibus inſtruendis: q̃ rea fuerat eiuſdẽ criminis poſtulata: rationis eſt;pariter de bonis eo;& qui ante ſententiam mortem ſibi conſciuerint. Vlp.titulo quãdo dies legatorum: quæſtionis eſt. ſic Papinianus de collatione dotis:& idem Vlpia. de fidei cõmiſſariis libertatibus. Paulus de aqua pluuia arcenda:dixit conſuetudinis eſt: & de uerborum obligationibus: dubitationis ẽ. Modeſtinus de donationibus. ſummæ equitatis eſt.demum Tacitus libro.xvii nam ſuadere principi qd̃ oporteat multi laboris eſt. Pli libro.ii.imperari naturæ:audacis eſt credere: nec minus hebetis beneficiis abrogare uires.item libro vii. Fortitudo in quo maxime extiterit immenſæ quæſtionis eſt.M.Tullius de finibus tertio:ſic enim cenſent opportunitatis eſſe. & de natura Deorum. eſt & philoſophi & pontificis & Cottæ.

Vota pro Impe.ſuſcipere

VOta.monet magno oĩum cõſenſu uota pro Traiano ſuſcepta perſoluta:& noua pro eĩ9 ſalute nuncupata: nam authore Caio de uerborum ſignificationibus.poſt Calendas Ianuarias die tertio pro ſalute principis uota ſuſcipiuntur.& Tacitus libro decimoſexto principio anni ſenatores pro imperatore ſolemne iuſiurandum ſumere:& nuncupationes uotorum facere memorat. Tertullianus nos.n.pro ſalute ĩperato;& Deũ uocamus æternũ:Deũ ue;: & Deum uiuum: quem & ipſi imperatores proprium ſibi præter cæteros mallunt.imperatoribus precamur uitam prolyxam:imperium ſecutum:domum tutam:exercitus fortes;ſenatum fidelem:populum probum:orbem quietum.

Plínius Traíano.
De platea Amaſtrianorum.

AMaſtrianorum ciuitas Domine & elegans & ornata:habet ĩter p̃cipua opera pulcherrimam: eandemq; longiſſimam plateam:cuius a latere per ſpatiũ omne porrigitur nomine quidem flumen:re uero cloaca fœdiſſima:quæ ſicut turpis: & immundiſſima aſpectu:ita peſtilens eſt odore teterrimo. Quibus ex cauſis nõ minus ſalubritatis quam decoris intereſt eam contegi:quod fiet: ſi permiſeris: curantibus nobis: ne deſit quoq; pecunia operi tam magno:quam neceſſario.

Traíanus Plínio.

RAtionis eſt mi Secunde Cariſſime contegi aquã iſtã:quæ p ciuitatẽ Amaſtrianoꝝ fluit:ſi detecta ſalubritati obeſt. Pecunia ne huic operi deſit:curaturum te ſecundum diligentiam tuam certum habeo.

Plínius Traíano.

Votoꝝ nuncupatio: & ſolutio pro Imp.& Reip.

VOta Domine priorum annorum nuncupata alacres:lætiq; perſoluimus: nouaq; rurſus curante commilitonum: & prouincialium pietate ſuſcepimus: precati Deos: ut te: remq; publicam florentem & incolumem: ea benignitate ſeruarent:quam ſuper magnas: pluri maſq; uirtutes præcipua ſanctitate conſequi Deorum honore meruiſti.

Traíanus Plínio.

SOluiſſe uota Diis immortalibus:te præeunte pro mea incolumitate & commilitones cũ prouincialibus lætiſſimo conſenſu:in futurumq; nuncupaſſe: libenter mi Secũde Cariſſime cognoui litteris tuis.

Plínius Traíano.
Ob diem Imperii.

Nuncupata:nuncupare ut inqt Varro nominare significat:q̄ multis exemplis confirmatur: & de uotis proprie dicitur:quādo alicui diuorum uota policemur:& destinamus. Apuleius cui uota nūcupabo? Secundus in panagyrico.nuncupare uota pro æternitate imperii:& pro salute ciuium: immo pro salute principum:& propter illos p̄ æternitate imperii solebamus nuncupare igitur est palam nominare. nam Pontifices maximi:consules:prætores censores uota publica suscipiebant. quæ præsente populo referebantur in tabulis unde Augustus conscriptis paratisq̄ iam tabulis negauit se suscepturum.quæ non eēt soluturus:sibi enim mox futurum exitum præsagiebat. Tranqui. author pro Tyberii nepotibus uota suscepta ineūte anno cum putabant deoꝝ aures magis patere. q̄ asserit in Fastis Ouidius. Templa patent auresq̄ deum. nec lingua caducas Cōcipit ulla p̄ces: dictaq̄ pondus habent.etiam nuncupare transfertur ad alia. Apuleius.x. iam dudū felici ministerio nūcupatum destinatūq̄ sed de hoc alibi. Nūcupare

Dem:in quem tutela generis humani felicissima successione translata est:debita religione celebrauimus commendātes diis imperii tui authoribus & uota publica: & gaudia.

Traianus Plinio.

Dem impii mei debita lætitia & religione a cōmilitonibus: & prouincialibus præeunte te celebratum:libenter mi Secūde carissime cognoui litteris tuis.

Plinius Traiano.

Ius Quiritium latinis suis petit.

Valerius Domine paulinus:excepto uno: ius latinorum suoꝝ mihi reliquit: ex quibus rogo tribus interim ius quiritiū desuereor enim ne sit immodicum pro omnibus pariter inuocare indulgentiam tuam:qua debeo tanto modestius uti quanto pleniorem experior fuit autem pro quibus.peto.C. Valeri? Aestiæus.C. Valerius Dionysius. C. Valerius Aper.

Traianus Plinio.

Vm honestissime iis qui apud fidem tuā a Valerio Paulino depositi sūt:cōsultū uelis mature per me:lis interim:quibus nūc petisti ut scias dedisse me ius Quiritiū:referri i cōmentarios meos iussi: idem facturus in cæteris p̄ quibus petieris.

Plinius Traiano.

Ciuitatem Romanam petit filiæ centurionis.

Alerius.petitius quiritum p̄ tribus libertis. Ius libertorum suorum mihi reliquit. ut haberem idem iuris i eos quod patronus in libertos licebat iure. xii.tabulaꝝ liberto patronum suum testamento præterire postea ex edicto p̄toris dimidia bonorum siue testati siue intestati liberti patrono relinquebant etiam relicto filio suo adoptiuo lex Papia deinde iura patronorum auxit: sed imperator Iustinianus a quo hæc sumpsimus ab Iust.constituit ut tertiam bonorum liberti partem in casibus ibidē contentis patroni consequātur. adhæc Vlp.de liberis agnoscendis respōdet q̄ liberti tenentur alere patronos & non nunq̄ patronorum filios pro modo facultatū.lege plura.ff.xxxyii.de iure patronatus &.xxxyiii.de opis libertinorū & de bonis libertorum. nec me præterit etiam legi ius latinorum sicut in inscriptione.latinis suis tanq̄ si liberti Valerii Paulini essent minorem libertatē consecuti & latini ex lege Iunia Norbana facti essent & id ius quod habebat Paulinus in libertos suos moriens reliquerit Plinio:nam lege papia adaucta fuere iura patronorum qui locupletiores libertos habebāt Excepto uno.quem liberauit a iure patronatus. Ius quiritium romanam ciuitatem perinde ac si quirites eēnt nam manumissi modo maiorem & iustam libertarem cōsequebantut & fiebant ciues romani:modo minorē & latini ex lege iunia Norbana fiebant:modo inferiorem & fiebant ex lege Elia sententia deditiorum numero credo post hanc Secūdi epistolam secutum Traiani edictum quo libertos etiam inuito & ignorante patrono ad ciuitatem romanam uenire permisit sed sicut uiuum ciuem romanum fecit sic mortuum latinum.i.ut hæredem patronum haberet an intelligamus patronum fuisse conditionis peregrinæ & idē iuris libertos cōsecutos quibus postea oībus sublatis iustinianus cūctos libertos ciuitate romana donauit. Quiritū siue a Curibus Sabinoꝝ oppido Quirites siue q̄ Quires Sabini cuspides uocāt a quibus Romulus Quirinus q̄ hastam ferret.in singulari etiā numero quiritem dicimus cuius noīatiuus quiris secundum Sergiū sed quirites Petronius putat. Quiritare uero iubilare dicitur ab his qui fidem quiritum inuocant author Varro.Omnibus.libertis in quos Paulinus mihi patronatus ius reliquit. Patronat? ius Quiritum ius Quirites Quiritare

Vm.Traianus cōcedit rogata & pro reliquis idem promittit. Depositi.commendati. Cōsultum.donati ciuitate romana. Mature uelociter.Iussi referri in commentarios meos.iussi regīstrari:q̄ illos ciuitate Romana donauerim.

ROgatus. Mittit libellũ Aquilæ centurionis:quo rogabat filiã ſuã donati ciuitate. Militum p̃cibus. quos q̃uis ſub diſciplina cõtineret: tñ multis p̃miis & honoribus donauit:nam diuũ Neruam parentem ſecutus pleniſſimam teſtandi indulgentiam in milites contulit: q̃ ab Vlp.de militari teſtamento prænotatũ Iuſtinianus refert:& Iuuenalis ultima ſatyra monſtrat quanta.commoda militibus fuerint ſub Traiano.

LIbellum. filiæ Aquilæ ciuitaté ro.indulgent. Libellũ reſcripti: cuius cã hæc reſcripſi

QVid.Cõſulit Traianũ an ciuitatibus Bithyniæ & Ponti p̃ mittat potiora iura i debitis exigẽdis. Locatõibus: locorũ publicoꝝ. Plæriſq̃ p̃cõſulibus: imperatoribus. Protopraxian. primam actionẽ:ut ante alios ius haberẽt exigẽdi pecunias a debitoribus. ná Paulus de priuilegiis creditorum.reſp. inquit creditrix omnibus chirographariis creditoribus p̃fertur.q̃uis Martianus ad municipales ſcribat ſimile priuilegiũ fiſco nulla ciuitas habet in bõis debitoris niſi noiatim id a principe datum ſit. πρωτοπαξιαν. Suidas interpretatur primã repetitionem primã exactionẽ. Pro lege.loco legis:ut de conſuetudine prædiximus. Breuia.obſcura.

Protopaxia.

QVo.reſcribit ſequẽdas leges uniuſcuiuſq̃ ciuitatis. Id. priuilegiũ:ut cæteris p̃ponatur. Iniuriã priuatoꝝ.ne iniuriã faceré priuatis creditorib9 dũ eos poſteriores ſacio rebus publicis in exigendis debitis.

EDicus.repetebat. fiſci aduocat9 Amiſenoꝝ a Iulio Piſone certã pecuniã ei donatã a rep.i.in.xx.ãnis nixus Traiani mãdatis: qb9 p̃hibebat fieri de publico erogationes.Piſo cõtradicebat.Secũd9 ré ítegrã Traiano decernẽdã mittit. Ecdicus.i. defenſor & uindex reip. q̃ hodie dr̃ fiſci aduocatus. de quo.M. Cice. lib.xiii. ad Thermũ p̃ pre.in epl̃is ad Lẽtulũ. Sed malo ecdicos: & ſtatim iubeas ecdicos Romá mittere & iá dixerat ut ecdici miſſi Romam mitterem q̃q̃ in codicib9 impreſſis paſſim legatur ubi codices.libẽter.n.Secũdus utiť græcis uocabulis utpote Bithyniæ cõſueris, Bule & eccleſia.ſenatu & concione populi. βουλη.n. ſenatus & εκκλησια. Contra.procuratoris dicta allegabat. Rempu. Amiſenorum.Hermogenianus:decurionibus

ROgatus domine a.P. Accio Aquila centurione cohortis ſextæ equeſtris:ut mitterem tibi libellum:per quem indulgentiam pro ſtatu filiæ ſuæ implorat:durum putaui negare:cum ſcirem quantam ſoleres militum præcibus patientiam:humanitatemq̃ p̃ſtare.

Traianus Plinio.

LIbellum P.Acci Aquilæ centurionis cohortis ſextæ equeſtris:quem mihi miſiſti legi:cuius pręcibus motus dedi filię eius ciuitatem romanam libellũ reſcripti:quem illi redderes:miſi tibi.

Plinius Traiano.

De exactione pecuniarum.

QVid habere iuris uelis & Bithynas & Põticas ciuitates in exigendis pecuniis:quę illis uel ex locationibus:uel ex uenditionibus:aliſue cauſis debeantur:rogo domine reſcribas.Ego inueni a pleriſq̃ proconſulibus cõceſſam eis protopraxian:eamq̃ p lege ualuiſſe: exiſtimo tamen tua prouidentia conſtituendum aliquid: & ſanciendum:per quod utilitatibus eorum in perpetuum conſulatur.nam quæ ſunt ab aliis inſtituta:ſint licet ſapienter indulta breuia tamen:& infirma ſunt:niſi illis tua contingat authoritas.

Traianus Plinio.

QVo iure uti debeant Bithynæ: uel Pontícæ ciuitates in iis pecuniis:quę ex quacũq̃ cauſa rei publicæ debebũť ex lege cuiuſq̃ animaduertendum eſt.nam ſiue habent priuilegium:quo cæteris creditoribus anteponantur: cuſtodiendum eſt:ſi uero non habent in iniuriã priuatorum:id dari a me non oportebit.

Plinius Traiano.

De Iulio Piſone.

ECdicus Domine Amiſenorũ ciuitatis petebat apd̃ me a Iulio Piſone denarioꝝ circiter.xl.millia donata ei publicę ante.xx. annos.& bule:& eccleſia conſentiente.utebaturq̃ mãdatis tuis:q̃bus eiuſmodi donatiões uetãtur.Piſo contra plurima ſe in Remp.cõtuliſſe: ac prope totas facultates erogaſſe dicebat.addebat etiã tẽporis ſpatium: poſtulabatq̃ ne id: quod p̃ multis & olim accepiſſet:cũ euerſione reliquæ dignitatis

reddere cogeretur. Quibus ex cauſis integram cognitionem differẽdam exiſtimaui: ut te domine cõſulerem: quid ſequendum putares.

Traianus Plinio.

SIcut largitiones ex publico fieri mandata prohibent: ita ne multorum ſecuritas ſubruatur: factas ante aliquantum temporis retractari: atq; in irritum uindicari nõ oportet. Quicquid ergo ex hac cauſa actum ante uigintí annos erit: omittamus. Non minus enim hominibus cuiuſq; loci: quam pecuniæ publicæ conſultum uolo.

Plinius Traiano.

De adiectione buleutarum.

EX Põpeia Domine: quia Bithyni & Põtici utuntur: eos qui in bulena cẽſoribus leguntur: dare pecuniam non iubet: ſed ii quos indulgentia tua quibuſdam ciuitatibus ſuper legitimũ numerum adiicere permiſit: & ſingula millia denariorum & bina intulerunt. Anicius deinde Maximus ꝓconſul eos etiam: qui a cenſoribus legerentur: dũtaxat in pauciſſimis ciuitatibus aliud aliis iuſſit inferre. Supereſt ergo: ut ipſe díſpicias: an in omnibus ciuitatibus certum aliquid omnes: qui deinde buleutæ legũtur: debeant pro introitu dare: nam quod in perpetuum manſurum eſt: a te conſtitui decet: cuius factis: dictiſq; debetur æternitas.

Traianus Plinio.

HOnorarium decurionatus omnes: qui in quaq; ciuitate Bithynię decuriones fiũt: inferre debeãt: nec ne in uniuerſum a me non poteſt ſtatui. Id ergo: quod ſemper tutiſſimũ eſt: ſequendã cuiuſq; ciuitatis legem puto: ſcilicet aduerſus eos: qui inuiti fiunt decuriones: exiſtimo id acturos: ut erogatio: cæteris præferatur.

Plinius Traiano.

De adiectione ciuium.

EGe Domine pompeia ꝓmiſſum Bithynícis ciuitatibus: adſcribere ſibi: quos uellẽt ciues: dũ ciuitatis nõ ſint alienæ: ſed ſuaꝝ quiſq; ciuitatum: quæ ſunt in Bithynia. Eadẽ lege ſancítur: quibus de cauſis e ſenatu a cenſoribus eiiciant: iter quas nihil de ciue alieno cauet, inde me

inquit facultatibus lapſis alimenta decerni permiſſum eſt: maxime ſi ob munificentiam in patriam patrimoniũ exhauſerint. Erogaſſe impendiſſe. diſtribuiſſe. Paulus de legatis. nihil ex teſtamento uidet capere: qui tantũ erogat q̃tum accipit. apud Apuleium erogare ꝓ ualde rogare: piis inquit precibus erogatus: ſed exrogare eſt ex lege uetere aliquid eximere ꝓ nouam legẽ tradẽte Feſto. Spatium. xx. annoꝝ. Pro multis. Pro a multis: a ſenatu & populo: Apuleius libro. y. pro pedibus abrepto. i. a pedibus &. ix. pro limine liberato. i. a limine. Erogare

LEx. Traianum cõſulit an qui ſenatores fiunt debeant certum qd̃ iferre pro introitu. Bulen. ſenatũ: ſportulas ſolere nouos decuriones cæteris diſtribuere Papinianus titulo de decurionibus ínuit: minores ſcribit. xxy. annoꝝ decuriones facti. ſportulas decurionũ accipiunt. Aliud aliis: non eandẽ: ſummã oĩbus: ſed minorẽ huic. maiorẽ illi. Inferre dare. dilargiri. Buleutæ. ſenatores.

HOnorarium. ſeruandã præcipit uniuſcuiuſq; loci conſuetudinẽ. Honorarium decurionatus. qd̃ daꝛ honoris cãdum fiunt decuriones: Paulus de muneribus. æſtimationẽ honoris aut muneris in pecunia ꝓ adminiſtratione offerẽtes audiendi non ſunt. Qui pro honore pecuniã ꝓmiſit: ſi ſoluere eam cœpit: totam præſtare operis inchoati exemplo coactus eſt. decurionatus aũt ſecũdum Calliſtratũ municipalis honor appellatur: ſiue cum ſumptu: ſiue ſine erogatione contigerit: uulgo ét nunc inqt honorarium dicimus id munus: qd̃ honoris cã erogaꝛ: ſed honorariuꝫ ius prætoris ius eſt: hinc honorarios tutores a prætore datos uocat Vlp. Acturos. Bithynos & Ponticos. Vt erogatio cæteris ꝓferaꝛ. ut minus grauenꝛ in pecuniaꝝ illatiõe q̃ cæteri decuriones ſpõtanei. Honoratũ

EGe. q̃rit an decuriones aliarum ciuitatum debeant eiici lege Põpeia: q̃ uetabat alienũ ciuẽ aſcribi ſenatui alterius ciuitatis. Aſcribere. in ſenatũ legere. Quiſq; aſcribaꝛ in ſua ciuitate in q̃ natus eſt. Cẽſoribus: a cenſoribus: q ét in oppidis creabanꝛ: ut teſtanꝛ iuriſconſulti de quorum officio libro. ix. multa protulimus. Eum. decurionem. Buleutas. ſenatores. βουλευται enim qui reipub. conſulunt. Concuterentur. perturbarentur. Ea parte. eo capite: quo uetabat alienũ ciuem aſcribi in alterius

ciuitatis ſenatum. Conſenſu. Modeſti nus omne ius aut conſenſus fecit:aut ne ceſſitas conſtituit:aut firmauit conſue. tudo. Exoleuiſſet:deſueuiſſet. Capi. ta legis: plura enim capita. continebat lex Pompeia.

MErito.permittit eſſe in ſena. tu:qui iam adlecti fuerāt: ue tat in futurum alienum ali. quē adſcribi. Moueremus. legimus etiam in eundem ſenſum noua rem us.

QVi.dubitat ex inuitatōe mul torum ad ſolēnia officia ītet Bithynos factionē & diſcor diam orituram. Virilē.to. gam.quam ſumere conſueuerant ad ſe ptimum decimum ætatis annum. Bu len.ſenatum. Vocare.inuitare. Dare. diſtribuere unicuiq;. Celebrandum.ul la celebritate & pompa agendum. cele. brare eſt ſoleniter peragere. & celebra ta pro ſolennia & iuſta. poſuit Mart.ix. Inſcripſit tumulo ſeptem celebrata ui. rorum ſe feciſſe Cloe. Et quatenus. & ſi celebrandum ſit modum reſcribas.

Celebrare.

Solēnibus cauſis.quales ſūt prædictæ.

Eandem locationem lib.i.ad Saturni num uſurpauit nequam inquiens in ſpe ciem ambitionis inciderem: hic uero in ſpeciem & reliqua. Diamories.diuiſio nis:factionis:niſi fallor inquit Tertullia nus prohibendarum factionum cauſa de prouidentia conſtat modeſtia publi. ca.quæ illicitas factiones timet ne ciui. tas in partes ſcindatur. unde Auguſtus Tranquil.authore plurimas factiōes ti. tulo collegii noui ad nonnullius facino ris ſocietatē coeūtes ſuſtulit.non uideo cur quidam uir alioq doctus q in Pāde. ctas annotationes cōſcripſit pro diamo ries ſcribendum putet malam.

MErito.relīqt prudētiæ Secun di ordinādū q; ad perpetuam Bithyniæ trāquillitatem fa. ciat. Corpe.factiōes. ſectio nes.collegia.Ouidi.lib.i. meta. tñ illud ab uno corpore:& ex una pendebat ori. gine bellū. corpore igitur profectiōe & hominum congregatione. Martianus de collegiis illicitis & corporibus man. datis principalibus præcipit̄ p̄fidibus p uinciarum ne patiantur eſſe collegia ſo dalitia in ſumma autem niſi lex ſenatuſ cōſulti authoritate uel Cæſaris:collegi. um uel quodcūq; tale corpus coierit cō tra leges erit.& Calliſtratus de iure īmu nitatis:q̄buſdā inquit collegiis uel cor. poribus:ut eſt fabrorum corpus. Vlpia. nus etiam cū tria corporū genera facit

Corpus.

quidam ex cenſoribus conſulendum putauerunt: an eiicere deberēt eum:qui eſſet alterius ciuitatis. Ego quia lex ſicut adſcribi ciuē alienum uetabat: ita eiici e ſenatu ob hanc cauſā non iubebat.Præte rea quia ab aliquibus adfirmabat̄ mihi in omni ci uitate plurimos eſſe buleutas ex aliis ciuitatibus: futurūq;:ut multi homines:multæq; ciuitates cō. cuterentur:ea parte legis:quę iampridem cōſenſu quodam exoleuiſſet: neceſſarium exiſtimaui cōſu lere te.quid ſeruādum putares.Capita legis his lit teris ſubiecī.

Traianus Plinio.

MErito heſiſti Secunde cariſſime:quid a te reſpondi oporteret cenſoribus cōſulenti bus:an legerent in ſenatum aliarum ciui tatum: eiuſdem tamen prouincię ciues:nam & le. gis authoritas:& longa conſuetudo uſurpata con tra legē:in diuerſum mouere te potuit. Mihi hoc temperamentum eius placuit:ut ex præterito ni. hil nouaremus:ſed manerent: quāuis contra legē adſciti quarūcunque ciuitatum ciues: in futurum āt lex Pōpeia obſeruaret̄:cuius uim ſi retro quoq; uelimus cuſtodire:multa neceſſe eſt perturbari.

Plinius Traiano.
De diuiſione Sportularum.

QVi uirilem togam:ſumunt uel nuptias fa ciunt: uel ineunt magiſtratum: uel opus publicum dedicant: ſolent totam bulen: atq; etiam e plebe non exiguum numerum uocare binoſq; denarios:uel ſingulos dare: quod an cele. brandum:& quatenus putes rogo ſcribas.ipſe enī: ſicut arbitror non imprudenter præſertim ex ſolē. nibus cauſis:concedendum inuitatiōis: ita uereor ne ii:qui mille hoies: interdum etiam plureis uo. cant:modum excedere:& in ſpeciem diamories in cidere uideantur.

Traianus Plinio.

MErito uereris ne in ſpeciem diamories in cidat inuitatio:quæ & in nūero modū ex cedit:& quaſi per corpa nō uiritim ſingu los ex notitia ad ſolēneis ſportulas contrahit: ſed ego iō prudētiā tuā elegi:ut formādis iſtius p̄uin ciæ moribus ipſe moderareris:& ea cōſtituas:quę ad perpetuā eius p̄uinciæ quietem eſſent p̄futura

tertium inquit est quod ex distantibus constat: ut corpora plura uni nomini subiecta uelut populus: legio: grex. & corpus imperii pro illa orbis parte quæ subiacet imperio ro. Tacitus posuit: si immensum imperii corpus in physica uocat Apollodorus & secetur in tria: in longitudinem: latitudinem: altitudinem. Sportulas. largitiones: distributiões. Prudentiam tuam elegi. hinc apparet missum Secundum ad Bithyniæ Ponticq; statum ordinandum: moresq; reformandos: quare Traianus p̃scripserat: meminisse Plinium iccirco in Bithiniam missum: qm̃ multa in ea emendanda apparuissent: sic legimus apud Tráqui. Galbam proconsulem obtinuisse biennio Africam extra sortem electũ ad ordinandam prouinciam & intestina dissensiõe: & barbarorũ tumultu inquietã.

Moderareris. modum imponeres.

Plínius Traiano.
De íselastícis.

AThletæ Domine ea: quæ p íselastícis certamínibus constituísti: deberí sibí putant statim ex eo díe: quo sunt coronatí. Nihil enim referre: quando sint patríam inuecti: sed quã do certamine uicerint: ex quo inuehí possint. ego contra scríbo íselastíciorum nomine. itaq; eorũ uehementer addubitem: an sit potius íd tempus: quo íselastan intuendum. lídem obsonía petunt pro eo agone: quí a te íselastícus factus est: q̃uis uicerint ante: q̃ fieret. Aíunt enim congruens esse: sícut nõ datur sibí pro his certamínibus: quæ esse íselastíca post quam uicerunt: desierunt: ita pro íís darí: quæ esse cœperúnt. Hic quoq; non mediocriter hæreo: ne cuíusquam retro habeatur ratío: dandumq; q̃ tunc cum uincerent: non debebatur. rogo ergo ut dubitatíonem meam regere: ídest beneficía tua ín terpretarí ípse dígneris.

Traíanus Plínio.

ISelastícum tunc primum mihí uídet ínci pere deberí: cũ quis í ciuitatẽ suã ipse eíselasen. obsonía eorum certaminũ: quę ísela stíca esse placuít mihí: sí ante íselastíca non fuerũt: retro non debentur nec p̃ficerre p̃ desíderío athletarium potest: tam eoꝝ: quæ postea íselastíca lege

Athletæ. uictores in certamínibus Iselastícis a Traiano factis petebãt prædia: & quia de tempore controuersía nascebatur: rogat imperatorem quid facere debeat. Athletæ. certatores ἀπὸ τοῦ ἀθλέω: & est certo. Ea. prædia. Iselastícis certaminibus. dicta Iselastíca: & uictores cum magna pompa coronati introducebantur quisq; in suam patriam ἀπὸ τοῦ εἰσελαύνω. i. induco: inueho: cuius futurum εἰσελάσω: nam solebãt athletæ uictores equis albis ingredi suam ciuitatem diiecta muri parte ẽm Plutarchum & significabat non magnoperæ ciuitati illi opus esse muro habenti uiros: qui pugnare possent & uincere. hanc consuetudinem Tranquil. in Nerone commemorat. Coronati. declarati uictores: & ideo corona donati.

Iselastíca certamina

Nihil enim referre. non respiciendum tempus quo quisq; in patriam suam inuehitur: sed quando uictor sit pronunciatus: hoc faciebant: quia e certatorib⁹ multi p̃cul aberant a patria sua: ad quã non poterant peruenire: nisi post multũ temporis: & per hoc obsonia: quæ menstrua dabantur: interdum perdebant.

Contra. athletarum desideria. Iselastícorum nomine. nerbis eorum: qui p̃sunt certaminibus Iselastitis. Eorum tempus. aliqua exemplaria habent. Ita tamen ut uehementer. & reliqua. εἰσήλα σαν. ídest inuecti sunt.

Obsonium

Obsonía. quæ antiqui dixerunt manduca. obsonare est opipare cœnare. Apuleius. si quid obsonare cupis: & obsonator popinarum magister. de quo Mart. Dic quotus es? quãti cupias cœnare? nec unum addideris uerbum: cœna parata tibi est. obsonitare conuiuari dicitur Pompeio tradente. Agone. certamine. Aiunt enim antequam a Traiano fierent: & celebrarentur certamina Iselastica: aliud genus certaminis depugnabant athletæ: & pariter fecerunt postq̃ iselastica finita fuerunt. argumentabantur igitur deberi sibi iselastícorum prædia: quæ quidem aliis maiora erant: ex eo tempore quo primum constituta fuerunt nec modo cum fierent: sicut cum esse iselastica desierunt: non dabantur obsonia: nam respiciebant diem constitutionis & finem uerbi causa. Traianus constituit iselastica Cal. Maiis: & mandat illa inchoata a cal. Iuniis terminari in Cal. Augusti: qui cœperant pugnare a Cal. Maiis & certauerant usq; in Cal. Iunias petebãt prædia iselastícorum: tanq̃ tunc instituta a Traiano. Ne. an. Cuiusq; athletarum. Retro. in præterito antequã fierent iselastica. Ratio. respectus. Beneficia tua. prædia pro iselastico agone.

ISelastícum. uult intelligi esse iselastica cum primum quisq; in suam ciuitatem inuehitur obsonia negat dãda anteq̃ illa fierent: iselastícum: certamen: sequitur uerbi interpretationem. εἰσέ βασιν. ingressus est. Ante iselastica. anteq̃ fierent iselustica. Non fuerunt. constituta a me illa prædia. Retro antequam fierent. Proficere. procedere. Tam eorum. obsoniorum.

Cum uincerent esse desierunt. quã eorum obsoniorum: quæ cum uincerent iam desierant esse: exacto tempore illis certaminibus constituto. Reuocant. renouant: sed manét in eo statu in quo fuerant dum uincerent.

VSq; excusat se quod uxorem suam urgente itineris celeritate diplomate adiuuerit.

Diplomata. litteras liberi itineris & immunis. de quibus pauloante. Tuam. ad te pertinentem: ut in tabellarium regis Sauromatæ. Vxori meæ. Calphurniæ. Aui. Fabati. Amitam. Hispulam. de utrisq; libro quinto ad pontium: eram cum prosocero meo eram cum amita uxoris. Durum. inhumanum. Pietas. amor in maiores. Dissimulassem. silentio præteriissem. Sero. importune dum expecto. tuam sniam.

MErito. rescribit Traianus benefeciſſe Secundum pro diplomate concesso Calphurniæ uxori. Adiuuandum eét usum eorum intentioni nõ præfuisse non profuturum esse intétioni uxoris tuæ: quam habebat ut illuc excurreret: legitur etiam adiuuandum putarem: serum futurum.

constituí: quam: cum uincerent esse desierunt. Mutata enim conditione certaminũ: nihilominus quę ante perceperant: non reuocantur.

Plinius Traiano.

De diplomatibus.

VSq; in hoc tempus Domine: neq; cuiquã diplomata commodaui: neq; in rem ullam: nisi tuam misi: quam perpetuam seruationem meam quædam necessitas rupit. Vxori enim meæ audita morte aui: uolẽti ad amitam suã excurrere: usum eorum negare durum putaui: cũ talis officii gratia in celeritate consisteret: sciremq; te rationem itineris probaturum: cuius causa erat pietas. Hęc scripsi: quia mihi parum gratus tibi fore uidebar: si dissimulassem inter alia beneficia hoc unum: quod me debere sciebam indulgentiæ tuæ: quod fiducia eius: quasi consulto te non dubitaui facere: quem si consuluissem sero feciſſem.

Traianus Plinio.

MErito habuisti Secunde carissime fiduciã animi mei: nec dubitandum fuisset: si expectasses: donec me cõsuleres an iter uxoris tuæ diplomatibus: quę officio tuo dedi: adiuuãdum esset usum eorę intentioni non profuisse: cum apud amitam suam uxor tua deberet etiam celeritate gratiam aduentus sui augere.

FINIS Enarrationum Ioannis Mariæ Catanęi in epistolas. C. Plinii Cæcilii Secundi Ad Traianum.

EMINENTISSIMO PRINCIPI IOANNI IACOBO TRIVLTIO MILI-
TIAE GALLICAE MODERATORI: AETATISQ VE NOSTRAE IMPE
RATORI CLARISSIMO IOANNES MARIA CATANAEVS.S.

Mprouidum arbitrarer diuini panagyrici commentarios fine præfatione publicare: etiam ſi nemo ſatis dignus occurreret: cui noſtras qualeſcunq; uigilias dedicaremus. ueꝝ cum primū eas aggreſſi ſumus. III. Princeps tu ſtatim hoc munuſculo: quamuis maiori dignus: digniſſimus iudicatus es. Maxime autem nos ad hoc cōſilium impulit: quod uidebamus multa: quæ in te eminent: & excellunt cōuenire cū illuſtribus Traiani geſtis. nā ut is in cunabula: & rudimenta ſua per ſtipendia exercuit: tu pariter iuuentutem non ocio: & deliciis: ſed aſperis militiæ laboribus uincendo tranſegiſti. dura Vlpius tempora prudenter ſuſtinuit. nec tu minus fortirer malos; turbines ferēdo ſuperaſti. diſſimilibus inuiſa Traiani uirtus: & Triuultio meo periculo fuit. primus Ille Tribunus optimus: anteq̄ fieret optimus iperator. tu præfectus equitum fortiſſimus anteq̄ dux exercitus præſtantiſſimus. Ille arduis in rebus ad imperium aſſumptus. tu feſſis oportune ſubueniſti. meruit triumphum tantus Cæſar dum po. ro. imperium prorogat: tu dum iterum patriam recipis. expectatus in urbem uenerat Ille. te reducem paruuli noſcere: oſtentare iuuenes: mirari ſenes. corruptam caſtrorum diſciplinam emendauerat Vlpius: tu lapſam: extinctamq; reduxiſti: & poſt longam deſuetudinem in melius reformaſti. Inde te agmina ducente hoſpitum nullus iniurias militum ſenſit: inde (quod eſt pulcherrimum uictoriæ genus) ſolo terrore ſæpius hoſtem domuiſti. Qua uigilantia: quo labore: quanta alacritate: quod denique periculis bella ex bellis confeciſti? cum robur corporis ingens par animi fortitudo comitaretur? & tamen bellicis artibus innutritus pacem amas. non times bella: nec prouocas: quorum alterum fortitudine: alterum moderatione efficitur. In deditis quanta clæmentia tua? quanta humanitas? edoctus experimento ſummi ducis eſſe in pugna ſtrenue reſiſtere: & ferrum contra armatos impigre ſtringere: inermes: & deuictos pro ciuibus habere. Poſſem hic pluribus immorari: ſi uellem recenſere quot hoſtes clariſſimos mitius tractaueris: quot ſimultates reipub. cauſa depoſueris. Non noua dignitas ulla: non innumeri honores: & maximi: non q̄ pro inuictiſſimo; potentiſſimoq; Rege noſtro tanti exercitus ſummus Imperator fueris: aliquid ex moribus tuis immutarunt. nihil enim in illos fortunæ licuit: immo tanto humanior: quo felicior: & quia felicitatem tuam recte noueras: eam optime ferre didiceras. Liberum eſt omnibus te alloqui: finemq; ſermonis ſuus cuiq; pudor: non tua ſuperbia facit. Quam diligens in omnes: & conſtans amicicia: cumq; tibi larga demerendi ciues materia ſuppetat: quamlibet occaſionem uenaris: ut in dies plures concilies: cumq; multa donaueris: longe tamen plura tibi ſuperſunt. nam quod benignitate tua effundis: id diligentia reparas. ſcis enim illam eſſe ueram munificentiam: quæ dignis condigna diſtribuit: non quæ: quod huic donat: auferat illi. Tu uero cum ſis alieni abſtinens pari laude uoluptatibus tuis moderaris: neq; ſuperfluo cœnarum luxui indulges. non enim diſtentus crapula ſidigna principe loqueris. ſed ciborum modeſtiam honeſti ſermones cōdiunt. ſequuntur remiſſiones feriæ tua conuiuia: nō hiſtriones: & ſcurræ: & q̄q̄ rebus arduis implicitus amas ſtudia: nec fere ullum intermittis diem: quo uel Cæſaris geſta: uel alterius maximi ducis non relegas: ut teipſum in illo ſpeculeris: conſilia cum tuis conferas. Denique domum tuam ita inſtitueris: ut quandoq; beneuiuendi poſteris exemplū datura ſit: nihilq; in laribus tuis non laudabile cōſpiciatur: imprimis. III. uxor tua Beatrix moderationis: caſtitatis: ſanctitatis norma: q̄ cultu modeſta: q̄ parca comitatu: q̄ ciuilis inceſſu: diceres Romanarum ueterum principem aliquam. Verum cur præfationis formam excedimus? nam ſi uellemus clariora ſectari: in panagyricum alium panagyricum contexeremus. Nos uero præter admirandas in te uirtutes priuatum beneficium ad hoc conſiliū compulit. cum. n. domus noſtra Catanæa diuulſa inuicē: alii alia ſectarentur: & uetus inter gētiles ſimultas (nolo dicere diſcordiā) pridem inualuiſſet: tandem diuino numine concordiā reſpiceret: idq; impetrandum eſſet a ſenatu: ſed iam propter nonnullorum occultū bellum deſperaretur: tu cum prudentiſſimo Præſide: uos inquam huius urbis duo clariſſima lumina diſſidentes concordaſtis: & priuilegiis honeſtiſſimis familiam noſtram coniunxiſtis. argumētū firmiſſimū neutrum alicui factioni ſtudere: ſed orbe quodam ſocialitatis omnes pariter fouere. Num igit tibi meritiſſimo dicare debuimus Traiano inuictiſſimo dictam orationē omnium eius generis præſtātiſſimā? a Secundo publicatam eo conſilio: ut imperatori optimo uirtutes ſuæ ueris laudibus cōmendarentur. deinde ut futuri principes non quaſi a magiſtro: ſed tamen ſub exemplo præmonerentur: qua potiſſimū uia poſſent ad eandem gloriā niti: in ea tanta uis eloquentiæ fuit: ut illum ipſum Traianum eodē uirtutis tenore ad extremū uitæ finem perduxerit. humanum: liberalem: iuſtum conſeruauerit: feliciſſimum eius imperium præſtiterit: quā Sidonius incomparabili principi comparabilem. i. admirādā acutiſſime iudicauit: certe unicum futuris principibus regendi exemplar: ut credibile ſit: qui inſecuti ſunt imperatorum optimos præſtitiſſe. nam ſi cenſent Iſocratis ad Philippum orationem plurimum Alexādro profuiſſe ad ſuſcipiendam aduerſus Barbaros expeditionem: quantū putamus hanc poſteris contuliſſe non

Traiano missam:sed dictam in illo senatorum ordine clarissimo:frequéti malorum Cæsarum recordatione: uel í uirum quæ poterat ad bonum trahere? Consistit autem in genere demonstratiuo diuini Cæsaris laudes complexa:cuius ordo mirabilis:& transitus rerum ita conuexus:ut idem corpus una superficie contentum uideatur:uariis figuris tanq̃ luminibus decenter illustratũ.sine cõtrouersia inter panagyricas orationes princeps.quæ uerbis idoneis:& sententiis ad inuentionẽ accõmodatis exornata Traiani raram felicitatem puro dicendi flumine compræhendit. Versatur in graui figura:quam interdum mediocris suscipit:neqꝫ.n.semper affectanda sunt elata:& excelsa.in ea splendorem:magnitudinem:grauitatem:uenustatem:celeritatem inuenies:neqꝫ desiderari potest artificium:dictio:figura:membrũ: cõpositio:clausula:sonus.uitat enim uocaliũ cõcursum : & quæ reddunt orationẽ hiantẽ:inde de rhytmũ fluit succulenta,facilitatem uero ita temperauit : ne in humilem sermonem decideret : sed dignitatem suam,retineret:at dicendi libertatem:ut non monere:sed probare uideatur.Nec mirandum si elocutio: & ars sæpe detegitur:nam iis actionibus:quæ in aliqua sine dubio ueritate uersantur:& sunt ad popularem aptæ delectationẽ:quales legimus panagyricos:totumqꝫ hoc demonstratiuum genus: permittitur adhibere plus cultus:omnemqꝫ artẽ:quæ latere plærunqꝫ in iudiciis debet non confiteri modo: sed ostẽtare hominibus in hoc aduocatis. Vna autem & maxima in hoc opere difficultas nos circumstetit:Neruæ:Traianiqꝫ gesta:quæ frequenter in hoc libro occurrunt publica litterarum iactura ferme deperdita. nam ueterum nemo circumfertur:qui illorum uitas luculenter a se scriptas nobis transmiserit. Dionis enim & reliquorum compendiosa quædam admodum:& interciſa supersunt, cũ tñ legerimus multos: ut Marium Maximũ:Fabium Marcellinum:Aurelium uerum:Statium Valentem Traiani res posteris tradidisse.Elaborandum igitur fuit non mediocriter circa historiæ conquisitionem: & ut in integram: ueramqꝫ lectionem Secundũ restitueremus.quod si aliqua necessaria desiderabuntur:scias.III.Princeps nobis bonam mentem non defuisse:enixumqꝫ pro uirili nostra diligentis interpretis officio fungi.licet arduum fuerit in tanta rerum caligine : ac ꝓfunda disciplina ingenii nostri uiribus ubiqꝫ paria feciſſe. homines.n.sumus:& primi hoc opus ab aliis q̃uis doctissimis hucusqꝫ intactũ aggredimur nullius auxilio nixi. Veniã itaqꝫ petimus si quid minus conueniens offenderis:q̃q̃ si ea facilitate:qua cæteroꝝ scripta nostra respexeris:non solum uenia:sed & laus speranda est.nobis tamen uenia sufficit.

ℂ Ad eundem.III.Príncipem Hendecasyllabum Thomæ Mayni.

En qualís tibí Plínii Secundí
Traíano celebratus ín senatu
Prætexta melíore nunc líbellus
Excultus:quía falce díligentí
Purgauít segetem male occupatam
A rubígine:lolío:cícuta:
Morbo gramíneo:sítuq; turpí:
Clara difficíles notatíone
Absoluens Catanæus ílle sensus:
Rítus:hístorías:genus loquendí
Romanum:lepidum:decens:uenustum:
Díuínum:graue:floridum:recoctum.
Nunc excultus ager:subacta terra:
Nunc læta est seges.Haud grauí labore
Prínceps collíge fertíles labores.
Andreæ Sarrachí præsbyterí ad Interpretem
Ede opus egregíum:maturos excute fœtus:
Atqꝫ panagyrícus sít ducís íste meí.
Traíanum laudas:par est Tríuultíus Heros:
Q ui sese ín díuo Cæsare sæpe íuuat.
Iís oblectatur:studíosos sustínet:audít
Rhetoras:hístorícos:hos colít:hosqꝫ fouet.
Tutus erís tanto sub Príncípe.felle tumente:
Gorgoneo rabíem díssimulare uolent.

IOANNES MARIAE CATANAEI COMMENTARII IN PANEGYRI CVM. C.PLINII CAECILII SECVNDI NOVOCOMENSIS.

BEne.C.Plinius Consul designatus cum Cornuto Tertullo Imperatori Traiano gratias in senatu agit principem optimum a parentibus:& adoptione laudans res gestas liberalitatemq; commendans quod delatores expulerit quod uectigalia repressérit leges moderatus sit pan tomimos sustulerit doctos fouerit.admiratur in eo humanitatem statuarum: honorumq; modestiam: sed plura de consulatibus eius: quos gesserat: & gerendos recusabat tractat:iusticiam:tolerantiam: adundi facilitatem diligenter exponens:illi uotorum nuncupationes: illi inusitatas acclamationes a senatu habitas:corporis bona sed animi magis admiranda ubi potest malorum Cæsarum comparatione:Domitiani præsertim:cuius uitam ubiq; exagitat:illius uirtutes reddit illustriores.totam deniq; domum: Plotinam imprimis uxorem & Martianam sororem Traiano similes extollens quã toq; studio coluerit amicicias suspiciés. Illa ex tertio de Oratore uerba commode huc transferri possunt. ornatur oratio genere primum:& quasi colore quodam:& succo suo:nam:ut grauis:ut suauis:ut erudita sit:ut liberalis:ut admirabilis:ut polita: ut sensus: ut dolores habeat:in toto spectantur hæc corpore:ut porro conspersa sit:quasi uerborum:sententiarumq; floribus: id non debet esse fusum æquabiliter per omnem orationem sed ita distinctam ut sint quasi i ornatu dispositа quædam insignia & lumina.ipse præterea Secundus apud Voconium huius orationis ordinem transitum figuras elocutionem commendat Panegyricæ orationes demonstratiuæ sunt inde græcorũ aliqui tradidere causarum alias deliberatiuas alias iudiciales alias panegyricas esse. nam πανηγυρις festiuitas laus conuentus dici potest απο του παν και αγυρω. quod est totum congrego.Philostratus libro octauo in Panegyri templa sunt & Deorum cellæ & stadia ad currendum proinde scenæ & gentes plurimæ partim ex finitimis partim ex transmarinis regionibus uenientes ex multis insuper artibus & sophismatibus constat panegyris ex uera quoq; sapientia & poetica ex consultatiuis etiam & disputatiuis orationibus & musicis cantibus. panegyrin quidem dico esse uirorum conuentum & locum ipsum quo ipsos conuenire necesse est.unde merito inscribitur panegyrica oratio quod in couentu & celebritate senatorum dicta fuit in laudem Traiani. dicitur Secundi panegyricus sicut Isocratis panegyricus ad τον λογον respiciendo apud græcos enim inscribi solet ολος πανηγυρικος sicut apud nos oratio panegyrica nam ολος masculino genere comprehenditur at oratio fœminino.præter Traianum imperatorem lego alterum Traianum patricium sub Iustiniano Cæsare qui chronica scripsit compendia admodum probata & fidem Orthodoxam secutus. Bene ac sapienter. procœmium apparatum. Quod in deliberatiuo & demonstratiuo laudabile uerum in iudiciali genere præcipitur inutile. Trapezuntius Hermogenem secutus hãc procœmii expositionem uocat:quod cum fine conuenit:nam sicut a precationibus incipit:ita per easdem concludit.duplex lectio circumfertur ut rerum agendarũ ita dicendi inicium a precationibus capere:cuius erit ordo.instituerunt capere inicium a precationibus sicut agendarum rerum ita dicẽdi. alia ut rerum

CAII PLINII CAECILII SECVNDI NOVOCOMENSIS PANEGYRICVS NERVAE TRAIANO AVGVSTO DICTVS.

BEne ac sapienter patres. C. maiores instituerunt: ut rerum agendarum: ita dicendi initium a precationibus capere. Quod nihil rite: nihilque prouidenter hoies sine Deorum immortalium ope: Consilio:honore: auspicarẽtur. Quí mos cuí po

Panegyricus

agendarum ita dicendi initium a precationibus caperetur: ut fit ordo inſtituerunt caperetur initium a precationibus ita dicendi ut rerum agendarum: quæ cum fit durior: & ordo perturbatior minus. proce dit. Vt rerum agendarum. latis conſtat nunquã fere Romanos iniiſſe magiſtratus: bella ſuſcepiſſe: ré aliquam publicam tractaſſe: niſi prius nuncupatis uotis: captato augurio: ſacris rite peractis inde libro primo Valerius Maximus: priſco inſtituto rebus diuinis opera datur: cum aliquid commendandum eſt precatione: cum expoſcendum uoto cum exoluendum gratulatione: cum inquirendum uel extis: uel ſortibus impertito: cum ſolemni ritu peragendum ſacrificio: quo etiam oſten torum ac fulgurum denunciationes ꝓ curantur. Ita dicendi. contenti erimus uno Liuio: in cuius initio cõcionum ſæ pe legimus: quod Felix fauſtumq; ſit ſe natui populoq; Ro. & alibi. Deos im mortales milites ueſtros publicos meoſ q; ab urbe proficiſcens adoraui ueniam q; ſupplex popoſci. ut taceamus Vale rium qui in prologo ſui operis teſtatur priſcos oratores a Ioue optimo Max. be ne orſos. Quod nihil rite. expoſitionis ratio ueriſſima. Rite. bene. recte. Au ſpicarentur. inciperent. Conſuli. qui præeſt reipub. & poſt imperatorem ſum mum ius habet. ante imperatores pri mum obtinuit. Vſurpandus. uſitan dus. Colendus. obſeruandus. Impe rio. iuſſu. Optimo. Traiano. Gratias: pro conſulatu. Caſtus. abſtinuit Traia nus ab adulteriis. ſed puerorum amori bus non caruit. Rectores. principes. nã Homerus ſecundo Iliados regibus. in quit dignitas ab Ioue tribuitur his qui dem uerbis τιμὴ δ' ἐκ Διός ἐστι & no no ſcribit Agamemnoné ab Ioue regẽ factum. Cæſares etiam a deo dari opina tur Vegetius libro ſecundo: & ſecundos a deo generi humano præeſſe apud græcos legere memini, patrẽ filiũ Numã admonuiſſe regnũ ſuſcipe ret: tanq̃ diuinũ donũ & dei miniſteriũ. Occulta. nobis incognita. Coŕã. Nerua ob ſenectutẽ deſpe ctus a militib⁹ Capitoliũ ingreſſus exclamauit. q; felix fauſtũq; ſit ſenatui populoq; ro. & mihi. M. Vlpiũ Neruã Traianũ adopto: & Cæſarẽ facio: q̃re Secũdus nõ ml'to poſt inqt nõ tua ĩ cubiculo: ſed ĩ tẽplo: nec ante genialẽ torũ: ſed añ puluinar louis opt. max. adoptio pacta ẽ. ſequit aũt rheto⁹ ꝓcepta: nã ſcripſit de Oratore. M. T. noſtrã oŕonẽ ornari a reb⁹ geſtis iudiciis hoium cõprobatis ĩ qb⁹ ẽt felicitatẽ ipſam deoq; imortaliũ iudicio tribui laudationis ẽ. Inter aras & altaria. Seruius ſup illud Virgilianũ: en quat tuor aras: Ecce duas tibi Daphni: duoq; altaria phœbo: tradit: nouimus aras & dũs ſuperis: & ĩferis cõſe cratas: altaria uero eẽ ſuperoq; tm̃ deoq;: ſic alteq; ab altero Tacitus li. xvi. diſtinxit: poſt altaria & aram cõplexa dicẽs: altare qdã dictũ uolũt ab altitudine: q; antiq diis ſupis ĩ ædificiis a terra exaltatis ſacra fa ciebãt. diis terreſtrib⁹ ĩ terra: diis ĩferiorib⁹ ĩ terra defoſſa uel altare appellatũ: q; ĩ eis ignis adoleẽ. i. excre ſcat ara uel ab area dicta ẽ loco ĩ urbe puro: q; ara deũ pura ſit: uel ab ardore: ad quẽ ut ſit fit ara: author Varro de lĩgua latina: ſed idẽ libris diuinaq; req; dixerat ſi Macrobio credimus aras primũ anſas uoca tas: q; eẽt neceſſariũ a ſacrificãtibus eas teneri. anſis ãt teneri ſolere uaſa qs ambigit? Eodẽq; loci. ĩ eo lo co. i. ĩ Capitolio. Deus. Iupiter opt. max. Capitolinus. de extructiõe tẽpli capitolini multa Plut. ĩ Publi cola & Dionyſius lib. iiii. & Liuius prĩo: in illo fuerũt tria ſacella æqualia ĩter ſe cõia hñtia latera: mediũ qdẽ louis hĩc inde Iunonis: & Mineruæ ſub una aquila unaq; uelata tectura. appellaẽ Iupiter ſcdm Cice. pro domo ſua optimus pp beneficia quæ Romanis pſtitit Maximus aũt pp uim. Manifeſtus. putabat antiquitas magis pñtẽ Iouẽ ſupplicibus in tẽplo capitolino q̃ alibi q; ibi tanq̃ in arce cœli ſolemnibus ſacris & cultu põpabiliore excoleret. Quo magis. reddito rõnis quæ breuiter cõplectit id q; ex poſitio ne & rõne cõficit ueluti ipſius rei apta ꝓpoſitio. Cõditoré. at Romulũ oés conditoré urbis tradũt ſed quia nihil fit ſine deo opt. max. cuius nutu ferũt Romulo aues addixiſſe nõ iniuria cõditoré urbis Iouẽ appellauit. Cõſeruatoré. qui a Domitiano deinde a tumultuãtibus militibus ĩperiũ trãſtulit ĩ Traianũ cuius incolumitate rẽp. floréte & incolumẽ a diis ſeruari in epiſtolis retulit. Digna. repetitio. Liber tas fides ueritas. diſſolutũ. Conſtet. manifeſta ſit. A neceſſitate. quia inuiti non cogimur ullo timore.

Princeps a deo.

Ara. Altare

Capitoli nũ tẽplum

tius quam conſuli? aut quando magis uſurpan dus: colenduſq; eſt? quam cum imperio ſenatus? authoritate reipublicæ ad agendas optimo prin cipi gratias excitamur? Quod enim præſtabilius eſt? aut pulchrius munus Deorum? quam caſtus: & ſanctus: & diis ſimillimus princeps? Ac ſi ad huc dubium fuiſſet forte: caſuq; rectores terris: an aliquo numine darentur: principem tamen no ſtrum liqueret diuinitus conſtitutum, non enim occulta poteſtate fatorum: ſed ab Ioue ipſo corã: ac palam repertus: electus eſt quippe inter aras: & altaria: eodemq; loci: quem deus ille tam mani feſtus: ac præſens: q̃ cœlum: ac ſidera iſedit. Quo magis aptum: piumq; eſt te Iupiter Optime Ma xime antea conditorem: nunc conſeruatorem im perii noſtri precari: ut mihi digna conſule: digna ſenatu: digna principe contingat oratio: utq; om nibus quæ dicentur a me libertas: fides: ueritas conſtet. Tantumq; a ſpecie adulationis abſit gra tiarum actio mea: quantum abeſt a neceſſitate.

Equidem.comprobatio:quæ eſt redditionis cauſa:remq; totam manifeſtius tangit. Idem illud ſimile. Alio. principe: claritas orationis: quam puritas & elegantia conficit. Illæ. blandæ & adulatoriæ. Exprimebat.extorquebat:educebat. Eadem.falſas laudationes. Eadem ſecreto:clam malis principibus maledicimus. Prius.ſub Domitiano:qui deus dici & credi uoluit: Aureliano: Dione. Euſebio: Tranquillo tradentibus.nam poſtquam ſcripſit epiſtolam ſuis procuratoribus:cuius initium fuit. Dominus: & deus noſter ſic fieri uoluit: inſtitutum poſt hac: ut ne ſcripto quidem ac ſermone cuiuſquam appellaretur aliter: quinimmo mulier quædam cum in conſpectu imaginis illius ſe exuiſſet ſupplicio ē affecta. Nuſquam. nec publice nec priuatim. Vt deo addam prædictis Oroſium ſcribere in tantum ſuperbiæ prolapſum Domitianum ut Dominum ac Deum ſeſe uocari:ſcribi:coliq; iuſſerit: Apollonium q; philoſophum narrat Philoſtratus ab accuſatore iuſſum ut omnium hominum Deum Domitianum reſpiceret. illum autem oculos ad culmen domus.i. ad Ioucm ſuſtuliſſe. Vt numini. tanq; deo. Non enim de tyranno contentio color.complectitur in hac oratiõe optimi Traiani:& peſſimi Domitiani uitam ut gratior fiat: nam nec bonum uirum proprie & copioſe laudari ſine uirtutũ: nec improbum uituperati ſine uicioꝝ cognitione ſatis inſigniter atque aſpere poſſe teſtatur Cice. de Oratore. Domino.cuius correlatiuum ſeruus. Ex nobis.ex numero noſtro: ideſt hominem.

Hoc.propter humanitatẽ. oratio exacta & diligens:quæ ornatum in ſe continet. Hominibus quos decet humaniter tractare. Dignos. bene obſequendo illi. Identidem.frequenter. Si præſtamus maius obſequium ſi magis ſubiecti ſumus.cum ſane tyrannis magis ſa mulemur. Et po.populus inquit Romanus obſeruat Traianum & applaudit eius uirtutibus. Concentu. ſuaui uocum concordia.ſolebant enim principũ aliqui diſponere iuuenes robuſtiſſimæ uocis:qui per claſſes diuiſi applauderent imperatori. hoc legimus feciſſe Neronem, quem morem uidetur poeta tetigiſſe:cum canit Tyrios & Troianos applauſiſſe Iopæ canenti. Formoſum alium. Domitianum intelligit: cui ſpectacula edenti populus applaudebat:fuit autem is pulcher: & decens maxime in iuuenta: ſtatura procera: uultu modeſto: ruboriſque pleno: grandibus oculis:uerum acie hebetior:& præter Tranquillus: uerba Tacitus aſſerit habitu decorum: & crebram oris confuſionem ignotis adhuc moribus pro modeſtia accipi ſolitam. quare de eodem Statius in Syluis ait par forma: decorque: Par honor. Hunc fortiſſimum. Traianum ualuiſſe corporis uiribus conſtat uel uno Secundi teſtimonio: qui circa finem huius orationis multa de illius tolerantia tractat: lætumque opere corpus: & creſcentia laboribus membra commendans. Martialis etiam more ſuo ideſt adulatorio Domitianum tanquam formoſiſſimum libro octauo extollit.Hic ſteterit arctoi:formoſus puluere belli Purpureum fundens Cæſar ab ore iubar: Hic lauro redimita comas:& candida uultu Roma ſalutauit uoce manuque ducem. Perſonat.alta uoce laudat. Huius pietatem.iſta obtinent narrationis locum:nam proponit de quibus dicturus eſt & a perſona Traiani quem laudat & Domitiani quem uituperat incipit ex arte Fabius enim libro quarto initium narrationis quidam utiq; faciendum a perſona putant eamque ſi noſtra ſit ornandam ſi aliena infamandam ſtatim & quamquam is de iudiciali genere loquatur tamen hæc per quandam ſimilitudinem deduci poſſunt ad demonſtratiuum ut pro noſtra perſona ſit illius quem laudamus & pro aduerſarii quem ex comparatione uituperare intendimus narratio inquit Cicero in demonſtratiuo nulla erit quæ neceſſario conſequatur: ſed ſi qua inciderit cum aliquod factum eius de quo loquemur nobis narrandum ſit cum laude aut uituperatione præceptio narrandi eadem quæ in iudicialibus.

Equidem non conſuli modo:ſed omnibus ciuibus enitendum reor:ne quid de principe noſtro ita dicant: ut idem illud de alio dici potuiſſe uideatur. Quare abeant:ac recedãt uoces illæ: quas metus exprimebat.nihil quale antea dicamus. nihil enĩ quale antea patimur:nec eadem de principe: quæ prius: prædicemus: neq; enim eadem ſecreto loquimur:quæ prius. Diſcernatur orationibus noſtris diuerſitas temporum: & ex ipſo genere gratiarum agendarum intelligatur: cui quando ſint hactenus ut deo:nunc nuſquam: ut numini blandiamur.non enim de tyranno: ſed de ciue: non de domino:ſed de parente loquimur. Vnum ille ſe ex nobis:& hoc magis excellit:atq; eminet: q; unum ex nobis putat:nec minus hominem ſe: q̃ homini bus præeſſe meminit.intelligamus ergo bona noſtra:dignoſq; nos illius uſu probemus: atq; identidem cogitemus:ſi maius principibus præſtamus obſequium:qui ſeruitute ciuium:quã qui libertate lætantur:& populus quidem ro.dilectũ principem ſeruat:quantoq; pauloante concentu formoſum alium:hunc fortiſſimũ perſonat: quibuſq; aliquãdo clamoribus geſtum alterius:& uocem: huius pietatem:abſtinentiam: manſuetudinẽ laudat

Quid nosipsi? interrogatio grauis:nam hæc narratio quamquam sit lucida:tamen morata & cum dignitate ornata magnifice fluit. Nosipsi. senatores. Vt amor:& gaudium tulit prout quisq; uel amore:uel gaudio incitatur. Ciuile.pertinens ad ciues. Optimi cognomen.iuxta finem inquit iustis ne deausis Senatus Populusq; Ro. optimi tibi cognomen adiecit: nec magis diffinite: distincteq; designat: qui Traianum q̃ qui optimum appellat. Huius peculiare.Traiani proprium. Arrogantia. qui dedignabãtur optimi cognomen an potius quia illud non merebantur. & si legimus optimi cognomen a senatu. P.Scipionem Naficam meruisse: & Tranquillus tradat Caium imperatorem cognomen optimi maximiq; sumpsisse. Commune. & illi & nobis est. Felices. Traiano acclamarunt senatores:o te felicem:o nos felices:quod cum dicerent non opes illius:sed animũ admirabantur:hæc compræhensa breuius in narratiõe suis locis diffusius tractabuntur. Felicem illum.Traianum: q̃ non moribus:sed fortunæ datum est.

Alternisq; uotis. precatus est Traianus ut ita precibus suis dii annuerent:si iudicium senatorum mereri perseuerasset.precati sunt senatores: ut sic Traianum amarent dii quemadmodum imperator se. Hæc faciat. qualia facit.

Hæc audiat.qualia a nobis audit scilicet felices nos & illum. Quasi non dicturi.talem dicendi libertatẽ nobis concessit ut non benediceremus de Traiano nisi & benefaceret. Lachrymis. nã præ læticia effudit lachrymas. approbasti inquit & ipse acclamationum nostrarum fidem:lachrymarum tuarq; ueritate:uidimus humescentes oculos:demissumq; gaudio uultum:tãtumq; sanguinis in ore:quantum pudoris in animo.

Sibi.suis uirtutibus. Nõ principi. nõ timore & adulatione: ut solent populi principibus dicere. Omnes. senatores.

Pietatis calore.in illis repentinis acclamationibus: cum multa sponte: plura instinctu quodam fecerunt.hic dicit tẽperamentum habuisse in acclamationibus:illic uero modum excessisse. Meditati.præparata oratione. Acclamationes. repentinas laudationes: de quibus in epistolis copiose disseruimus.

Quantum ad me. a persona de quo agit: & sua facit auditorem attentum.

Ad modestiam. ad imitationem Traiani:qui solet in omnibus uti modestia.

Submittam.deprimam:extenuem minus dicturus:quam uirtutes eius meuerint. Quid.nisi modestum. Quid.nisi excellens & diuinum. Inusitata. prioribus insueta. Difficultas.ne uidear immodice laudare. Circumstat.augit:obsedit.translatum uerbum. Non enim periculum est. quod erat sub malis principibus: qui sibi conscii cum laudarentur suspicabantur per contraria notari sua uicia. est autem cõtentio color nec minus ista narrationis locũ obtinent quã superiora. Liuorem.inuidiam. Gratus.si satis dixero. Ingratus.si parum. Animaduerto enim. sententia. Accuratis. elaboratis: elegantibus. Delubris. Asconius templa singulorum Diis attributorum locorum delubra multarum ædium sub uno tecto a Diluuio

Delubrum

Quid nosipsi? diuinitatem principis nostri: an humanitatem:temperantiam:facilitatẽ: ut amor: & gaudium tulit celebrare uniuersi solemus? Iam quid tam ciuile:tam senatorium quam illud additum a nobis optimi cognomen? quod peculiare huius:& proprium arrogantia priorum principum fecit.Enimuero quam commune:quam exæquo: quod felices nos: felicem illum prædicamus:alternisq; uotis hæc faciat:hæc audiat: quasi non dicturi nisi fecerit:comprecamur. Ad quas ille uoces lachrymis etiam:ac multo pudore suffunditur.Agnoscit enim:sentitq; sibi: non principi dici. Igitur quod temperamentum omnes in illo subito pietatis calore seruauimus: hoc singuli quoque meditati teneamus:sciamusq; nullum esse:nec sincerius:nec acceptius genus gratiarũ: quã qd' illas acclamationes æmulemur: quæ fingendi non habent tempus. Quantum ad me pertinet laborabo: ut orationem meam ad modestiam principis:moderationemq; submittam: nec minus considerabo:quid aures eius pati possint: quam quid uirtutibus debeatur. Magna: & inusitata principis gloria: cui gratias acturus non tam uereor: ne me in laudibus suis parcum: quam ne nimium putet.Hæc me cura.hæc difficultas sola circumstat.nam merenti gratias agere facile est patres cõscripti.non enim periculum est:ne cum loquar de humanitate:exprobari sibi superbiam credat: cũ de frugalitate luxuriam:cum de clæmentia crudelitatem:cum de liberalitate auaritiam:cum de benignitate liuorem:cum de cõtinentia libidinẽ: cũ de labore inertiã: cũ de fortitudine timorem. Ac ne illud quidẽ uereor ne gratus: ingratusue uidear: prout satis aut parum dixero.Animaduerto enim etiã deos ipsos non tam accuratis adorantiũ precibus:q̃ innocentia:& sanctitate lætari:gratioremq;

pluuia munitarum:alii delubra dicunt ea templa in quibus nunc delubra corporum abluendorum cau ſa more dodonei Iouis:aut Apollinis delphici:in quorum delubris ſebetes tripodeſq; uiſuntur:ſunt eti- am qui delubra ligna delibratas:ideſt decoriata pro ſimulacris Deorum more ueterum poſita exiſtimét ſed male. Varro Macrobio referente ait delubrum alios exiſtimare:in quo præter ædem ſit area aſſum- pta Deum cauſa: alios in quo loco Dei ſimulachrum dedicatum ſit: ſicut locum in quo figerẽt cande- lam:candelabrum appellatum: ita in quo Deum ponerent delubrum. Seruius præterea quas rationes Aſconius idem & ipſe retulit: ſed in hoc diſſentit Feſto ſimul cõcedente: q; delu brũ ſuſtẽde libratũ:hoc ẽ decorticatũ: quem pro Deo uenerabantur: prodit.

exiſtimari: qui delubris eorum puram: caſtamq; mentem: quam qui meditatum carmen intulerit. Sed parendum eſt Senatuſconſulto: quod ex utilitate publica placuit: ut conſulis uoce ſub titulo gratiarum agendarum boni principes: quæ facerent recognoſcerent: mali quæ facere deberent. Id nunc eo magis ſolemne:ac neceſſarium eſt: qd' parens noſter priuatas gratiarum actiones cohibet:& comprimit:interceſſurus etiam publicis: ſi permitteret ſibi uetare:qd' ſenatus iuberet. Vtrũq; Cæſar Auguſte moderate:& quod alibi tibi gratias agi non ſinis:& quod hic ſinis.non enim a teipſo tibi honor iſte:ſed ab agentibus habetur. cædis affectibus noſtris nec nobis munera tua prædicare:ſed audire tibi neceſſe eſt. Sæpe ego mecum. P. C. tacitus agitaui qualem:quantumq; eſſe oportet:cuius ditione.nutuq; maria: terræ: pax: bella gerant':cũ interea fingẽti: formantiq; mihi principem:quem æquata diis immortalibus poteſtas deceret: nunquam uoto ſaltem concipere ſuccurrit ſimilem huic: quem uidemus. Emicuit aliquis in bello:ſed obſoleuit in pace:alium toga: ſed non:& arma honeſtarunt: reuerentiam ille terrore: alius amorẽ humilitate captauit:ille quæſitã domi gloriã in publico:hic ĩ publico partã domi pdidit: poſtremo adhuc nemo extitit: cuius uirtutes nullo uitioq; cõfinio lederent'. At principi noſtro quãta

Meditatum:exultum. Carmen.cantum. Senatuſconſulto. decreto patrum. Sub titulo. ſub inſcriptione & uelamento:ac prætextu. Solemne.præcipuum. Priuatas. a priuatis hominibus. Cohibet.uetat fieri ſibi. Parens. qui nos diligit filiorum inſtar': & ideo pater patriæ iure nominatus. Interceſſurus publicis.prohibiturus etiam publicas gratiarum actiones. ſi uellet infringere ſenatuſconſultum. Cæſar Auguſte.a primo imperatore Octauio cæteri cognomen Cæſaris Auguſti ſibi uẽ dicarunt. Moderare facis. Alibi in loco priuato. Hic.in ſenatu. Iſte honor. gratiarum actio. Non habetur tibi.tu non queris hunc honorem. Sed ab agẽtibus. unde illud Ariſtotelis: honor eſt honorantibus: ideſt in poteſtate dantis non autem accipientis. Cædis affectibus noſtris.permittis q; cupimus. Nec eſt neceſſe.nec cogimur. Munera. beneficia. Gerantur. adminiſtrentur.

Aequata poteſtas:qui parem poteſtatem haberet in terris: quam dii habẽt: quorum nutu omnia reguntur. Voto.paradoxon. Similem.talem & tantum.ſane Traianus fuit admirabilis:cuius uirtutes diuus Gregorius ſcriptis recognoſcens precibus a Deo illi cæleſtem uitam impetraſſe traditur. Enituit aliquis in bello.facit diuiſionem exponendo quæ dicturus ſit: nam Marcus Tullius in rhetoricis genus demõſtratiuum tractans diuiſione inquit hac utemur: exponemus quas res laudaturi ſumus:in ea ſi Hermogeni credimus ſumma conſiſtit elegantia:non ſolum uerbis:ſed etiam ſententiis: quando ſcilicet præparamus auditorem:& in ordinem dicenda redigimus. legitur etiam emicuit. In bello.ut Annibal. Marius:teſtatur Auſonius Traianum bello: paceq; claruiſſe. Aggreditur regimen uiridi Traianus in æuo Belli laude prior:cætera pacis habens.& Epitomata uitæ Traiani:non ut bellicoſus alia pacis neglexit:aut minus intellexit:ſed ſæpius pro tribunali iuſtiſſime iudicauit. tali dicendi modo quo Secundus utitur Claudianus pro Stilicone. Corpus deſtituit: bellis inſignior ille: ſed pacẽ fœdat uiciis:hic publica felix:ſed priuata domus: partitum ſingula quenquam Nobilitant: hunc forma decens:hunc robur in armis: Hunc rigor:hunc pietas: illum ſolertia iuris: Hunc ſoboles caſtiq; tori:ſparguntur in omnes:In te mixta fluunt:& quæ diuiſa beatos perficiunt: collecta tenes ſic Propertius libro tertio. Hic ſatus ad pacem hic caſtrenſibus utilis annis. Toga.pax.qua Marcus Tullius habilior & clarior. Honeſtarunt.extulerũt. Ille alius q̃lis Marius:Sylla.Calligula & Domitianus. Alius. qualis Claudius primus Cæſarum fidem militis etiam præmio pigneratus & quodam cum ferro circa ſacrificantem ſe deprehenſo ſenatum per præcones propere conuocauit lachrymiſq; ac uociferatione miſeratus eſt conditionem ſuam cui nihil tuti uſq̃ eſſet ac diu publico abſtinuit. Sic Otho ad promerendum militum fauorẽ humili concione eos adhortatus eſt. item Nero & Domitianus largitionibus plærunq; ſibi amorem conciliarunt. Domi.in re priuata. Confinio.contagio.commixtione.

Concordia coniunctio. Concentus.conuenientia collaudatio. Seueritati.Marcus Tullius de Bruto.quid enim tam distans:quam a seueritate comitas? quis tamen unquam te aut sanctior est habitus: aut dulcior? Firmitas.fortitudo corporis. Iam honor capitis. canicies quæ quidem in homine graui uenerabilis est.refert Dion dum Traianus Agarenos oppugnat cognitum ab hostibus maiestate caniciei:& grauitate oris:quamuis imperatoria insignia deposuisset.itaq; sagittis petitum:& unum ex equitibus iuxta interfectum. Dignitas oris.maiestas:pulchritudo digna imperio Claudianus de Stilicone. Iam tum conspicuus.iam tum uenerabilis ibas: Spondebatq; ducem celsi nitor igneus oris Membrorumq; modus laudat a bonis corporis a natura attributis ea sunt ut uelocitas uires.ætas dignitas ualitudo. Ad hoc præterea. Aetatis indeflexa maturitas.florida uirilitas.tradunt authores Traianum imperatorem electum in ætatis robore utpote qui quadragesimum annum agens imperare cœperit ut alios omittam unico Suidæ testimonio contenti erimus. Traianus princeps iustus & corporis robore præstãs quadragesimo ætatis anno sumpsit imperium:& quodammodo omnia pariter:quæ priuati solent:uoluit elaborare. Dionis abbreuiator.xl.unum addidit. Traianus inquit non mediocriter enituit in iusticia: & fortitudine: morumq; simplicitate: ac robore corporis: nam unum &.xl.annum agens imperator creatus etiam animo uigebat: ut neque iuuentute magis auderet: neque senectute retardaretur: nam Onexander libro de imperatore eligendo præcipit nec iuuenem nimis:nec senem esse oportere imperatorem: quod alter credulus nimis & audax imbecillus alter & timidus alii etiam græcorum.xl.duos addiderunt: cui sententiæ uidetur Eusebius concedere si diligenter annos computaueris unde miror Flauium Vopiscum referre Tacitum imperatorem dicere solitum Traianum senem ad imperium uenisse. Insignibus. canicie. Maiestatem.reuerentiam: quæ maioribus habetur. Cæsaries. coma a cedendo dicta. Longe lateque. manifestissime. hunc locum imitatus est Pacatus in panagyrico Theodosii.tua inquit hæc forma uenerabilis quam lõge lateque conspicua commendat imperium. Ostentant.indicant. Non bella ciuilia. respicit Augustum:quem Romana respub.iam bellis ciuilibus fessa libenter imperatorem accepit:etiam ad Vespasianum referri potest. Adoptatio.electio:assumptio in filium per Neruam. Exorata.propicia: precibus nostris fauentia. Orosius. Nerua Traianum in regnum adoptauit: per quem re uera afflictæ reipublicæ diuina prouisio consuluit. An fas. interrogatio grauis. Quem dii.quem Traianum dii crearunt nobis. Iudicium. Dion in Domitiano. Traiano Vlpio & Acilio Glabrione coss. signa apparuisse ferunt:quibus Glabrioni mors:Traiano imperium portenderetur.Secundus in peroratione orationis Iouem appellans dicet. tu clara iudicii tui signa misisti: cum proficiscenti ad exercitum tuo nomine: tuo honore decorasti. Ad exercitum. germanicum: dum cum imperio illuc a Domitiano mitteris. Largus cruor.hecatombe.innumeræ uictimæ. Tranquillus memorat tribus mensibus ac ne totis quidem supra centum sexaginta milia uictimarum cæsa pro.C.Cæsare. Sinister.felix.læuum cum de humanis rebus est contrarium est:cum de cœlestibus prosperum:nam quod nobis sinistrum:diis dextrum est. unde pluribus quærit Plutarchus:quid est quod auspiciorum quod sinistrum dicitur prosperum ac secundum putatur. De more.qui cum imperio in prouinciam proficiscebatur ĩ capitolio uota nuncupabat litabatq;: Traianum igitur ut hoc faceret capitolinum templum ingredientem Romanoq; turba consalutauit optimũ.maximũ.q̃q̃ tunc non id intenderet:putabat enim consalutasse Iouem optimum maximum sed euentus docuit consalutasse Traianum: cui deinde cognomen optimi est inditũ: & maximus oĩum factus.secundũ artem hunc locũ tractat:dum explicat qbus inditiis dii futuram fœlicitatẽ promiserint:hoc Fabius lib.iii.præcipit. Non id agentium. non intendentes te salutare. Limen ingressum Iouis capitolini. Insederat.circunsteterat. Foribus.templi. Consalutauit Deum. Iouem opti.maxi.

Læuum.

concordia: quantusq; concentus omnium laudũ: omnisq; gloriæ contigit: ut nihil seueritati eius hilaritate: nihil grauitati simplicitate: nihil maiestati humanitate detrahatur. Iã firmitas: iam proceritas corporis: iam honor capitis: & dignitas oris: ad hoc ætatis indeflexa maturitas: nec sine quodã munere deum festinatis senectutis insignibus ad augendum maiestatem ornata cæsaries: nonne lõge: lateq; principem ostentant? Talem esse oportuit: quem non bella ciuilia: nec armis oppressa. R.P. sed pax.& adoptatio:& tandem exorata terris numina dedissent. An fas erat nihil differre inter imperatorem: quem homines: & quem dii fecissent? quoq; quidem in te Cæsar iudicium:& fauor tũc statim: cum ad exercitum proficiscereris: & quidẽ inusitato enituit.nam cæteros principes: aut largus cruor hostiarũ: aut sinister uolatus auium cõsulentibus nunciauit: tibi ascẽdẽti de more capitoliũ q̃q̃ nõ id agentiũ ciuiũ clamor: ut iã principi occurrit: siquidẽ omnis turba: quæ limen insederat ad ingressum tuum foribus reclusis iã quidẽ

Vt tunc arbitrabatur.ſic tunc oēs exiſtimabāt Iouem ſalutatū. Euentus.cum tibi inditum optimi cognomentum:& factus ex max.trahit argumentum ab iis:quæ ſecuta ſunt rem.Dion uero tradit futuri principatus hoc omen extitiſſe Traiano.nā uidiſſe per ſomnū uirū ſenioré in paludaméto & purpurea ueſte:amplius hoc corona honeſtatū:quéadmodum forte ſenatum pingunt:annulo quodá ſigillū ei ad ſiniſtram:deinde ad dextram tranſpoſuiſſe.Tranqui.futuri ſæculi felicitatem a cornice nūciatam adhuc uiuo Domitiano:quæ in Capitolio græce locuta eſt εσαι παγθαλαως erunt omnia bene & Domitianum ſomniaſſe gibbam ſibi pone cerui cem auream enatam:p certoq; h abuiſſe beatiorem poſt ſe:letioremq; portendi reipub.ſtatum:ſicut ſane breui euenit abſtinentia & moderatiõe inſequẽtium principum. Te conſalutauit imperatorem non multo poſt eandem rẽ tractãs inquit q̃ peculiare gaudium eorum: qui te primi in Capitolio conſalutauerunt imperatorem. A cunctis:circunſtantibus:q̃ ut te futurum principẽ crederent

ut tũc arbitrabatur:deum cęterum ut docuit euentus:te conſalutauit imperatorẽ:nec aliter a cũctis omen acceptũ eſt.nam ipſe intelligere nolebas.recuſabas enī imperare.recuſabas quod bene erat imperaturo.igitur cogendus fuiſti.cogi porro nõ poteras:niſi periculo patriæ:& mutatione reipu.obſtinatum enim tibi non ſuſcipere imperium:niſi ſeruandũ fuiſſet.Quare ego illum ipſum furorem: motũq; caſtrenſem reor extitiſſe:qa magna ui: magnoq; terrore modeſtia tua uincenda erat.Atſicut maris: cæliq; temperiem:turbines: tempeſtateſq; commendant:ita ad augendam pacis tuæ gratiam illum tumultum præceſſiſſe crediderim. Habet has uices conditio mortalium:ut aduerſa ex ſecũdis:ex aduerſis ſecunda noſcantur.Occultat utrorumq; ſæmina deus: & plærunq; bonorum: malorumq; cauſæ ſub diuerſa ſpecie latent magnũ quidem illud ſæculo dedecus magnum reipu. uulnus impreſſum eſt.imperator & parens generis hũani

Omen.ſi Varroni fidem præſtamus ab ore dictum quaſi oſmen: q̃ in ore primum elatum eſt.eum ſecutus Donatus paria retulit:& ad rem diuinā referri credidit.Marcellus dixit omen uotum eſſe mentis:& uocis in ſacrificiis dicitur bona habere omina.i.ut circũſtátes:& bona mẽte uelint:& recta oribus proferãt. Omen.

Intelligere.hoc omẽ recuſabas. traductio:eiuſdẽ uerbi crebra repetitio. enumerat Hieron Tyránus apud xenophõtem:quot & quantis uoluptatibus priuatus fuerit factus princeps qbus priuatus fruebatur:unde non mirum ſi Traianus tanquam bonus imperium ſpernebat nec:niſi neceſſario ſuſceperit. Imperaturo tibi. Bene.honeſtam futurũ. Periculo patriæ:mentem ſuſtineres præparat ſe ut ad alia trãſeat:dicturus primo quomodo milites inſurrexere contra Neruam:& ab eo Traianus ſit adoptatus.Mutatione reipu.dum prætoriani milites imperium detractant:& Domitiani interfectores ad pœnã pertinaciſſime expoſtulant:nam Tranqui.inquit occiſum miles grauiſſime tulit:ſtatimq; eum diuum appellare conatus paratus:& ulciſci niſi duces defuiſſent.quod quidem paulo poſt fecit expoſtulatis ad pœnã pertinaciſſime cædis authoribus:uerum Dion latius hunc locum complexus memorat neruam Craſſo Calphurnio Craſſoq; illorum nepoti inſidianti ſibi cum aliis in quodã ſpectaculo aſſediſſe:& ignorantibus detectam coniurationem enſes porrexiſſe:uerbo quid em ut inſpicerent ſi acuti eſſent: quod fieri ſolebat.re aũt ſignificans ſe nihil curare ſi quãprimũ interficeretur.at Aelianus Caſperius p̃fectus prætorio ſub Domitiano.nec ullo a Nerua ſucceſſore accepto:cõtra imperatorẽ milites cum ſeditiõe ſtimulauit expoſtulans interfectores Domitiani ad ſupplicium:aduerſus quos Nerua tantum reſtitit:ut & ueſtẽ exueret:& ſe iugulandum præberet. nihil tamẽ profecit:nam trucidati ſunt quos Aelianus deſtinauerat. quare Nerua ſentiens ſe ob ſenectutem deſpectui apud milites eſſe Capitolium conſcendit ſequẽte magna romanoq; turba:& in cõſpectu iouis bona inquit fortuna ſenatus populiq; ro.& mei.M. Vlpiũ Traianum Neruam adopto:deinde in ſenatu Cæſarem declarauit:& manu propria ad eũ ſcripſit tũc germanicis copiis præfectum. τισειαν δαναοι εμαδακρυα σοισι βελεσσιν.ideſt luant Danai meas lachrymas tuis ſagittis.Sic igitur imperium adeptus Traianus ad ſe euocauit Aelianũ cũ cæteris ſeditiõis ſociis tãq; eorum opera indigens:& de oĩbus meritum ſupplicium ſumpſit. Caſtrenſem.prætorianoq; militũ. Extitiſſe.tanq̃ neceſſariũ. Magna ui.coniuratione prætorianoq;. Modeſtia tua.quæ recuſabat impare.

Turbines temperiem cœli cõmendant.aduerſa faciunt:ut magis proſpera intelligamus. turbines fiũt in fluminibus mariq; & in aere circa terrã:de qbus Seneca libro qnto.&.vii.naturaliũ quæſtionũ:& nos alibi. Tumultũ.timoré multũ.Fabius lib.vii.quid enim eſt aliud tumultus: uiſi perturbatio tanta: ut maior timor oriatur:unde ei etiam nomẽ ductũ eſt. Tumultũ.prætorianoq; inſolentiã. Aduerſa ex ſecundis noſcantur.nã ſi bonũ eſt ut monet Seneca rerũ ſcientia:non poſſumus aduerſa intelligere: niſi ſecundoq; cognitione:nec ſecunda niſi aduerſorũ. Semina.principia.cauſas boni & mali. Diuerſa.ut quod nobis bonũ uideť:maloq; cauſa ſit. Sæculo.ætati noſtræ. Impreſſum.inflictũ. Imperator.Nerua. Parens generis humani.nam præter beneficia pauperibus:& ſenatoribus collata ab eo: iureiuran- Tumultus

do in ſenatu affirmauit ſe neminem ſenatoꝝ interfecturũ.præſtititq;:q̃q̃ inſidiis a quibuſdam petitus.

Obſeſſus.a prætorianis. Obſeſſus.captus:incluſus:articulus grauis. Seni.Neruæ:qui uno anno & menſibus quattuor diebus.ix.imperauit.uixit autem.lxy.annis menſibus.x.diebus totidẽ:Eutropius in hoc diſſentit a Dione:q; non diebus nouem:ſed uno minus imperaſſe &.lxx.ac altero ætatis anno uixiſſe tradit:cui ſnĩæ accedit in Chronicis Euſebius. Parens humani generis.uidetur Auſonius a ſecundo ſumpſiſſe argumentũ illius diſtichi. Proximus extincto moderat' ſceptra tyranno Nerua ſenex princeps nomine:mente parens.Paulus Oroſius.

Neruæ ætas.

Nerua admodum ſenex a Petronio p̃fecto prætorii & Parthenio ſpadone Domitiani imperator creatus emenſo anno imperii ſui diem obiit. Seruandoꝝ hominum. interfectorum Domitiani. Sextus Aurelius author milites expoſtulaſſe Domitiani interfectores ad cedẽ: & Petronium uno ictu: Parthenium uero amputatis prius genitalibus: & in os cõiectis iugulaſſe:q; non conuenit cum Oroſii uerbis: quo enim modo fieri potuit:ut ſpadoni genitalia amputarent? niſi genitalia accipiamus pro mẽbro genitali:eſt autem oratio pathetica cõmouens ſummam miſerationem. Quod nihil cogitur.nam princeps nullius imperio ſubiacet. Ratio.uia.Gubernaculis regimini. Tanti fuiſſe. debuiſſe militem inſurgere in ſuum imperatorem: ut tu imperium ſuſciperes. Diſciplina caſtrorum.militũ obedientia.qui erant in prætorianis caſtris. nam Seianus p̃fectus prætorianarum cohortiũ diſperſas per urbem cohortes una in caſtra primus conduxit ut ſimul imperia acciperent numeroq; & robore & uiſu inter ſe fiducia ipſis in cæteros metus crederet. prætẽdebat laſciui re militem deductũ ſi quid ſubitum ingruat maiore auxilio pariter ſubueniri & ſeuerius acturos ſi uallũ ſtatuatur procul urbis illecebris. hæc tacitus libro quarto. Corrector. refert Dion Traianum continuiſſe milites ſub imperio: neq; unquam contra illum auſos inſurgere: neq; ſeditionẽ mouere:& Spartianus ſcribit Adrianũ militarem diſciplinam poſt Auguſtum labentem in curia ſuperiorum principum retinuiſſe iam tamẽ a Traiano ordinatam.tam & ſi tranqui.referat militem licentia & audacia ferocem a Veſpaſiano ſub diſciplina contentum. Peſſimum exemplum.ut milites uiolarent imperatorem. Optimum.ut a Traiano cogerentur in ordinem.Princeps Nerua. Principem.Traianum. Ante priuſquã incideret tale diſcrimẽ.

obſeſſus:captus:icluſus.ablata mitiſſimo ſeni ſeruandorum hominum ptãs: ereptumq; principi illud in principatu beatiſſimũ: quod nihil cogitur: Si tamẽ hæc ſola erat ratio:quę te publicæ ſalutis gubernaculis admoueret: ppe eſt ut exclamẽ tãti fuiſſe.Corrupta eſt diſciplina caſtrorum:ut tu corrector emendatorq; contingeres: inductum peſſimum exemplum ut optimũ opponeretur. Poſtremo coactus princeps: quos nolebat occidere: ut daret principem:qui cogi non poſſet.Olim tu quidem adoptari merebare:ſed neſciſſemus: q̃tum tibi deberet imperiũ: ſi ante adoptatus eſſes. Expectatum eſt tempus in quo liqueret:non tam accepiſſe te beneficium:q̃ dediſſe. Cõfugit in ſinum tuũ cõcuſſa reſpu.ruenſq; imperium ſuper imperatorẽ imperatoris tibi uoce delatum eſt imploratus adoptione:& accitus es. Vt olim duces magni a peregrinis:externiſq; bellis ad opem patriæ ferendã reuocari ſolebant:ita filius:ac parens uno: eodẽq; momento rem maximam inuicem præſtitiſtis:Ille tibi imperium dedit: tu illi reddidiſti.Solus ergo adhuc qui pro munere tãto paria accipiẽdo feciſti:immo ultro dantem obligaſti.cõmunicato.n. imperio ſolicitior tu:ille ſecurior factus eſt. O nouum:atq; inauditũ ad principatũ iter.non te propria cupiditas: proprius metus:ſed aliena utilitas alienus timor principẽ fecit. Videaris licet qđ eſt

Liqueret.conſtaret. Accepiſſe.dum crearis imperator. Quam dediſſe. dum militum furorem tua adoptione comprimis. In ſinum.in portum:& præſidium ac tutelam. Imperatorem.Neruã.traductio color. Imperatoris uoce eiuſdem adoptantis Traianum in Capitolio. Imploratus.cum ploratu petitus:& inuocatus.Paulus teſtatur Gratianum eadẽ puiſiõe:qua quondam legerat Nerua hiſpanum uirũ Traianum:per quem reſpu.reparata eſt:accitum Theodoſiũ ab Hiſpania fauentibus cunctis ſucceſſorẽ ſibi declaraſſe. Adoptiõe.arrogatiõe.de qua ĩ præcedẽtibus ſatis ſuperq;. Accitus: quia in prouincia erat. Duces magni.qualis Annibal:qui ab italia reuocatus ẽ ad opẽ ferẽdã carthagini iam ppe deuicte.

Ille.Nerua. Reddidiſti.ablatũ prætorianoꝝ uim. Feciſti paria.reddidiſti par beneficium: nã paria facere dr̃is qui æqua repẽdit:lib.epiſt.yii.idẽ nõ feci tñ paria.i.nõ ſatiſfecit beneficiis acceptis. Cõmunicato.mox dicet:ſimul filius:Cæſar mox impator & conſors tribuniciæ poteſtatis:& omnia pariter. & ſtatim factus es. Solicitior.intẽtior inquietior. Ille.Nerua. Securior.te adoptato tãq; ppugnatore aſſumpto. O nouum.præter ſpem & opinionẽ. Propria.tua. Aliena.Neruæ. Quod eſt ampliſſimum impium.circuitio color.cũ rẽ ſimplicẽ elocutione circũſcribimus. Quod reliquiſti.uitã priuatã:quæ

quidem modo sit honesta melior est conditiõe principum. Bono.Nerua. Priuatus esse desiisti. factus es princeps:priuatum dixit respectu principis & si cum imperio erat.in eundem sensum:Tacitus.xvii.de Galba loquens:maior inquit priuato uisus:dum priuatus fuit:cum & sæpe proconsul & cum imperio ex ritisset antequã Cæsar fieret alias priuatus dicitur sine magistratu quasi solus:quod in nullum imperiuꝫ habeat: primum enim dicebat antiquitas solum & singulum. Stationis istius:status & cõditiõis impe- rii. Alium.Neruã. Cognitio.Authore Dione Traianus Cæsar & mox impator a Nerua creatus: q̃is Priuatus.

amplíssímum consecutus inter homines: fœlícius tamen erat illud:quod relíquísti sub. bono príncipe priuatus esse desiísti.assumptus es in laborum: curarumqꝫ consortium.nec te læta:& prospera stationis istius:sed aspera:& dura ad capessendam eã compulerunt. Suscepisti imperium post quã aliũ suscepti pœnitebat.Nulla adoptati cũ eo:quí adoptabat cognatio: nulla necessitudo:nísi qꝺ uterque optímus erat:dignusqꝫ alter elígi:alter elígere:Itaque adoptatus es:non ut prius alius: atqꝫ alius in gratíam uxoris.asciuit.n.te filium non uitricus:sed princeps:eodemqꝫ animo díuus Nerua pater tuus factus est:quo erat omnium.Nec decet aliter filiũ adsumi:sí adsumatur a príncipe:An senatum.po.qꝫ ro.exercitus prouincías socios transmíssurus uni: successorem ex sínu uxoris accípías? summæqꝫ po testatis hæredem.tantum intra domum tuam quę ras? non per totã cíuitatem circumferas oculos? & hunc tíbí proximũ:hũc coniunctíssímũ exístímes quem optimum:quẽ díis símíllímum íueneris? ímperaturus omnibus elígí debet ex omnibus. nõ.n. seruulis tuis dominũ:ut possis esse cõtentus quasi necessarío hærede:sed prícipẽ cíuíbus daturus ímperator.Superbũ ístud:& regium nísí adoptes eũ: quẽ constet imperaturũ fuísse etiã sí non adoptasses.Fecit hoc Nerua:nihíl íntereſſe arbitratus gecognatos is suos habe: et: sed uir prudẽ tíssímus communí omniũ salutí cognationem postposuit: neqꝫ Traiani genus hispanum adoptioni obfuit: & si nullus antea romanorum imperator extitisset alienigena: putauit enim intuendã uirtutem in imperatore eligẽdo nõ patriã.

Necessitudo.uinculum. Vterqꝫ optimus. Claudianus in laudibus Honorii. Hic illi mansere uiri:quos mutua uirtus legit & in nomẽ romanis rebus adoptas iudicio pulchram senem: non sanguine duxit. Hic proles atauum deducens Aelia Neruam. Alius. atqꝫ alius Tiberius & Nero.quorum ille instante Liuia matre.ab Augusto adoptatus est.scribit Tráquil. Tiberium primo uix impetrasse per Liuiam:ut nomine legati in Rhodo esset ubi cum summo discrimine uersaretur impensissimis matris præcibus difficulter obtinuisse.ut in urbẽ rediret deniqꝫ ab uxore expugnatum Augustũ adoptionem non abnuisse.Nero in gratiam Agrippinæ matris adoptat a Claudio:uerum sub exitu suo signa non obscura pœnitentis de adoptione Neronis dedit. Tacitus tradit.C.Antistio.M. Suilio coss.adoptionem in Domitium Neronem authoritate Pallantis festinatã qui obstrictus Agrippinæ ut cõciliator nuptiarum:& mox stupri eius illigatus stimulabat. Claudium consuleret reip. Britãnici pueritiã robore circũdaret.

Vitricus. qualis Augustus Tiberio: Claudius Neroni. Erat.pater omniũ. Aliter. q̃ eligendo eum ab omnibus. Ausonius de Nerua. Nulla uiro soboles imitatur adoptio prolem. Quam legisse iuuat quam genuisse uelit. Transmissurus.traditurus.relicturus. E sinu.ex filiis uxoris ex priuato non publico non ex iudicio.nam cum tiberius nero solus e priuignis esset illuc cuncta uergere filius collega imperii cõsors tribunitiæ potestatis adsumitur omnesqꝫ per exercitus ostentatur nõ obscuris ut antea matris artibus sed pꝛlam hortatu.nam Liuia senem Augustum adeo deuinxerat uti nepotem unicum Agrippam Posthumum in insulã Planasiam proiiceret.nec satis fuit tacito hæc scripsisse nisi etiam libro quarto memoraret tiberium dominationẽ ipsam donum matris accepisse neqꝫ Augustũ dubitasse Germanicum sororis nepotem & cunctis laudatum rei Romanæ imponere sed precibus uxoris euictum Tiberio Germanicũ sibi Tiberiũ adsciuisse. Hæredem. Tacitus.xvii. Augustus sororis filium Marcellũ dein generũ Agrippam mox nepotes suos postremo Tiberiũ neronẽ priuignũ in proximo sibi fastigio collocauit sed is in domo successorẽ quæsiuit. Sũmæ potestatis.imperii. Díis símillimus.diuinũ.Onexander libro de imperatore eligẽdo.diligere oportet imperatorem nõ generis & maiorẽ nec fortunaꝫ: & opimi habita ratione:sed qui temperans sit cõtinẽs sobrius frugi ac tenuis uictus laborꝫ patiens acer ingenio nõ auarus nõ iuuenis nõ senex tẽperatus ne uoluptate abductus curam maximaꝫ reꝫ abiiciat quæ singula quodã pudẽtiæ dono Traiano fuisse legim⁹. Elegi. Tacitus Finita Iulioꝫ Claudiorũqꝫ domo optimũ quẽqꝫ adoptio inueniet.nã generari & nasci a principibus fortuitũ adoptãdi iudiciũ integrũ. Dominũ nõ es daturus dominũ tuis seruis quãdo successorẽ imperii adoptas. Quasi necessario hærede. perinde ac si necesse sit relinquere proximiores hæredes. Illud.est. Regium tumidum. imperiosum cõtumax.

Imperaturum.tanq̃ si diceret nisi adoptatus fuisset a Nerua omnino Traianus imperasset. Hoc.adoptauit quẽ sciebat futurũq̃ principem Genueris Dion in Adriano.genuerim an elegerim multũ interest: qui genitus filius:is erit:quem fata uoluerint.adoptatum aũt unusquisq̃ sibi p̃ uoluntate assumit quare plærunq̃ per naturam stulti atq̃ mutilati filii dantur:qui uero leguntur integro corpore:& sana mẽte.

Elegeris.adoptaueris.Papinius in syluis natos genuisse necesse est.At legisse iuuat. Ac nascunt.nam sæpe nascunt filii perditissimi a parentibus optimis.est.n.hoc in manu fortunæ siue bonos: siue malos suscipias. Ferunt. patiunt dominum. Parum feliciter.malũ. Casum .conditionem. Iudicio.uera lectio iudicium: ut sit sensus nõ solũ credidit iudicio hominum: qui optime de Traiano sentiebant:sed etiam deorum iudicium in cõsilium habuit. est autem in cõsilium habere aliquem:ipsum consulere. In templo iouis Capitolini.anthitheta manifesta. Genialem.cõnubialem: uoluptuarium. Puluinar. lectum qui sterni diis solebat in templis. Tandem.post longum Domitiani seruitium. Fundabatur.inchoabatur firmabatur. Gloriã illam.quod fuerint authores nostræ libertatis. Horum.deorum. Opus.adoptio fuit. Illud imperium.q̃ imperarunt Neruæ Traianũ arrogari. Vterq̃ paruit.diis. Vterq̃.Nerua & tu. Tam qui adoptaret.sic ordinanda uerba.

Ablata.Traianus deuicit Pannonios. de quibus lauream meruit: quam ioui capitolino Nerua optulit adoptiõis tẽpore. Laurea.lauri corona: quæ proprie triumphis dicatur:ea enim triumphantes coronabantur. ipsa quidem pacifera:ut quem prætendi etiam inter armatos hostes quietis sit indicium:romanis præcipue lætitiæ: uictoriarumque nuncia:fasces imperatorum decorat:ex iis in gremio iouis optimi maximi deponitur: quoties lætitiam uictoria nouam attulit.hæc scribit Plini.lib.xy.Pacatus in Panegyrico Theodosii. depositis i gremio capitolini iouis laureis triũphales uiri rusticabantur. Inuicti.Traiani.Exortum initium. Victoriæ insigne.laurea.Augustior uenerabilior.sanctior. Deorumq̃.quia præsentib9 diis & popu.Ro. magna uoce Traianum in Capitolio arrogauit. Hoc est. iterpretatio color. Fessis rebus.tuenti imperiõ. Quasi deposito.assumpto in socium Traiano totam curam reipub.administrandæ ei reliquit. Quãtulum.minimum. Refert.distat. Hoc partiti: cum regnum non capiat duos. Præsenti.in urbe:& opem ferenti:nam tunc aberat Traianus secundum Eusebium & Eutropium imperator apud Agrippinam in galliis factus. Tua iuuenta.tua ætate robusta.Mart.in cõmendationem eius inquit & sortem iuuenemq̃ martiumq̃ in tanto duce militem uideret. Iuuenta.secutus est opinionem illorum qui ætatẽ hominis in tria tantum distinguunt:in pueritiam iuuentam:senectam:& primam ac ultimam inutilem:mediã robustam nisi interueniãt fortuita corporis uitia.mediã ætatem Columella circũscribit a trigesimo usq̃ ad.l.annum. Tumultus.militaris. Istud.hæc quies.

Adoptati.non destitit militaris turba:q̃ filium adoptasset Nerua:sed qa sciebãt qualem uirũ adoptasset. Temere imprudẽter:frustra.Alium:q̃ Traianũ. Obliti.correctio.cum milites audissent Neruam uelle sibi filiũ adoptare magis exarsere in ipsum:sed cum cognouissent esse Traianũ:tunc omnes quieuere. Post adoptionem.nõ intellecto nomine adoptati sunt tamen qui referant ad Pisonẽ: quem Galba adoptauit:& ideo multos læsit:crebræq̃ defectiões fieri cœptæ:sed dum inquit nuper:fecit ut libentius

nueris:an elígeris:sí perínde síue íudício adopten tur líberí: ac nascuntur: níssí tamen quod æquiore anímo ferunt homines:quem prínceps parum felíciter genuít:quam quem male elegít.Sedulo ergo uítauít hũc casum: nec íudícium hominum:sed deorum ẽt ín consilíũ assumpsít.Itaq̃ non tua ín cubículo:sed ín templo: nec ante genialem torũ: sed ante puluínar Iouis optímí maxímí adoptio peracta est:qua tandem non seruítus nostra:sed líbertas:& salus: & securítas fundabatur.Sibí enim dii gloríam íllam uendícauerunt horum opus: horũ íllud ímperiũ.Nerua tamẽ míníster fuít.Vterq̃: q̃ adoptaret tam paruít:quam tu quí adoptabaris.al lata erat ex pãnonia laurea íd agentíbus díis: ut ín uícti ímperatoris exortum uictoríæ ínsígne decoraret.hanc ímperator Nerua ín gremío Iouis collocarat:cum repente solíto maíor: & augustíor ad uocata hominum concíone: deorumq̃ te fílium sí bí: hoc est unicum auxílium fessís rebus assũpsít. Inde quasí deposíto ímperío qua securítate? qua gloría lætus? nam quantulum refert deponas:an partíaris ímperium: nísí quod difficílíus hoc est: non secus ac præsentí tibí ínnixus:tuís humeris se patríamq̃ sustentans:tua íuuenta:tuo robore ínua luít.statím consedít omnís tumultus.non adoptiónís opus ístud fuít: sed adoptatí: atq̃ adeo temere fecerat Nerua sí adoptasset alíum oblítí nesumus: ut nuper post adoptíonem non desíerit sedítio:sed cœperit? írrítamẽtũ ístud írarum: & fax tumultus fuísset: nísí incídísset ín te.An dubíum est:

accedam ſuperiori ſniæ.iam pridem enim Piſo interierat. An dubium.manifeſtum:hoc agit interroga tio ut neges. Dare.alteri. Reuerentiã.obediẽtiam authoritatem.erat enim deſpectui propter ſenſum q̃ uidet obſeruaſſe Secundus:ſed hæc norma non ſemper ſeruanda:præſertim in iudiciali genere:nã interdum oratio perderet uim & acrimoniã ſuã.unde laude dignus eſt noſter orator.qui pro cõmodo ſuo: modo ordinẽ rei ſequit:interdũ prætexit & cõmutat. Simul Cæſar.diximus ex authoritate Dionis ſtatim poſt adoptionem pronũciatum in ſenatu Cæſarem. Mox cũ ab exercitu rediiſſet. Impator. memorat Dion Auguſto Cæſari decretum nomẽ imperatoris nõ tãq̃ maxime alicuius pugnæ uictori:neq; ſumma dignitate prædito ſed ueluti omnium rerũ domino:a quo cæteri imperatores nomen traxere: & ab illo imperatores romanos connumerandos.aliud enim eſſe imperatoris nomen olim uictoribus conceſſum: aliud per quod omnium rerum arbitrium ſignificaretur: náq; poſſe nouos milites recenſere & conſcribere pecunias cõtrahere:bellum indicere:pacem conficere: ſenatores morte punire ex cenſura uero uitas & mores omnium introſpicere ac male meritos notare: ſenatum legere:& quos uoluerit reiicere: ex pontificatu omnium ſacrorum facultatem habere:ex tribunatu ple.inter alia eſſe ſacroſanctum: neq; uerbis: neq; rebus ab aliquo poſſe lædi:eumq; qui id feciſſet ſcœleſtum fore: indictaq; cauſa damnatum demũ is imperator nullis legibus ſubiacet:q; nemini antea unq̃ fuerat conceſſum:Cæſaris & Auguſti appellatio diuerſum a rege ſignificat:nam illius generis ſucceſſionem:huius uero dignitatis ſplendorem monſtrat. Conſors.collega.particeps:ſic prius fuerant Veſpaſianus & Titus:ſic poſtea nonnulli. Tribunitiæ poteſtatis.conſueuerant imperatores uindicare ſibi tribunitiam poteſtatem:quod eſſet ſacroſancta & inuiolabilis:ac maxima pars imperii regalis:primus Auguſtus perpetuam recepit: mox cæteri exemplum eius ſecuti. Omnia. ſolebant his titulis imperatores inſignire:Cæſaris & Auguſti nomine: pontificatu maximo tribunitia poteſtate.proconſulari imperio. Proxime.non multo ante. Parens uerus. Veſpaſianus:quem uerum appellat tanq̃ naturalem Titi parentem:nõ per adoptionẽ. In alterũ filium in Titum:duos enim filios habebat Titũ & Domitianũ. Titus cum patre triumphauit: cenſuráq; geſſit eidem collega in tribunitia poteſtate &.yii.conſulatibus:receptaq; ad ſe ꝑpe omnium officiorũ cura:patris nomine & epiſtolas ipſe dictauit & edicta conſcripſit.hinc in proœmio naturalis hiſtoriæ Pli.ſciãtq; omnes q̃ ex æquo tecum uiuat triumphale & cenſorium ius exeatq; conſul ac tribunitiæ poteſtatis particeps.libro.yii.capite de uarietate naſcendi Veſpaſianum & Titum ſimul Cæſares uocat.& libro.ii.cap. xiii.eclypſim narrat accidiſſe Imp. Veſpaſiani patre.iii.filio iterum Coſſ. Patricio & conſulari.laudat a genere: narrans traxiſſe originem a patre honeſtiſſimo: ſed ipſum magis parentem condecoraſſe. Onexander maiorum inqt & progenitorum ſplendor ſi adſit imperatore amplectandus eſt ſin abſit aut magnopere deſiderãdus:atſi uerum illud Euripidis in Helena. παιδὶ γὰρ καλέος τοῦ ἐκ καλοῦ. οὗτος ἐκ πατρὸς χρηστοῦ εἰς ταὐτὸν ἦλθε τοῖσι τέκνοισι τοὺς τρόπους.i.filio enim gloria hæc.pulcherrima:quicunq; ex patre bono natus in ſimiles uenit parentibus mores:quanto magis laudandus Traianus qui ſupergreſſus ſit paternas uirtutes:traxit autem originem ut omnes conſentiunt ab Hiſpania:q̃dam etiam illic natum prodidere ĩ urbe Italica ſi Euſebio & Eutropio credimus ex familia antiqua magis q̃ clara:nam pater in ea primum conſul fuit:& decimæ legionis tribunus in bello iudaico cum duobus milibus peditum & equitibus mille mittitur a Veſpaſiano aduerſus Aphacam ciuitatem noua molientem ille oppidum captu difficile cognoſcens:nam natura munitum inſuper duplici muro cingebat: & oppidanos cernens paratos eruptione facta ad reſiſtendum:ꝑlium cum his tamen conſeruit eoſq; pauliſper reluctantes in fugam uertit:quos ſubſecuti Ro.exterioris muri ambitum:quo confugerãt cũ ipſis irrũpunt:ſecundum autẽ murũ petẽtes excluſere ſuos metu ne ſimul hoſtes irruerent:quare ad unũ omnes uel per ſe uel a Romanis interiere numero hominum.xii.milia Traianus pater oppidũ pugnatorib9 uacuũ exiſtimans:uel ſi qui adhuc eſſent:nõ auſuros repugnare:excidiũ imperatori reſeruauit. Titus cũ paucis militibus miſſus ſic ordinata acie ut in leuo cornu Traianus ipe in dextro ſtaret oppidũ cœpit cũ magna Galilæorꝝ ſtrage pro quibus Traianus pater triũphalibus ornamẽtis poſtea donatus eſt. Ná ab exercitu qui ſolebat ſuos duces imperatores cõſalutare & Cæſares facere. Germanici no.nomẽ pro cognomine extãt adhuc multæ in marmoribus memoriæ ꝗbus indicat Traianũ cognomẽto Germanici

Impator.

Traiani parentes

honeſtatum q̄ urbes trans Rhenum in germania reparaſſet & feram gentem repreſſiſſet quare in laudibus Stilicomis aperte teſtatur Claudianus illū uiciſſe Germanos:ſed ſummo diſcrimine.multis annis: & per collo qa:quod luue.ſaty.yi.reſpiciens inquit Dacicus & ſcripto radiat Germanicus auro.nā ét Daci cognomē meruit.q̄ libro.viii.epl'a& ex authoritate Dionis ut ueterum memorias omittā ꝓbauimus at qui ſatyrographū ſunt interpretati hactenus male Domitianum intelligūt:quem ubiq̄ lacerat & infectat:Traianū uero ut bonū & ſui tpis impatorē cōmendat:cuius reditū ex Germania ſatyra.x.uoto ꝓ ſequit. Hinc.ab urbe. Agitaſſe.tractaſſe:ꝓcuraſſe. Meruit: & paruit.magna Traiani laus qui ſuis uirtutibus meruerit imperium:& imperiis paruerit.

luue.locus

Obſequio.obedientia. Subiecti:humilis humani. Imperare dū pares iuſſis Neruæ.eſt autem admirabile. Iam Cæſar.creatus eras. frequētatio color. Quātū ad te ptinet.quantū in te erat. Priuatus nō aſſumptus ad imperium. Imperatorem neſciſti.frequēter utit traductione:quæ fit cum uerbum crebro ponitur:ita ut non modo offendat animum auditoris: ſed etiam orationē cōmodioré reddat. Fortunæ.adoptionis. Hoc. priuatus. Liberum. in tua facultate. An non. frequentatio cum res diſperſæ in unum coguntur ut grauior:aut acrior ſit oratio: maxime ſi fit cum interrogatiōe. Legatus.Neruæ. qui ius ꝓcōſulare haberet. ꝓconſulis.n. legatus proprie dicitur. Varro ſentit legatum dictum:quod publice lectus eēt & huius opera cōſilioq̄ imperator uteretur. Vbi.fuiſſet militaris diſciplina: niſi paruiſſes imperatori tuo. Mos a maioribus:ut legatus ꝓcōſuli ſuo pateret:quod ius Caius Calicula imminuit.

Legatus.

Prouincias.ſubiugādas:an per tranſlationem prouincias accipit: pro quouis magno munere. Ex bellis.ſtatim finito bello.alterum iniungeret.nolo dicere hāc eſſe traductionē: nolo interrogationem:ne nimia repetitiōe exornationū in uitiū decidam:& legētibus ſtomacum moueam. Eodem iure.imperādi .ſ.par habere ius in te ad principatū reuocandi:quod habuit dū te iubēret ire ad exercitum. In eo.in ea re: quam aliquis minus amat:ut ſit ſenſus: maiorē obſequii gloriam reportaſti dum accipis impium:qd' minus uolebas: q̄ dum legatus mitteris ad exercitū. Authoritatem iubentis imperium: exiſtimationem. Iubentis. Neruæ:ut ſuſciperes imperium:cum uideres prætorianos rebellaſſe:& in illum inſurrexiſſe.boni enim cū uident alios a principe ſuo deficere.ipſi tanto magis ſunt in officio. Aliis.militibus ſeditionem mouentibus. Adhoc.inſuper. Conſenſum.qui te unicum adoptari uolebant. Vbiq̄. in toto orbe:ſub imperio Romano.

Hoc idem.ut fieres imperator. Ille.Nerua. Iure principis.in manu cuius erat te Cæſarem facere.

Occupauit.præuenit:quod alii facturi erant. Nec hercule.ratio cur omnes cuperent Traianum imperatorem. Temperamento.modeſtia:a qua pluribus eum laudat. Titulis.inſcriptionibus cum laude. Imaginibus.picturis.ſolebant etiam imperatorum imagines in uexillis locare. Signis.ſtatuis marmoreis & aeris. Modeſtia.articulus grauis.

Miles.

Miles. Vlpia.ff.xxix.miles inquit appellatur uel a militia: ideſt duritia quam pro nobis ſuſtinet:uel a multitudine:aut a malo:qd' arcere milites ſolent aut a nūero

maniæ prę̄ſideret:germanici nomē hinc miſſum: nihil ipſum:ut imperator fieret:agitaſſe: nihil feciſſe niſi quod meruit:& paruit: paruiſti enim Cę̄ ſar:& ad principatum obſequio peruenisti: nihilque magis a te ſubiecti animi factum eſt: quam quod imperare cœpiſti. Iam Cæſar: iam imperator:iam germanicus abſens:& ignarus: & poſt tā ta nomina:quantum ad te pertinet priuatus. Magnum uideretur:ſi dicerem: neſciſti te imperatorem futurum.eras imperator:& eſſe te neſciebas. Vt uero ad te fortunæ tuæ nuncius uenit: malebas quidem hoc eſſe:quod fueras:ſed non erat liberum:An non obſequereris principi ciuis: legatus imperatori: filius patri: Vbi deinde diſciplina: ubi mos a maioribus traditus: quodcunq̄ imperator munus iniungeret æquo aio paratoq̄ ſubeundi: Quid.n.ſi prouincias: ex prouinciis: ex bellis bella mādaret: eodem illo uti iure poſſe putes:cū ad imperium reuocet:quo ſit uſus: cum ad exercitum miſerit: nihilq̄ intereſſe ire legatū: an redire principem iubeat: niſi quod maior ſit obſequi gloria in eo:quod quis minus uelit. Augebat authoritatē iubētis:in ſummū diſcrimen authoritas eius adducta:utq̄ magis parendū imperāti putares:efficiebat:eo quod ab aliis minus parebat. Ad hoc audiebas ſenatus:populiq̄ cōſenſum. Nō unius Neruæ iudiciū illud:illa electio fuit.nā qui ubiq̄ ſunt homines:hoc idem uotis expetebant:ille tantū iure principis occupauit: primuſq̄ fecit: quod oēs facturi erant:nec hercule tantopere cū. ctis factū placeret:niſi placuiſſet antequā fieret. At quo tēperamento dii boni ptātem tuā: fortu-

mille hominum:aut a uerbo græco tractũ απο του χιλιων:nã græci mille hominũ multitudinem τα-
χιλια uocant:& ducẽ χιλιαρχον. Tuas aquilas.quibus ut prædiximus insignis romani bellicis utebã-
tur. Magno gradu longa distãtia:forti passu.summa celeritate.nam paulo post testat pedibus duxisse:
sic q̃ tibi nomẽ filii diu restaret:uel. Huic nomini:filii:ut Nærua pr̃ lõgo tpe uiueret:
ua adhuc uiuẽs tibi reliquit habenas imperii. In secundo contentus ut Nerua temp.administraret.

namq; moderatus es? imperator titulis: & imaginibus:& signis cæterum modestia:labore: uigilantia:dux:& legatus:& miles: cũ iã tua uexilla. tuas aquilas magno gradu anteires:neq; aliud tibi ex illa adoptione: quam filii pietatem:filii obsequium adsereres:longamq; huic nomini ætatem:longam gloriam præcarere:te prouidentia deorum primũ in locum prouexerat:tu adhuc in secũdo resistere: atq; etiam senescere optabas. Priuatus tibi uidebaris quamdiu imperator: & alius esset. Audita sunt uota tua:sed inquantum optimo illi:& sanctissimo seni utile fuit: quẽ dii cælo uendicauerũt. ne quid post illud diuinum: & immortale factum:mortale faceret.deberi quippe maximo operi hãc uenerationem:ut nouissimũ esset:authoremq; eius statim cõsecrandũ: ut quãdoq; iter posteros q̃reret: an illud iam deus feciſſet. Ita ille nullo magis noie publicus parens:q̃ quia tuus.ingens gloria: ingensq; fama: cum abũde expertus esset: q̃ bene humeris tuis federet imperium:tibi terras:te terris reliquit eoipso carus omnibus:ac desiderandus:q; prospexerat ne desideraret. Quem tu lachrymis primũ ita ut filium decuit: mox templis honestasti: non imitatus illos:qui hoc idẽ:sed alia mente fecerunt. Dicauit cælo Tiberius Augustum: sed ut maiestatis numẽ induceret:claudium uero sed ut irrideret

Senescere.diu uiuere filius. Priuatus sine imperio. Alius.Nerua.nota Traiani modestiã:qui nollet iperare nisi necessario: Audita.exaudita a diis. Sed in quantũ tpis.Diõ scribit.cũ Traianũ imperatorẽ creasset Nerua migrasse breui ab humanis. Optimo.nihil eni fecit sine patrũ sententia. Cœlo uendicauerunt relatus é in numerũ deoq; decreto senatoq; authore Eusebio i Chronicis.

Illud.tuam adoptionẽ. Mortale.minus dignũ inter homines. Deberi. aut pro deberi scribendũ est decuit:aut subaudiendũ. Venerationẽ. dignitatem.

Consecrãdum.sanctificandum referẽdũ inter deos: Quandoq;: a quibusdã posteris. Illud adoptionẽ Traiani.

Iam deus.q̃uis uiuus:tamẽ ob excellẽtiam facti uideri poterat deus. Publicus omnium. Tuus.qui te optimũ sciuit assumere:& nobis principẽ relinquere. Ingens gloria.glorioſissimus. Abũde. multis experimentis. Tuis humeris.tua cura:tuo regimini. Sederet.cõueniret.regẽsceret. Reliquit. regẽdas dũ cœlũ petit. Prospexerat.cauerat.

Proſpexerat.cauerat meritis pœnis. Ideoq; numinibus æquatus & propterea inter deos relatus. hic quo me uertam neſcio dicã ne ꝓ cõmodo ſuo alia alibi Secũdũ interpretatiõe uſum fatebor neceſſe nõ cõſtare ſibi præſertim cũ hãc orationẽ nõ auditoribus ſed lectoribus publicauerit:accuſem tãti uiri ĩdulgentiã qui emẽdatione tanta utebat diligẽtia:dixerat.n.in p̃cedentibus a Domitiano Titũ cælo dicatũ ut ille dei frater uideret:hic uero quia delatores puniuerat niſi qs intelligat ſub hoc prætextu impetratã a ſenatu. Titi cõſecrationẽ cum tm̃ Domitianus intenderet illam ſibi decori futurã. Quandoq;: poſt mortem:nam inter deos relatũ memorat Eutropius.& Spartianus inquit Traiano diuinos honores datis ad ſenatũ litteris & qdem accuratiſſimis Adrianus poſtulauit:& cunctis uolẽtibus meruit:ita ut ſenatus multa:q̃ is nõ poſtulauerat in honorẽ Traiani ſponte decerneret:adhæc lib.x.Gellius meminit tẽpli Traiani:& in eo bibliothecæ:ſecũdũ arte tractãs oſtẽdit ex comparatione plura Traianum præſtitiſſe.

Res.recte facta. Illi.quã Titus fecit.i.qui longe plura gessisti laudanda q̃ Titus. Fecimus.hinc appa-
ret Titum a senatu inter deos relatũ. Arduũ.mirádũ.difficile.tráſit ad modestiá Traiani circa res fisca-
les. Edicto Titi.non tá intelligendũ puto edictũ:quo oía priorum Cæsarũ priuilegia cõfirmauit: quã
quo delatores puniuit & repressit:ná sequẽtia huic ſniæ magis cõueniũt:ut.ſ.plura Nerua:cauerit quem
pariter legimus pœnis delatores cohibuisse ad imitationẽ Titi q̃dam suo edicto astruentem.sed tot & tã
ta Traianus ingesserat ad illoꝝ castigationẽ:ut ipse repertor & primus uideret. Astruxerat.addiderat.

res illi adiecisti:propter quam illum deũ fecimus. Id hoc magis arduum fuit:quod imperator Nerua te filio:te successore dignissimus:per quem magna quædã edicto Titi astruxerat:nihilq; reliquisse tibi uidebatur:qui tam multa excogitasti: ut si ante te nihil esset inuentũ. Quæ singula quantum tibi gratiæ dispensata adiecissent:at tu simul omnia p fudisti:ut sol & dies non parte aliqua:sed statim totus:nec uni aut alteri:sed omnibus in commune p fertur.Quam iuuat cernere ærarium silens: & quantum:& quale ante delatores erat:nunc templum illud:nunc uere deus: non spoliarium ciuium:cruentarũq; prædarum sæuum receptaculum:ac toto in orbe terrarum adhuc locus unus i quo optimo principe boni malis impares essent.Manet tamen honor legum:nihilq; ex publica utilitate conuulsum: nec pœna cuiquam remissa sed addita est ultio:solumque mutatum:quod iam non delatores:sed leges timentur.At fortasse non eadem seueritate fiscum qua ærarium cohibes:immo tanto maiore: quanto plus tibi licere de tuo: quam de publico credis:Dicitur actori:atq; etiam procuratori tuo

Nihil. quod faceret ad cõprimẽdam delatorum calumniam. Excogitasti. noua addidisti. Vt.tanquam. Inuẽtum.a Tito & Nerua. Dispensata. diuersis elargita: ut si aliquis accusatus fuisset inique: & absolutus a Traiano condemnato calumniatore: quantum gratiæ sibi per singulos comparasset: sic Nerua uno edicto priorum liberalitates confirmauit: ne singuli a se haberent impetrare:sic paulopost dum tradit uigesimas remissas: postremo dixit sibi eripere tot beneficiorum occasiões tam numerosam obligandi imputandiq; materiam. Simul.uno edicto.extat Traiani rescriptum ad Aufidium secundum in hunc modum scio relegatorum bona auaritia superiorum temporum fisco uẽdicata:sed aliud clæmẽtiæ meæ conuenit:qui iter cætera:quibus innocentiam rationum meorum temporum:hoc quoq; remisi exemplũ. hæc Pomponius de interdictis.Paulus de iure fisci edicto inquit diui Traiani: quod proposuit significatur: ut si quis tanquam causa eius ad ærarium deferatur professus esset eam rem:quam possideret:capere sibi non licere: ex ea partem fisco inferat: partem sibi retineat. idem postea edicto significauit:ut quæ cunq; professa esset uel palam uel tacite relictum sibi:quod capere non posset:& probasset iam id ad fiscum pertinere:etiam si id fiscus nõ possideret:ex eo quod redactum esset:præfectus ærario partem dimidiam ferat. Vt sol.comparatio. Profertur.elucet. Aerariurn.Saturni ædem:in quam publicam pecuniam seruandam reponebant.alibi copiosius. Silens.inquietatum reis.nam damnatorum pecuniæ partim ad ærarium:partim ad fiscum referebantur. Templum illud.Saturni. Deus.facit hic illorum sententia:qui scripsere Saturni ædem: iõ constitutam pecuniarum publicarum receptaculum:q; nullum in eius finibus furtum fuerit cõmissum

Spoliarium.locus ubi reseruantur spolia:eadem forma qua dicimus armarium.lego insuper in uita cõmodi apud Lampridium spoliarium esse locum ubi noxii necarentur:& Seneca epistolaꝝ.xiiii.nunquid aliquem esse tam cupidum uitæ putes:ut iugulari in spoliario q̃ in arena malit:siue spoliarium appellatum:q; uita priuarentur:siue q; ibi spoliati laniarentur. Cruentarum.occisorum uirorum: quorum bona publicarentur. Locus.extat. Optimo principe.sub Traiano. Honor legum.seueritas legum fiscalium. Ex publica utilitate.ex pecuniis publicis ærario inferendis. Conuulsum.ereptum. Vltio.calũniatoribus:qui prius impune debacchabantur. Fiscum.ubi principales pecuniæ reconduntur fiscus ẽ: sicut ærarium ubi publice. uiderint ii:qui crediderunt ærarium & fiscum idem esse non negauerim tamen interdum confundi sicut apud Claudianum. Non tua priuatis crescunt æraria damnis: quáquam & ibi pro publicis liceat accipere:ut exponas tua pro tui imperii. De tuo:de rebus fiscalibus.de publico:quæ referuntur in ærarium. Actori. Aduocato fiscali.ipse libro secundo fama non unius actoris: idest aduocati Vlpianus de iure fisci actores uocat procuratores Cæsaris bonorum:sic Tacitus libro tertio seruos quoq; Syllani ut tormentis interrogarentur actor publicus mancipio acceperat. caput est libro secundo codicis de aduocato fisci.quem primus Adrianus instituit auctore Spartiano. Procuratori.hodie quoque fiscus habet aduocatum & procuratorem: cuius officium etiam est aliena negocia mandato domini administrare.potest autem esse unius rei uel omnium.quod testatur Vlpianus.ff.iii.& ii.Codicis titulus est de procuratoribus.

Spoliariũ

Fiscus

In ius ueni.non tantũ ſi fiſcalia cõmoda occultauerat:q̃tum ſi nullo negotio exiſtente fiſci noĩe priuatis,audiat calumnias cõmouere.hoc imperator Conſtantinus cauit.& lib.xl.ff.de admini.rerum ad ciuitatem ptinentium.magiſtrat reip.non dolũ ſolũmodo ſed latam negligentiam hoc amplius ẽt diligentiam debent. Tribunal.iudicem:nã magiſtratus erat conſtitutus,a Traiano:per quem cogebant aduocatus:& fiſci procurator:ſi iniuriam alicui inferrent:ſtare legibus. Cruciatu.uexatione moleſtia:ſeueritate. Par cæteris ius æque ut in aliis ibi ſeruat. Litigatoris:aduocati:& ꝓcuratoris Cæſaris ſenſus ẽ: ibi oĩbus par iuſtitia reddit: ſi ut in cæteris tribunalibus:niſi quis hoc diceret maius qa litigãt: qui Cæſaris pſonã repræſentant. Sors.& Vrna.hæc oĩa Pedianus diligẽter ꝓſequitur: cũ multi inquit iudices in urnam mitterent ſortito:ut de pluribus neceſſarius numerus confici poſſet: permittebat accuſatori ac reo ex illo numero reiicere: quos putabant ſibi:aut inimicos: aut ex aliqua re incõmodoſos fore:& Marcellꝰ Epirus apud Tacitum memorat mortem fuiſſe per ſortem & urnã in quam iacebant ſortes iudicandi:unde in.vi. Virg. dixit.Quæſitor Minos ut nam mouet.

Reiicere.iudices ſuſpectos remouere a iudicãdo:unde reiectio appellata:qua celebrata moris erat & haberi ĩ officio prætoris:& in arca reponi noĩa iudicũ delectorum ſecundum Aſconiũ. Hũc. iudicem. Bona ſæculi.libertatem iudicibus liberam iudicãdi quicquid uelint ſub principe Traiano. Fortiter. uehementer.alibi conſtanter. Eodem foro iiſdẽ.legibus. Principatus: & libertas. princeps & liberi hoĩes.denoĩatio:quæ a finitimis rebus trahit orationem.qua Poſſit intelligi res:quæ non ſuo uocabulo ſit appellata. Vincit cauſa cadit. Cuius cauſa mala.nunq̃ iudicat aduerſus fiſcum. Meritum beneficium tuũ eſt. Eos.tã bonos. Sũmã.ſunt qui legant ſine additione uerbi gratiam & interpretentur ſummã beneficioꝝ.i. maximum beneficium principis. Onera imperii.ordo.onera imperii coegerunt inſtitui pleraq; uectigalia ut pro utilitate cõi:ita pro ſingulorũm iniuriis.i.tam ad ſtipendia militum & annonam claſſemq; tuendam:quæ pertinent ad publicam utilitatẽ:q̃ ad ſalariũ magiſtratiuũ:qui ad arcendas priuatoꝝ iniurias conſtituunt:nam Cæſar dictator ſcribẽte Dione dicere ſolebat duo maxime neceſſaria affectãtibus imperium milites:& pecunias:& inuicem conſiſtere:nam ſtipendiis exercitus contrahi:illa ex armis cõparari:ſunt enim pecuniæ principatus nerui ſicut dicebat Mutianus apud eũdem authorem. νευρα γαρ τα ηγεμονιας τα χρηματα αει τοτε ειναι ελεγε.i.neruos enim principatus pecunias ſemper eſſe dicebat. & Demoſthenes in orationibus dixit δει δει χρηματων και αγευτουτων ουδ εγενεσθαι των δεοντων ideſt opus eſt:opus eſt pecuniarum:& ſine his nihil eſt fieri neceſſariorum.ſolutiones autem ſtipendioꝝ fiebant aliquando a ſtipendiariis ciuitatibus:aliquando ex ærario:quandoq; ex tributo Romæ impoſito militibus pecuniæ dabantur.unde cum agitaret Nero an cuncta uectigalia omitteret ſenatores impetum eius continuiſſe meminit Tacitus:diſſolutionem imperii docẽdo:ſi fructus:quibus reſpu.ſuſtineretur diminuerentur:& Appianus in præfatione totius hiſtoriæ ſcribit:ex nonnullis impio parentibus: atq; ſuppoſitis plus detrimẽti capere romanos:q̃ utilitatis quos licet inutiles deſerere cũ pudeat:principatũ oẽm magnis copiis:magniſq; pſidiis circũquaq; uallãtes tm̃ terræ tm̃q; maris q̃ſi fundum quẽdã ſeruaſſe:atq; cõtinuiſſe ſuiſq; temporibus & qdem ſolis romanis adfuiſſe ingentes copias peditũ: ducenta equitum.xl.milia elephantoꝝ trecentoꝝ bellicoſoꝝ numerum curuũ ad prœlia inſtructoꝝ:duo millia ac armoꝝ in ſupplimentum.ccc.milia.& hæc quidem terreſtibus copiis maritimis uero minoꝝ nauiũ duo milia trireniũ a ſexcuplis in quinqueremes milia quingentaꝝ claſſem inſtrumẽtoꝝ quoq; naualiũ numerũ bis totidẽ.ad hoc naues partim auro proras partim puppes exornatas quas thalamegalas appellant ad belli Pompã Dion in Auguſto refert aluiſſe Romanos uiginti tres exercitus ſuis uero tẽporibus

Vigeſima. xix. Vigeſima.uigeſimã dicimus ſicut quadrageſimã decimã quintam.cum.ſ.de uigeſimo quadrageſimo decimo quinto quoq; numero unum aufertur ſiue tributi ſiue pœne noĩe.Tacitus de nerone uectigal quoq; quintæ & uiceſſimæ uenalium mãcipioꝝ remiſſum ſpecie magis q̃ ui.Tranqui. Caius inquit pro litibus ubicunq; conceptis exegit quadrageſimã ſummæ de qua litigaretur.& in Veſpaſiano memi-

in ius ueni: ſequere ad tribunal.nã tribunal quoq; excogitatum cruciatu eſt par cæteris: niſi illud litigatoris ãplitudine metiaris.Sors:& urna fiſco iudicẽ aſſignat.licet reiicere:licet exclamare hũc nolo timidus eſt:& bona ſæculi parum intelligit.illũ nolo:quia Cæſarẽ fortiter amat. Eodem foro utunt principatus:& libertas.Quæ præcipua tua gloria eſt:ſæpius uincit fiſcus:cuius mala cauſa nũquã eſt:niſi ſub bono principe.Ingens hoc meritũ: maius illud:quod eos procuratores habes:ut plerũq; ciues tui nõ alios iudices malint. liberũ eſt autem diſceptanti dicere: nolo eum eligere neq; enĩ ullã neceſſitatẽ muneribus tuis addis: ut qui ſcias hãc eſſe beneficiorũ principalium ſummam gratiam ſi illis & non uti licet. Onera imperii plæraq; uectigalia inſtitui:ut ꝓ utilitate cõmuni:ita ſingulorum iniuriis coegerunt. His uigeſima reperta eſt: tributum tollerabile:& facile hæredibus dũtaxat

nit Sabinũ publicanũ quadrageſimæ in Aſia ægiſſe. M. Tullius ad Atticũ. portoriis Italiæ ſublatis agro cãpano diuiſo quod uectigal ſupereſt domeſticum? præter uiceſſimã quæ uidetur una conciuncula pedis ærario ad ultimos uſus reſeruabaꝫ promi placuiſſe ubi uiceſſimariũ aurũ ſane intelligimus collectũ ex uiceſſimis: q̃uis ſciam quoſdam legere cenſimariũ qđ non ꝓcedit Aulus Offilius equeſtris ordinis & Cæſaris familiariſſimus libros de iure ciuili plurimos oẽm partẽ operis fundantes qui reliquit de legibus uiceſſime primus cõſcripſit authore Pomponio de origie iuris. de uiceſiima quæ ex re frumentaria colligebatur non loquitur ſecundus ſed quæ pro hæreditatibus conſtituta fuerat. nam peregrini & externi etiam ſi iure Latii uel principum liberalitate in ciuitatẽ Romanam. ueniſſent nõ poterant adire ſuoꝝ hæreditatem niſi prius uiceſſimam hæreditatis perſoluiſſent: quã legẽ primus inſtituit Auguſtus. hanc Dion inquit poſtq̃ multitudinẽ romanoꝝ exercituũ enumerauit ꝓp copiam legionũ & equituꝫ Auguſtus multis indigẽs pecuniis uiceſſimã hæreditatẽ & legatoꝝ quæ teſtamẽto aliquibus præter maxima cognatione aſtrictos & pauperes relinquunt conſtituit tanq̃ hoc uectigal in Cæſaris cõmentariis ſcriptũ inueniſſet. hãc legis iniuriã Nerua primus emendauerat ſed parce Traianus multũ liberalitati patriæ addidit Gratianns in totũ ſuſtulit. Auſonius. n. meminit Traianũ tributa cõdonaſſe ſed partibus retẽtis quas poſtea i totũ Gratianus remiſit: ubi de uiceſſimis intelligendũ annotamus: Iulius ẽt Capitolinus recitat Antoninũ philoſophũ leges addidiſſe de uigeſima hæreditatũ. Extraneis: nulla cognatione cõiunctis: uel peregrinis: qui lege papia prohibebanꝫ uti ciuitate romana. Domeſticis: cõſanguineis: gentilibus: qui ex eadem domo. i. familia ſunt. Illis: extraneis. Irrogatũ. impoſitum. His. domeſticis. Remiſſum. ablatũ: cõdonatũ. Seu potius nõ laturi. impatienter paſſuri correctio. Deſtringi. tolli decurtari. Abradi: & deſtringi: tranſlata uerba. Bonis. a bonis. Sãguine cognatione: cuius gradus lege apud Iuſtinianũ in inſtitutionibus: & ff. xxxyiii. Gentilitate: gẽtilis eſt: qui ex eadẽ familia eſt: uel eiuſdẽ noĩs quaſi nomẽ familiæ hẽat: ab hoc gẽtilitas dicta quæ ꝓprie eſt multitudo ipſa uel familiæ uel natiõis alicuius authore Feſto. unde Varro lib. iii. rei ruſticæ cũ Axiũ libere de pauone dicere cohortaꝫ: q Fircellius cognomẽto Pauo iã diſceſſerat: ſi qđ inqt diceres de hoc gẽtilitatis cã fortaſſis ante eũ duceret ſerram: ſic hẽt codex uetuſtus: uidelicet rẽ hãc tractaret: cũ ſit ex familia Pauonũ: nã eodẽ libro Fircellium Pauonẽ reatinum dixerat: ſerrã autem ante eum duceret. i. ſe ſtrenue opponeret: ut de pauone diceret: nam ſeria Vegetio præceptore ducitur ex abũdantibus: quæ a ſtrenuiſſimis directa ante frõtem opponiꝫ hoſtibus: ut turbata acies repareꝫ. Gellius pariter tradit ſerrã eſſe nomẽ ordinis in militia: inſup Serrula apud eũdẽ Varronẽ inſtrumẽtũ eſt ad metendũ in extremo linei baculi incurui. Societate ſacroꝝ. an ꝙ aliqbus familiis ius faciẽdoꝝ ſacroꝝ peculiare fuit ut poticiis: & pinariis: an magis ad iura cognationũ referẽdũ putamus? ſacrũ. n. matrimõiũ per qđ multiplices fiũt cognatiões: quare apud iuriſcõſultos cũ filius de patria ptãte mitteretꝫ amplius nõ eẽ in ſacris patris dicebaꝫ: qm̃ per emancipationẽ ius agnationis extinguebaꝫ exiſtimo id emanaſſe ex lege. xii. tabulaꝝ cuius uerba ſunt hæc ſacra priuata perpetuo manẽto ea Ci. de legibus ſecundo libro interpretaꝫ ad qđ alluſit Plautinus paraſitus in captiuis ſine ſacris hæreditatẽ ſum adeptis offertiſſimã: ſolẽt. n. gratiores eẽ quẽ ab extraneis inſpirato hæreditates deficiunt. Speráda. tanq̃ nõ ſua: ſed extranea. Sua. gẽtilitia patrimonia. Deinceps. per gradus proximiores. Trãſmittẽda. ut ſub fideicõmiſſo. Manſuetudo. ut gẽtiles ſuccederẽt abſq; honore uigeſimæ. Veteribus. iã pridẽ in urbẽ receptis. Noui. ciues. Per latiũ. iure latii: quod ꝙ fuerat adeptus ſine tributo uiuebat: ſolũ immune hẽbat authore Paulo de cenſibus. ff. l. ad hoc ius petẽdi magẽratus. In urbe. Nã Pedianus ſcribit: ueteribus colonis Põpeius ius latii dedit. i. ut petendi magẽratus gratia ciuitatẽ Romanã adipiſcerent. Strabo hoc amplius addit: ut ꝙbus ius latii foret conceſſum nullũ cum prætoribus uenientiũ Roma negocium eẽt. Beneficio. munere: liberalitate: priuilegio. Simul. niſi cum a principe donareꝫ ciuitate ro. ſimul ẽt impetraſſent iura cognationis. i. poſſe ſuccedere in hæreditatibus ſuoꝝ per ius cognatiõis. Alieniſſimi. extranei. tanq̃ illos ſanguine nõ cõtingentes. nã ab his uigeſima exigebaꝫ: maximũ beneficiũ donatio ciuitatis romanæ. In grauiſſimam iniuriam cũ uigeſimo auferretur bonorum relictoꝝ tanq̃ non eſſent ciues. Inſtar odii. tanq̃ odium. dicimus inſtar latine ſine ad & minus uſitare cum ad: quod ſubinde reperies apud Apuleium.

extraneis: domeſticis graue. Itaq; illis irrogatũ eſt: his remiſſum. uidelicet quod manifeſtũ erat quãto cum dolore laturi: ſeu potius non laturi homines eẽnt: deſtringi aliquid & abradi bonis quæ ſanguine: gentilitate ſacrorũ deniq; ſocietate meruiſſent: quæq; nunquam: ut aliena: & ſperanda: ſed ut ſua ſemperq; poſſeſſa: ac deinceps proximo cuiq; tranſmittenda cœpiſſent Hæc manſuetudo legis ueteribus ciuibus ſeruabatur. noui ſeu per latium in ciuitate: ſeu beneficio principis ueniſſent: niſi ſimul cognationis iura impetraſſent: alieniſſimi habebãtur: quibus coniunctiſſimi fuerant. Ita maximum beneficium uertebatur in grauiſſimam iniuriam: ciuitaſque Romana inſtar erat odii: & diſcordiæ:

Liuii locꝰ

Auſonii locus.

Gentilis gẽtilitas

Varronis locus

Serra Serrula.

Orbitatis.quæ priuaret ciues debita hæreditate. Pignora.cognatiões:q̄ sunt hypothecæ amoris. Salua ipsoꝝ pietate.ét si inter se mutuo dilexissent. Distraheret.leparet. Nr̄i romani. Cõpensari.Romaná ciuitatẽ.cõtétos eẽ Vigesimá soluere:& cognationũ iure priuari mõ ciues romani cẽnt. Gratuita.romana ciuitas gratis dari sine onere uigesimæ. Tã magno p̄cio.s.tributo uigesimæ:& affinitatũ priuatiõe. Pater tuus.Nerua. Peruenisset.siue cõdito testõ siue ab itestato. Cognationũ iura. Vt p̄ximior adiret hæreditaté. Nõ recepissent.nõ ipetrassent. Eius.peculii. Ne darét.ne publicano soluerét. Immunitaté.ab onere uigesimæ. Reductus eẽt in p̄ris ptãté.dupliciter possunt filii reduci in p̄riam ptãté:si emancipati iterũ reuertant ad patrẽ:aut ab hostib⁹ capti iure postliminii: sicut sequétia indicant nam nisi reducti essent in p̄riam ptãté bona eoꝝ ptinent ad quos ptinerent:est aũt postliminiũ ius amissæ rei recuperádæ ab extraneo in statũ pristinũ restituendæ moribus legibusq; constitutũ:qd̄ adeptus qs esse dicitur: cum extra limina:hoc est terminos ꝓuinciæ in captiuitate detétus: rursus ad ꝓpria limina reuertitur: hinc Iustinianus titulo qbus modis ius patriæ potestatis dis-

Postliminium

solui t:dictũ asserit postliminiũ a limine & post:unde eum qui ab hostibus captus est & in fines nr̄os postea peruenit postliminio reuersum eẽ dicimus:nã limina sicut ī domibus finẽ quẽdã faciũt sic & īpii finẽ limẽ eẽ ueteres uoluerunt hinc & limes dictus est : q̄si finis qdá & terminus:ab eo postliminium dictũ est qa ab eodẽ limíe reuertebat:quo amissus erat.plura iurisconsulti p̄sertim.ff. xlix.de captiuis & postliminio reuersis & ab hostibus captis: pariter.viii. codicis. Insoléter.supbe. His.noibus.parentũ & liberoꝝ. Publicanũ publicũ: exactorẽ uigesimæ . de publicanis alibi multa. Piaculo:scelere:monstro.extraneos tanq̄ inter se alienos. Ille. Nerua Hacten⁹.hoc tm̄ de uigesimis sanxit. Quã optimũ patrẽ decuit. Adoptatus:te filiũ optimũ. Hoc. officiũ. Delibasse:tetigisse:pauca remisisse:translatio a gustatoribus. Quædã: de uigesimis. Seu potius correctio . Demonstrasse Traiano. Proprie:intactã : delibatã. Muneri.legi uigesimæ. Astruxit.addidit:trãslatio a strue lignoꝝ. Filius eẽt immunis in hæreditate p̄ris.Immunis.liber ab onere uigesimæ. Quod fuisset bona filii qbus uidebat fuisse p̄. Egregie . fecisti. Lachrymas.orbitatẽ. Vectigales obnoxias uigesimæ. Bona filii:ut militis & emãcipati:q̄ ét ab itestato ad ꝓximiores deuoluunt. Diminutiõe.uicesime. Sociũ.aliquẽ ꝓticipẽ. Orbitatẽ.orbos parẽtes.denoiatio. Ad cõputationẽ ad calculũ hæreditatis:ut inde demat uicesima. Inesse rõnem.rõne uigesimã remisisse. cies mille sextertiũ donatiõibus effudit. Iniurias.calamitates. Insuper ultra dolorem.quem patitur in obitu filii. Quid.perinde ac si diceret:nonne miserrimum? Sic.per se. Solus.orbus. Non a filio sed a fisco ut prius accidebat.

& orbitatis.cũ carissima pignora salua ipsoꝝ pietate distraheret:Inueniebãt tñ:qbus tãtus amor nominis nr̄i iesset : ut romanam ciuitatẽ nõ uigesimæ mõ uerũ ét affinitatũ dãno bñ cõpẽsari putarẽt.sed his maxime debebat gratuita cõtingere a qbus tã magno æstimabat. Igit pater tuus sanxit ut qd̄ ex matris ad liberos: ex liberorum bonis peruenisset ad matrem:etiam si cognationum iura non recepissent: cũ ciuitatẽ adipiscerẽtur: eius uigesimã ne darẽt. Eãdẽ imunitatẽ in p̄rnis bonis filio tribuit:si mõ reductus eẽt in p̄ris ptãtẽ ratus iprobe:& isolẽter:ac pene ipie his noibus iseri publicanũ : nec sine piaculo quodã sãctissimas necessitudines uelut itercedẽte uigesima scidi:nullũ eẽ tãti uectigal:qd̄ liberos:ac parẽtes faceret extraneos . Hactenus sille:p̄cius fortasse:quã decuit optimũ principẽ : sed nõ p̄cius quã optimũ patrẽ : q optimũ adoptatur⁹ hoc quoq; parẽtis idulgẽtissimi fecit qd̄ delibasse q̄dã seu potius demõstrasse cõtẽtus largã:ac ꝓpe ī tactã bñfaciẽdi materiã filio reseruauit.Stati ergo muneri ei⁹ liberalitas tua astruxit : ut quẽadmodũ in p̄ris filius sic ī hæreditate filii p̄ eẽt imunis:nec eodẽ momẽto quo p̄ eẽ desiisset:hoc quoq; amitteret:qd̄ fuisset.egregie Cęsar qd̄ lachrymas parẽtũ uectigales eẽ nõ pateris.Bona filii p̄ sine diminutiõe possideat:nec sociũ hæreditatis accipiat: q nõ hẽt luctus.nẽo recẽtẽ:& attonitã orbitatẽ ad cõputationẽ uocet.cogatq; p̄rem:qd reliq̄rit filius scire Augeo.P.C.principis munus:cũ oñdo liberalitati eius iesse rõnẽ.ãbitio.n.& iactãtia:& effusio: & qd uis potius q̄ liberalitas existimãda ẽ:cui rõ nõ constat.Dignũ ergo īpator mãsuetudine tua minuere orbitatis iniurias nec pati quẽq̄ filio amisso isup afficí alio dolor:sic quoq; abũde misera res ẽ p̄ filio solus hæres qd si cohęredẽ nõ a filio accipiat? Ad de qꝑ cũ diuus nerua sanxisset:ut ī p̄rnis bõis liberi Habet.sociũ.Nemo publicanus:attonitã:stupidã : mẽtis iopẽ. Effusio.ꝓdigalitas.qua possumus incusare.Neronẽ:q bis & ui Rõ nõ cõstat nulla honesta rõ appareat. Dignũ.est res digna Non a filio sed a fisco ut prius accidebat.

Necessitate.onere. Congruēs:conueniens æquū. Posteris:minoribus idest filiis. Amplior:ut solu-
ti essent a necessitate uigesimæ:patres uero non. Maioribus.patribus. Retro recurreret:respiceret:re-
uerteret.ad maiores retro graderet. Aequitas.inter ius & æquitatē hoc interest:ius est quod oia recta
& inflixibilia exigit:æquitas:quæ de iure multū remittit referēte Donato.Apuleius.ix.tradit finistrā æq
rati sacratā:qđ nulla caliditate:nulla solertia sit p̄dita.Sed Plautus & Catullus eam furtiuam appellant.
Si mō filius in ptāte p̄ris uerba ista fuerant in edicto Neruæ. Intuitus.respexisti. Vti iter pecudes cō
paratio. Valētioribus.p hoc apte ostē
dit captos ab hostibus intelligere. Ab
stuliſſe uigesimæ.liberasse ab onere ui-
gesimæ. Primū.parētis & filii.Cai⁹ ista
de gradib⁹ affinitatū scripsit gradus co
gnatiōis alii supioris ordinis sūt:alii ife
rioris:alii ex trāuerso siue a latere:supio
ris sūt ordinis parētes: inferioris liberi:
ex trāsuerso siue a latere fratres: & soro
res:liberiq; eoꝝ:sed a supior quidem &
inferior cognatio a primo gradu icipit:
ex trāsuerso siue a latere nullus ē prim⁹
gradus:& ideo icipit a secūdo:itaq; pri-
mo gradu cognatiōis:superioris qdē &
inferioris ordinis cognati possunt con-
currere:ex transuerso uero nunq̄ eodē
gradu:quisq̄ cōcurrere pōt:at in secūdo
ac tertio & deinceps in cæteris possunt
etiam ex transuerso quidem concurre-
re: & cum superioris ordinis cognatis:
primo igitur gradu sunt supra pater &
mater:infra filius filia:secundo sūt gra-
du supra:auus auia: infra nepos neptis:
ex trāsuerso frater soror:& q̄ illic tractā
tur latius. Secūdū:fratris:& sororis ex
transuerso. In fratris.bonis traductio
color:nā eadē uerba sine uitio frequen-
ter repetunt. Illi.neptis & nepos. Im
munes.liberæ a uectigali uigesimæ.

Perlatiū.iure latii. Patuisset.data eēt
ldē immunitatē uigesimæ. Cōmisit.
cōiunxit:nā intercedēte uigesima uide-
bant diſiūcta. More naturæ.quæ oia
pariter oibus dispensat. A singulis.per
priuilegia. Gestiebant.uolebant:appe
tebāt. Spiritus.magnanimitatis. Gē
tilitates: familias domos. Deferre. da-
re sponte non petētibus. Eripere sibi
priuare se:nā per has cōcessiōes multos
obligasset. singulis singulas cōcedēdo.

Imputandi.ingratis uidelicet. Soro
res estis.fingit hæc dici potuisse a Tra-
iano. Vt sitis.ut fratris immunes scili
cet a uigesima. Vobis estis. per uos &
sine priuilegio. Qui. Traianus. Dare.
cōcedere uigesimā per priuilegiū. Au
ferre iniuste ut ui:ut domitianus cōsue-

necessitate uigesimæ soluerentur: cōgruēs erat eā
dem immunitatem parētes in liberorum bonis ob
tinere.Cur enī posteris amplior honor:quā maio
ribus haberetur? curue nō retro quoq; recurreret
æquitas eadē? Tu quidē Cæsar illā exceptionē re
mouisti: si modo filius ī potestate patris fuisset:in
tuitus opinor uim:legēq; naturę: quę semper in di
tione parētum esse liberos iussit:nec uti inter pe-
cudes:sic inter homines potestatē:& īperiū ualen
tioribus dedit.Nec uero cōtētus primū cognatio
nis gradum abstuliſſe uigesimæ:secūdū quoq; ex-
emit:cauitq; ut in sororis bonis frater:& contra in
fratris soror:utq; auus auia in neptis nepotisq; : &
inuicem illi seruarentur immunes. His quoq; qui
bus per latiū ciuitas romana patuisset: idē īdulsit
omnibusq; inter se cognationū iura cōmisit simul
& pariter:& more naturæ: quæ priores prīcipes a
singulis rogari gestiebant:nō tā præstandi animo
quam negandi.Ex quo intelligi pōt quātę benigni
tatis:quanti spiritus fuerit sparsas: atq; ut ita dicā
laceras gētilitates colligere:atq; cōnectere:& qua
si renasci iubere:deferre quod negabat:atq; id prę
stare cunctis:quod sæpe singuli non impetrasset.
Postremo ipsū sibi eripere tot beneficiorū occasio
nes:tam numerosam obligandi:imputādiq; mate-
riam.indignū credo ei uisū ab homine peti: quod
dii dedissent.Sorores estis:& frater:auus: & nepo
tes:quid ē ergo:cur egetis:ut sitis.uobis estis.Q ui
pro cætera sua moderatione non minus inuidiosū
putat dare hæreditatem:quam auferre. Lęti ergo
adite honores: capessite ciuitatem: neminem hoc
necessitudinis abruptum uelut truncum amputa-
tumq; destituet:iisdem omnes quibus ante pigno
ribus: sed honestiores perfruentur: ac ne remo-
tus quidem: iamque deficientis affinitatis gradus

uerat. Adite honores municipali iure magīratus petere poterāt pinde ac si ciues romani essent. hoc edi
ctum tuum. Destituet necessitudinis.separabit a necessitudine:uelut trūcū abruptū & amputatū:tanq̄
a familia sua excluſum:est aūt trāslatio:sic Iuuenalis satyra.iii.tanq̄ mancus:& extincta corpus non utile
dextra. Pignoribus.cognatiōibus lata significatiōe:more suo. Honestiores.facti.uigesimæ īmunitate
Ac ne remotus qdem longe.ſ.a cognatione:ut in.y.&.yi.gradu.in illo cētū octogintaquattuor conti-
neri personas:in hoc uero quadragintaocto testis est Paulus.septimū autem gradū qs excedit? quatenus
ultra eum fere rerum natura cognatorum uitam consistere non patitur ibidem referente Modestino.

Qualibet.minima caucrat ꝑterea Traianus ut uſq; ad ſeptimũ affinitatis gradũ modo eſſet parua hæreditas oẽs ſoluerent onere uigeſima. Cõis oĩum parens. Traianus pater ꝓriæ circuitio. Sũmã:magnã hæreditatem obnoxiã uigeſimæ. Tota ſepulchro.caput ét in ea ſanctione fuit:at ſi qs q̃tũuis magnam hæreditatẽ funeri & ſepulchro facũdo totam impẽderet onere uigeſima careret. Oſeruator. cuſtos publicanus. Cuiuſcũq; modi.ſiue iure affinitatis.ſiue alio. Ea pecunia.funeri impendẽda. Dicta eſt. edicto ſancita. Periculũ.onus. Opibus.magna hæreditate. Iniquitas in gratulationem.cõtrarium.

Vt uigeſimã debeat: ut ſit tam ampla hæreditas:ꝑ quã debeat uigeſimã. Additum.ordo:additũ eſt in idẽ edicti.ideſt aliud caput cõtinet in eodẽ tuo edicto: ut oẽs:qui fiſco aliqd in præterito uigeſimæ cã debuiſſent:ſoluerent.eſt autem tranſgreſſio ꝓturbans ordinem uerboꝝ traiectiõe:quæ ſi rem nõ reddit obſcurã multũ ꝓderit ad continuationes:ſed ma ius remiſit debitũ Adrianus: per edictũ cõdonando oĩa:ſine ea ad ſe pertinerent ſiue ad ærariũ:decẽniũ præſcribẽs a quo tpe debere quiſq; deſineret:nec poſtea de biturus eſſet. Eiuſmodi. per hæreditates. Intuliſſent.in fiſcum. Nõ inferrẽt nõ tenerent. Subuenire emendare præterita. Annibal.n.apud Liuiũ ꝑterita dixit magis repræhẽdi:q̃ corrigi poſſunt.

Nec dii quidem poſſunt.in eãdẽ ſniam iam ſcripſerat Plini⁹ ſenior lib.ii. ubi de deo agit:nec inquit põt facere: ut q̃ui uixit non uixerit:q; honores geſſit nõ geſſerit: nullũq; habere in præterita ius ꝑterq̃ obliuionis. Debere. ærario uigeſſimam præteriti. Quod.uectigal. Poſtea in futuꝝ in caſibus prædictis. Feciſti.dũ abſoluis a præteritis. Ne malos principes:remittẽdo quæ ſub malis principibus fiſco debebantur. Quo ingenio:quanta diligẽtia.an potius quo relatiue accipiat. Si natura pateretur. ſi fieri poſſet. Refudiſſes.reddidiſſes.reſtituiſſes. Sanguinẽ.uitã trucidatis.Et bona ſpoliatis a Domitiano. Dionis abbreuiator memorat Neruã reſtituiſſes oẽs facultates quaſcũq; in fiſco cõperit:iniuſte ſpoliatis a Domitiano. Non tuo ſæculo.cũ nõdum imperares Alius.princeps. Vt contumacibus tanq̃ iis qui in tempore non ſatiſfeciſſent. Irrogatõe. collatione:pœna. Mulctaret.puniret:mulcta proprie pecuniaria:quãuis interdũ ad alia trahatur. Reterre nihil iniquitatis.eandem eſſe iniquitatem. Exigas.ſi redimus. Nõ oportuerit.in præteritum.

a qualibet quantitate uigeſimam inferre cogetur: ſtatuit enim cõis omniũ parens ſũmam:quæ publicanũ pati poſſit.Carebit onere uigeſimæ.parua:& exiliis hæreditas:& ſi ita gratus hæres:uolet tota ſepulchro:tota funeri ſeruet:nemo obſeruator:nemo caſtigator adſiſtet.Cuiuſcũq; modi ea pecunia ex hæreditate alicuius obuenerit: ſecurus habeat quietuſq; poſſideat.Ea lex uigeſimæ dicta eſt:ut ad periculũ eius perueneri niſi opibus nõ poſſit. conuerſa ẽ iniquitas in gratulationẽ:iniuria in uotum.optat hæres ut uigeſimã debeat. Additũ eſt: ut qui eiuſmodi ex cauſis in idem edicti uigeſimã deberẽt nondũ tamen intuliſſent: non inferrent. At in præteritum ſubuenire:ne dii quidẽ poſſunt: tu tamẽ ſubueniſti:cauiſtiq;:ut deſineret quiſq; debere: quod non eẽt poſtea debiturus. Idem feciſti ne malos principes habuiſſemus: quo ĩgenio ſi natura pateret quã libẽter tot ſpoliatis:tot trucidatis ſãguinẽ & bona refudiſſes? Vetuiſti exigi qđ deberi nõ tuo ſæculo cœpat. Alius ut cõtumacibus iraſceret:tarditatẽq; ſoluẽdi dupli:uel & quadrupli irrogatione mulctaret: tu nihil referre iniquitatis exiſtimas:exigas q; deberi nõ oportuerit:an cõſtituas:ut debeatur.Feres Cęſar curã:& ſolicitudinẽ cõſularẽ:nã mihi cogitanti eundẽ te collationes remiſiſſe:donatiuũ reddidiſſe: cõgiariũ obtuliſſe: delatores abegiſſe: uectigalia tẽperaſſe: ĩterrogãdus uideris ſatis ne cõputaueris impii reditus: an tantas uires hẽat frugalitas principis: ut tot impẽ

An conſtituas.in futurum. Feres.patienter ſuſtinebis.eſt autem licentia aſtutior.qua aliquem obiurgamus quomodo ſe cupit obiurgati.præterea color frequentatio: cum res in tota cauſa diſperſæ coguntur in unum locum:quo grauior:aut acrior oratio ſit. Solicitudinem conſularem.curam mei conſulis cuius proprium curare publica. Collationes.extraordinaria uel ſuperindicta tributa.xii. Codicis titulus eſt de collatione fundorum uel rei priuatæ:uel dominicæ:uel ciuitatum:uel templorũ: &.x.eiuſdem de collatione donatorum uel releuatorum:aut tranſlatorum ſeu aderatorũ poſtquam ſequitur titulus de collatione æris. Congiarium obtuliſſe.compar graue:& ſimiliter deſinens. Imperii redditus.nam cum uectigalia ſecundum Cice.pro Cn.Pompeio:ſint nerui reipub.debet princeps impenſas & redditus diligenter computare:ut ſi ingruerit neceſſitas eas tanquam ſubſidia opportuna paratas habeat.alii enim principes cum largitionibus ordinarios reditus exhauſerant.conuertebantur ad rapinas. pecuniarum autem in theſauris romanoꝝ ſcribit Appianus ægyptioꝝ talentorum quattuor & ſeptuaginta milia ſuis temporibus fuiſſe. Frugalitas.temperantia ab impenſis ſuperfluis.

Sufficiat.satisfacit q̄.s.donat:remittit:id frugalitate suppleat. Aliis.principibus. Domitianum imprimis notat. Omnia.hyperbole. Fronte graui.cum seueritate sic Mart. Triste.supercilium: duriq̄ se uera Catonis Frons. Contumaciter.superbe. Adessent.fauerent. sua sponte.a natura. Magistris. instructoribus.monitoribus Plura.plures rapendi uias. A nobis.a malis subornatoribus. Cōtra nos. in ciuium perniciem:& detrimentum. Obstructus:clausus. Silēt.auari adulatores Philostratus libro septimo recitat sub Domitiano comparatas accusationes aduersus ditissimos: quod immensæ diuitiæ contumeliam paterent: & ceruicem supra multos extollerent & animos erigerent nec obtemperare legibus sinerent alius item accusatus est quod Tarenti sacrificans publicis precibus non addiderat Dumitianum esse Palladis filium alius q̄ ī insulam secessisset tanquā interfecta parente. Pro nostris moribus. facis enim ut uel inuito caremus adulā di morbo. Voconia. Voconius legem tulit authore Pediano: ne quis census: hoc est pecuniosus hæredem relinqueret filiam. Gellius tamen.xix. quid inquit utilius plebiscito Voconii de cohercendis mulierum hæreditatibus.nā Marcus Tullius pro Cor. Balbo dixerat apud maiores nostros legem tulit Quintus Voconius de mulierum hæreditatibus idem in Verrem. C. Voconius sanxit nequis hæredem uirginem neue mulierem faceret:& diuus Augustinus tertio de ciuitate Dei. lata est lex Voconia:ne quis hæredem fœminam faceret:nec unicam filiam. Iuliæ leges. apud Iurisconsultos legimus multas leges appellatas Iulias. ná.ff.& Codice. titulus ē ad legē Iuliā maiestatis: ad legē Iuliā de ui publica:item repetūdarū:ad legē Iuliam de ui priuata ad legē Iuliā de annona ad legē Iuliā peculatus:ad legem Iuliā ambitus. Iuliæ legis de maritandis ordinibus meminerunt Apuleius & Tranquillus:sed imprimis monstrasse autumo legem Iuliam in adulteros & stupratores ab Augusto latam authore Vlpia. quam Domitianus desuetam reuocauerat Martialis testimonio Iulia lex populis ex quo Faustine renata est: Atq̄ intrare domos iussa pudicicia. Maiestatis. quamuis supra quid sit maiestas enarrauimus:addam tamen non importune, maiestatem minuere esse de dignitate aut amplitudine:aut potestate imperii Romani aliquid derogare:crimen secundum Vlpianum ad legem Iuliam maiestatis sacrilegio proximum:quod Tiberius atrociter puniuit nam cum Tacitus libro tertio scribat. Ancharium postulasse Cæsium Cordium de repetundis addito inquit maiestatis crimine quod tū omnium accusationum complementum erat & non multo post maiestatis crimina subdebantur uinclum & necessitas silendi. Nero autem instituit:ut lege maiestatis dicta factaq̄ omnia: quibus modo delator non deesset tenerentur:& Domitianus quosdam maiestatis reos in curiam induxerat:quibus more maiorum condemnatis liberum mortis arbitrium permisit scribente Tranquillo lege. ff. xlviii. ad legem Iuliam maiestatis:quot criminum species complectatur crimen læsæ maiestatis. Locupletabant. Paulus & Martianus Iurisconsulti testantur bona reorum maiestatis læsæ etiam post mortem fisco applicari filios autem eorum Honorius & Arcadius constituerunt ab omnibus bonis paternis & maternis repelli: & ab omni alia quauis hæreditate:& successione: Falcidiam tantū filiabus ex bonis matris relinquunt. maiestatis damnati capite plectuntur. Eorum. ciuium. Qui crimine uacarent. innocentium. Magnitudine. maiestatis amplitudine. Vendicabant. ni sibi usurpabant:male enim terrore ueneratio acquiritur. at Traianus si Dioni credimus magis amari a Romanis q̄ timeri gaudebat. Amicis fides. non amplius se inuicem reos agunt:neq̄ liberi parentes:neq̄ serui dominos. Verentur & parent. lego apud Dionem: Neruam seruos atq̄ libertorum plurimos dominis & patronis insidiantes ad unum occidi imperasse:& ne serui in posterum dominos criminarentur edicto uetuisse: quod etiam fecisse Traianum Mart. in laudem eius refert. libro. x. qui sua restituis spoliato iura patrono: Libertis exul nō erit ille suis.

diis: tot erogationibus sola sufficiat? nam quid ē causæ: cur aliis quidem: cum omnia raperent: & rapta retinerēt: ut si nihil rapuissent: defuerit omnia: tibi cum tam multa largiaris: & nihil auferas omnia superstint? Nunq̄ principibus defuerunt qui fronte graui: & tristi supercilio utilitatibus si sci contumaciter adessent: & erant principes ipsi sua sponte auidi: & rapaces: & qui magistris non egerent: plura tamen semper a nobis cōtra nos dicerunt: sed ad tuas aures cum cæteris omnibus: tum uel maxime auaris adulationibus obstructus est aditus. Silent ergo: & quiescunt & postquam non est: cui suadeatur: qui suadeant non sunt. quo euenit: ut tibi: cum plurimum pro tuis: tum pro nostris moribus debeamus. Locupletabant: & fiscum: & ærarium non tam Voconiæ: & Iuliæ leges: q̄ maiestatis singulare: & unicum crimen eorum: qui crimine uacarent: huius tu metum penitus substulisti contentus magnitudine: qua nulli magis caruerunt: q̄ qui sibi maiestatē uindicabāt. Reddita ē amicis fides: liberis pietas: obsequium seruis uerentur: & parent: & dominos habent:

Voconia lex.

Iuliæ leges

Maiestas

Mar. locus

Non enim ordo eſt:non.n.iam ſerui noſtri ſunt amici principis:ſed nos ſumus.nã Claudius libertis ſuis oĩa credidit & indulſit ſic Galba:& Suidas memorat Caiũ ſanxiſſe ut ſerui dños de quocũq; crimine poſſent accuſare.Hermogenianus.ff.v.rñdet:lege pmiſſum ſeruis in certis caſibus cõtra dños cõſiſtere.

Mancipiis.ſeruis. Oẽs.dños. Seruile bellũ:p.mutatio.nã ſeruoꝝ in dños coniurationẽ ſeruile bellũ uocauit:reſpiciẽs ad illud:q; in Sicilia ortũ cũ a ptorib⁹ opprimi minime ualuiſſet.Cn.Fuluio cõſuli mã datũ eſt:cuius belli initiũ fuit Eunus ſeruus natione Syrus:qui cõtracta agreſtiũ ſeruoꝝ manu:& ſolutis ergaſtulis iuſti exercitus numeꝝ impleuit:Cleon quoq; alter ſeruus ad.lxx. milia ſeruoꝝ cõtraxit:& copiis iunctis cõtra populũ Ro.exercitúq; eius: bellũ ſæpenũero geſſerũt.hæc Liuius & Marcellinus. Nõ minus.pſtitiſti. Nõ minorẽ opem tuliſti. Hos.dños. Securos. a delatiõe ſeruoꝝ. Nec fortaſſe.diminutio.i.ponamus q; nõ ſint laudãda. Illum. potius intelligo Domitianũ quã aliũ:í quẽ recenti ſceleꝝ memoria gladiũ oratoriũ diſtringit:cũ is cuilibet accuſatori crediderit. In capita. in pernicie. Subornantẽ. clanculũ inſtruentẽ: qd obiecturi: eſſent eſt.n.ſubornare ſaſum iſtruere aliquẽ ſemotis arbitris: & ſemper in malũ uſurpat: Liuius.iiii.belli punici:militẽ ſubornauit: ut Syracuſas perferret nunciũ cõueniẽtẽ eis: quæ ad Milã falſo nunciata erant. Trãql.Iulius Gæſar ſubornauit: qui.C.Rabirio perduellionis diem diceret. Delata.ab alio explicata:detecta. Siles principi. malos. In eodẽ genere. ſilr laudandũ.

Subornare

non enim iam ſerui principis noſtri amici: ſed nos ſumus:nec pater patriæ alienis ſe mancipiis charíorem: q̃ ciuibus ſuis credit. omnes accuſatore domeſtico liberaſti.unoq; ſalutis publice ſigno illud (ut ſic dixerim) ſeruile bellũ ſuſtuliſti: in quo non minus ſeruis q̃ dominis præſtitiſti. hos enim ſecuros:illos bonos feciſti:non uis interea laudari? nec fortaſſe laudanda ſint:grata ſunt tamen recordantibus principẽ illũ in capita dominoꝝ ſeruos ſubornãtẽ:monſtrãtẽq; crimina q̃ tanq̃ delata puniet.magnũ: & ineuitabile:ac toties cuiq; experiẽdũ malũ quoties q̃ſq; ſimiles pricipi ſeruos haberet.In eodẽ genere ponendũ eſt quod teſtamenta noſtra ſecura ſunt:nec unus oĩum nunc: qa ſcriptus hæres.nõ tu falſis:nõ tu iniquis tabulis aduocaris.nullius ad te iracũdia:nullius ĩpietas:nullius furor confugit:nec quia offendit alius nũcuparis:

Secura.rata.libera. Claudiũ ferũt tenuiſſe ab ullo q̃ cognatos hñret ſe relinq; hæredẽ: & publicatas ab aliis ĩperatorib⁹ hæreditates ſuis reſtituiſſe.Pertinacẽ uero tradit Capitolinus legẽ tuliſſe: ut teſtaméta priora nõ prius eſſent irrita:quã alia perfecta eſſent:neue ob hoc fiſcus aliqñ ſuccederet: ipſeq; pfeſſus ẽ nulli⁹ ſe adituꝝ hæreditatẽ:q̃ aut adulatiõe alicui⁹ eẽt delata:aut lite:aut pplexa:ut legitimi hæredes & neceſſarii priuarent̃:ide luſtinianus in Inſtitutionibus:diuus inqt Pertinax expreſſit nõ admiſſuꝝ ſe hæreditatẽ eius:q̃ litis cã principẽ reliquerit hæredẽ:neq; tabulas nõ legitime factas:in q̃bus ipſe ob eã cãm hæres inſtitutus erat ꝓbatuꝝ:Nec unus oĩum nũc tu es hæres:qa ſcriptus.in teſtaméto olim fuiſſes: & poſtea ultimo:qd' ualere debet.Præteritus ſis reſpexit Tiberiũ:q̃ ut irrita & uana putauit illoꝝ teſtamẽta:quoſcũq; quis diceret hærede Cæſare mori deſtinaſſe nã ẽm Paulum eius bona qui ſe ĩperatorẽ factu rum hæredẽ iactauerat:a fiſco occupari nõ poſſunt:nec ex ĩperfecto teſtaméto ĩperatorẽ hæreditatem uendicare poſſe ſæpe cõſtitutũ ẽ.licet.n.lex ĩperii ſolẽnibus iuris ĩperatorẽ ſoluerit:nihil tñ tã ꝓpriũ imperii eſt quã legibus uiuere. Falſis.cõfictis. Iniquis.utpote præteritis filiis:quos hæredes iſtituere debuiſſet potius quã imperatorẽ.legimus Tiberiũ metu & langore ad faſtidium uitæ egiſſe. Cn.Lentulũ Augurem:cui cenſus maximus fuerat:ut ne quo:niſi ipſo hærede moreretur:Caium uero teſtaméta primipilarium:qui ab initio principatus Tiberii neq; illũ neq; ſe hæredem reliquiſſent ut ingrata reſcidiſſe Neronem deniq; inſtituiſſe ut ingratorum in principe teſtamenta ad fiſcum pertinerent ac ne impune eſſet ſtudioſis uiris.qui ſcripſiſſent uel dictaſſent ea.ſatis cõſtat lecto teſtaméto Agricolæ ſicut Tacitus in eius uita refert quo optime uxori & piiſſimæ filiæ Domitianum ſcripſit lætatum eum uelut honore iudicioq;.tam cœca & corrupta mens aſſiduis adulationibus erat ut neſciret a bono patre nõ ſcribi hæredem niſi malum principem ubi menda ſatis obuia pro teſtamento legitur teſtimonio. Nullius iracũdia confugit ad te. nullius te dixit hæredem quod iratus eſſet in ſuos quod impius dum filios præterit quod furore non ratione ductus ſit. Nuncuparis.hæres nominaris qua dictione luriſconſulti plerunq; utuntur Vlpia.ff.xxviii.de teſtamentis.hæredes palam ita ut exaudiri poſſint nuncupandi ſunt licebit ergo teſtanti uel hæredes nuncupare uel ſcribere ſed ſi nuncupat palã debet ideſt ita ut exaudiri poſſit a teſtibus Teod.& Valent.Imp.libro ſexto cod.titulo de teſtamẽtis per nuncupationẽ dicunt hoc eſt ſine ſcriptura teſtamenta quoq; non aliter ualere ſancimus quam ſi ſeptem teſtes & ſimul uno eodemq; tempore collecti teſtatoris uoluntatem ut teſtamentum ſine ſcriptura facientis audiuerint.Tacitus. nec defuerunt:qui monerent magna ex parte hæredem Cæſarem nuncupare.Tranquil.etiam in Caio oportune uſus eſt hoc uerbo.metu inquit iam & ab ignotis inter familiares:& a parentibus inter liberos palam hæres nuncuparetur:deriſores uocabat:quod poſt nuncupationem uiuere perſeuerabant.

Taciti loc⁹

Nũcupare

Quia alius offendit.te.ſ.p id putans poſſe iperatoriã indignationẽ mitigari. Vitellius equitẽ Romanũ proclamantẽ cũ raperet ad pœnã hæres meus es: exhibere teſtamẽti tabulas cohægit: utq; legit cohære dẽ ſibi libertũ eius aſcriptũ: iugulari cũ liberto iperauit. Meruiſti pp tua in illũ merita: Tranql. narrat Auguſtum accepiſſe uiginti annis quaterdecies milies ſext. ex teſtamẽtis amicoꝝ. Præteriris. nõ relinqueris hæres. Priuatũ. dum nondũ eras iperator. Curſum. uitæ ordinẽ. Sit ne feracius. ſenſus é expetitio oſtẽdis principẽ: qui ameꝛ a ſuis nõ ſolũ maioré laudẽ: ſed etiã pecuniã ſibi cõparare ab amicis illũ ultro hæredẽ relinquẽtibus: quã illos q cogebant ciues ſe nuncupare hæredes.

ſed quia ipſe meruiſti. Scriberis ab amicis ab ignotis præteriris: nihilq; inter priuatum: & principẽ intereſt: niſi q; nunc a pluribus amaris: nam & plures amas. Tenes Cæſar hunc curſum: & probatur experimento: ſit: ne feracius: & uberius: nõ ad laudem modo ſed ad pecuniam pricipi: ſi hærede illo mori hoies uelint: quã ſi cogantur Donauit pater tuus multa: & ipſe donaſti ceſſerit parum gratus: manent tñ ii: qui bonis eius: fruantur: nihilq; ex illis ad te niſi gloria redit: nã liberalitatem iucundiorẽ debitor gratus: clarioré igratus facit. Sed quis ante te laudẽ iſtã pecuniæ prætulit? quotus quiſq; principũ ne id quidem in patrimoniis noſtris ſuũ duxit: quod eſſet de ſuo. nõne ut regum: ita Cæſarum munera illitos cibis hamos: oppertos præda laqueos æmulabant: cũ priuatis facultatibus uelut hauſta: & multiplicata: retro ſecum quicquid attigerant referrent. Quã utile eſt ad uſum ſecundoꝝ per aduerſa ueniſſe. Vixiſti nobiſcum periclitatus es: timuiſti: quę tũc erat innocentiũ uita ſcis: & expertus es quãtopere deteſtent malos principes etiã: qui malos faciũt: meminiſti quæ optare nobiſcũ: quæ ſis quæri ſolitus. nã priuato iudicio principẽ geris: meliorẽ immo te præſtas quã tibi alium precabare. Itaq; ſic imbuti ſumus: ut q bus erat ſumma uotoꝝ melior peſſimo princeps: iã nõ poſſimus: niſi optimũ ferre. Nemo eſt ergo: tã tui: tam ignarus ſui: ut locum ipſum poſt te concupiſcat. facilius eſt: ut eẽ aliquis ſucceſſor tuus poſſit:

Sit ne. an ſit. cũ uere ſit. Pater tuus. Nerua. Donauit multa. nã quaſcunq; pecunias in regiis theſauris cõperit reliquas: iniuſte ſpoliatis a Domitiano reſtituit: pauperibus Ro. decies quinquagies centena millia erogauit agroſque ſua pecunia coemptos ppoſitis ſenatorii ordinis uiris: qui illos egenis diuiderent. nihilo ſegnior i amicos extitit: cõpluribus ingẽtia beneficia cõferens. nã Philoſtratus in uitis Sophiſtaꝝ tradit Atticũ declamatoris Herodis patrẽ domi ſuæ Theſauꝝ ingẽtem effodiſſe: ac Neruæ iperatori ſcripſiſſe qd placeret fieri de illo cui Cæſarẽ reſcripſiſſe inuẽto uti debere. ueꝝ Atticus ſibi metuens iteꝝ ſcripſit: ſed inuentũ excedit priuatam cõdictionẽ: ad quæ iperator reſcripſit etiã pro arbitrio tuo abutere. Ceſſerit parũ gratus. & ſi aliquis hoꝝ inuẽtus eſt parũ gratus erga illũ: uel deceſſerit parũ gratus ſi aliquis hoꝝ donatus a patre tuo deceſſit præterito te in teſtamẽto. Manent. uiuunt ſine diſcrimine hæredes igrati defuncti. Eius. Neruæ. Illis. bonis: quæ pater tuus elargitus eſt. Clarioré. illuſtrioré. notabiliorẽ. ſnia duplex. Sed quis interrogatio: quæ hoc agit ut neges. Prætulit laudẽ iſtã pecuniæ. potius uoluit laudari q̃ habere pecuniã. Quotus quiſq;. nullus é qui. In patrimoniis ueſtris: q; a maioribus & parẽtibus trãſmiſſum fuerat ad nos. Duxit: putauit. Quod eſſet de ſuo. quod ipſe & ſuperiores pricipes donaſſent. Illitos cibis hamos. cõtectos eſca uncos: quibus piſces capiunt ſic & munerib9 hoies illaqueant. Mart. captatores notans. Sic auidis fallax idulget piſcib9 hamus. Calida ſic ſtultas decipit eſca feras. Illitos cibis hamos. opertos præda laqueos. tres exornationes notari pñt: cõpar: ſil'r cadẽs: permutatio. Multiplicata. lõge maiora munera. Referrẽt hæredes iſtituti Cæſares. Priuatis a priuatis. Quicqd attigerãt. cuicũq; aliqd donaſſent. Ad uſum ſecũdoꝝ: ad felicitatẽ. Per aduerſa: q̃ faciũt ut bona. melius intelligamus. nã idẽ dixit hẽt has uices cõditio mortaliũ ut aduerſa ex ſecũdis: ex aduerſis ſcẽa noſcant. Periclitatus es. nobiſcũ ſub Domitiano qm̃ malis pricipib9 uirtus formidoloſa ẽ. nã oium pria tũ dies & horas: qb9 nati erãt iquirens: nõ paucos ẽt eoꝝ: q deſperabãt aliquã potẽtiã cõſequi: iterfecit. M. Tullius de Oratore magna la9 illa & admirabilis uideri ſolet tuliſſe caſus ſapiẽter aduerſos: nõ fractũ eẽ fortũa: retinui ſſe i reb9 aſperis dignitatẽ. Qui malos faciẽt. adulatores. circuitio. Quæ. qualẽ pricipẽ. Quæ. Domitiani ſcelera. Principẽ geris. es priceps. Priuato iudicio. cũ recte ſcias priuatoꝝ iudicia de pricipe: uel te talẽ geris i principatu: qualẽ priuatus tibi principẽ optabas. Aliũ. principẽ eſſe. Imbuti aſſueti.

Quibus. nobis. Sũma uotoꝝ. ſũmũ uotũ ut nobis dareꝛ. Melior. minus malus. Peſſimo. Domitiano. Niſi optimũ: tibi ſimilẽ. Ignarus tui. alienus a cognatione tui. Tã. ignarus ſui. Tã ſtultus. Locũ ipm. iperii habenas. Poſt te. poſt obitũ tuũ. Affectauit tñ Imperiũ Adrianus poſt mortẽ Traiãi: q̃uis

non deſtinatus:neq; ab eo adoptatus:ſed potiſſimũ fauente Plotina Cæſar creatus. multũ Traiano diſſimilis:ſed nõ cõtemnendus imperator. Poſſit.eſſe neceſſario. Quã ut uelit.quã uoluntate cũ uideat nõ poſſe tua ueſtigia ſubſequi. Molem.pondus. Cõparari tibi.quis nõ diffidet tuas uirtutes æquare? Bono pricipi.Neruæ. Adoptari.cur nõ debebas adoptari a bono:cũ difficile eſſet illũ imitari. Prona.in prõptu. Nemo repẽdit incolumitatẽ turpitudine.nullus imperator incolumes facit: & abſoluit uiros:quod ſint turpes:& ꝓboſi:ut olim fiebat & ut apertius dicã:nemo cogitur eẽ turpis: ut incolumis fit.nã ſcimus Neronẽ ꝓfeſſis apud ſe ob ſcœnitatẽ:cætera quoq; cõceſſiſſe delicta. Dignitas uitæ.qa dignitates aſſequit nõ flagitiis:ſed uirtutibus perpulchre Ci.dixit ſcripſiſſe Platonẽ: q̃les in rep.principes eẽnt:tales reliquos ſolere eẽ ciues & Theopõpus referente Athæneo recitauit Philippũ Alexãdri patrẽ extitiſſe prodigũ & lurconẽ:uñ amicos eius talibus uiciis laboraſſe: nã multos illi ſiles: alios breui regio luxu corruptos ad eã uitã defluxiſſe. Cõſiderat⁹. habet. In tenebris.ſine honore.i ocio: in ſeceſſu ut faciebant ſub Domitiano.

Præmia.ſunt cõſtituta. Virtutibus. uiris bonis. Quæ.erãt ordinata. Nec tm̃ ex cõſcia merces bñfactis.nã ſæpius factoꝝ ſuoꝝ cõſciẽtiã præmiũ facit.in primo enim epl'aꝝ meminimus'inquit quãto maiore ꝯio fructus honeſtatis in cõſcientia:quã in fama reponatur. ſub Traiano uero non ſolũ hoc.ſed etiã honoꝝ & diuitiaꝝ pro uirtutib⁹ præmiũ reportabãt boni.ſapiens.n.& ſi nulla re indigeat tamẽ authore: Seneca multis illi rebus opus eſt. merces nominatiui Caſus eſt dicta:a merẽdo.q̃q̃ apud iuriſ cõſultos merx pro mercimonio legat': cuius accuſatiuũ pluralẽ merces Ouidius in heroidibus protulit.Nec me crede fretũ:merces portante carina Finde re.apud Noniũ ſic ſcriptũ ĩuenies:merx & mercatura hoc diſtãt:q merx eſt ſpẽs ipſa:mercatura eſt actus ipſe: mercatus aũt locus in quo agitur mercatura. Rectos.iuſtos. Vt alii.principes ſolebãt. Tacitus memorat Corbulonẽ iam bellũ Caucis Germanis parantẽ litteris Claudi repreſſum quoſdã enim dicere ſolitos apud principẽ. quicquid proſpere feciſſet Corbulo id caſurum in reip.dãnum:formidoloſum paci uiꝝ inſignẽ & ignaro principi pergrauem. Cum ſatis ſit.bonis uiris. Si nõ nocet eẽ bonis:ut fieri ſolebat ſub malis principibus quibus uirtus erat ſuſpecta. His.bonis. Honores.magiſtratus. Sacerdotia.pontificatus:auguratus:& his ſilia. Prouincias.imperia diſſolutio color. Hi boni. Florent illuſtrantur. Iſti alii.ſic Antonius philoſophus ex malis bonos fecit:ex bonis optimos:fuitq; per oĩa moderatiſſimus in hoĩbus deterrẽdis a malo: inuitãdis ad bonũ:remunerãdis copia & indulgẽtia liberalis. Acuunt' ad imitationẽ bonoꝝ. Precio. integritatis:cũ uidẽt integros uiros & induſtrios remunerari. Siles:boni. Diſſimiles. mali. Præmia bonoꝝ quæ dantur bonis a principe faciunt alios bonos:cũ uidẽt bonos eẽ in p̃cio: ſicut maloꝝ p̃mia faciũt malos. Pauci adeo ĩgenio ualent pauci admodũ reperiunt' ea natura prædĩti:ut uicia:aut uirtutes pro rõnibus tẽpoꝝ expetant:aut fugiãt. Turpe uiciũ.Honeſtũ uirtutẽ. Pro ut bene ceſſit ſi bene euenit ꝓ uicio aut uirtute expetũt uel unũ uel alteꝝ ſi te male fugiũt. Ac ſecus male ceſſit.i.præponũt utile honeſto neq; ſequunt' honeſtũ uirtutis cauſa ſed ſpe præmii. Cæteri plurimi. Vbi merces laboris datur inertiæ præmiũ qd' debebat' laborioſis uiris erogat' inertibus & qd' uigilãtibus datur ſomniculoſis & qd' frugalibus trãſfert' ad ꝓdigos. Eadẽ iſta præmia. Cõſectant' cõquirunt. Tacitus libro decimoſexto de Nerone agens.Caio inquit Petronio dies per ſomnum:nox officiis & oblectamentis uitæ tranſigebat'.utq; alios induſtria ita hunc ignauia ad famã protulerat.reuolutus ad uicia: ſeu uicioꝝ imitationem inter paucos familiarium Neroni aſſumptus eſt. Quibus artibus. malis. Illi. improbi qui munera comparant per ſcelera.Nam ſecundum Martialem:Nemo ſuos:hæc eſt aulæ natura potentis:Sed domini mores Cæſarianus habet. Tales.cæteri. Dum uolunt.eſſe & uideri mali.

quã ut uelit.quis.n.curæ tuæ molẽ ſponte ſubeat? q̃s cõparari tibi nõ reformidet? Expertus: & ipſe es:quã ſit honeroſum ſuccedere bono principi: & afferebas excuſationẽ adoptari.an prona:paruaq; ſunt ad æmulãdũ q̃ nemo incolumitatẽ turpitudine repẽdit? Salua ẽ oĩb⁹ uita:& dignitas uitæ:nec iã cõſideratus:ac ſapiẽs:q ætatẽ ĩ tenebris agit. Eadẽ qppe ſub pricipe uirtutibus premia:q̃ in libertate:nec benefactis tm̃ ex conſcientia: ſed etiã prę mia ſunt merces. Amas conſtãtiam ciuiũ: rectoſq; ac uiuidos animos non ut alii contundis ac deprimis:ſed foues:& attollis. Prodeſt bonos eſſe cũ ſit ſatis:abundeq; ſi nõ nocet: his honores: his ſacerdotia:his prouincias offers:hi amicicia tua:hi iudicio florent:acuuntur iſti integritatis:& induſtrię precio.ſimiles:diſſimiles allĩciuntur.nam præmia bonorum: malorumq; bonos: ac malos faciunt. Pauci adeo ingenio ualent:ut non turpe honeſtũque:prout bene ac ſecus ceſſit. expetant fugiantue: cæteri ubi laboris inertiæ: uigilantiæ ſomno: frugalitatis luxurię merces datur.eadem iſta quib⁹ alios artib⁹ aſſecutos uidẽt:cõſectant':qualeſq; ſunt illi:tales eſſe:& uideri uolunt:& dum uolunt:

Merces, Merx.

Fiunt.tales re uera euadunt.traductio. Vno aut altero. Augusto:& Tito:quos constat fuisse bonos. unde Dion in Tito memorat Titum Augusto comparandum in diuersa ætate:huncq; si minus uixisset nunq̃ a Romanis dilectum fuisse: neq; illum si plus:nam Augustus crudelior in principio propter hostes & seditiones:postea longo tempore multis in populum Roma. beneficiis claruit:at Titus humanæ imperans periit in Robore gloriæ.fortassis non uacaturus culpa:si diutius uexisset:qua fortuna maiori quam uirtute utebatur. Nimis dixi: quia duos ante Traianum principes bonos fuisse retuli. Augustus enim iter initia crudelis fuit authoribus Dione. Appiano: Trãquillo: & Titus cum patre principatũ administrans se in ciuilius & uiolentius ægit. si quidẽ suspectissimum quenq; sibi: submissis: qui per theatra & castra quasi consensu ad pœnam deposcerent: haud cunctanter oppressit in his Aulum Cecinnã consularem uirum uocatum ad cœnam. ac uix dũ triclinio egressum cõfodi iussit.

fiunt:& priores quidem principes excepto patre tuo: præterea uno:aut altero: & nimis dixi uiciis potius ciuiũ:quã uirtutibus lætabant: primũ qd in alio sua quemq; natura delectat.deide quos patientiores seruitutis arbitrabant: quos non deceret esse nisi seruos:hoq; in sinum oia congerebant: bonos autẽ ocio:aut situ obstrusos;& quasi sepultos nõ nisi delationibus:& periculis in lucẽ: ac diẽ pferebant. Tu amicos ex optimis legis:& hercule æquũ ẽ eẽ eos carissimos bono principi:qui inuisi malo fuerit. Scis ut sicut diuersa natura dominatio:& principatus:ita nõ aliis esse principẽ gratiorẽ:q̃ qui maxime dominum grauent. Hos ergo prouehis:& ostẽtas quasi specimen: & exemplar: quæ tibi secta uitæ:qd hoium genus placeat.ideo non censuram adhuc:nõ præfecturã morum recepisti:quia tibi beneficiis potius q̃ remediis ingenia nostra experiri placet. & alio q nescio an plus moribus cõferat princeps: qui bonos esse patit quã qui cogit.Flexibiles:quancũq; in partẽ ducimur a principe:atq;:ut ita dicã:sequaces sumus: huic.n. cari:huic pbati esse cupimus:quod frustra speraverũt dissimiles:eoq; obsequii cõtinuatiõe peruenimus: ut prope oẽs hoies unius moribus uiuamus.porro non tã sinistre cõstitutũ est:ut qui malum principẽ possumus:bonũ non possimus imitari.Perge mõ Cæsar: & uim: effectumq; censuræ

Viciis. Tranqui. in Domitiano: satis constat duos solos e notioribus uenia donatos:tribunum laticlauium & centurionem qui se quo facilius expertes culpæ ostenderent:ipudicos pbauerãt: & ob id neq; apud ducẽ:neq; apud milites ullius momenti esse potuisse.tribunum Dion nominat.Iuli9 ait Caluester tribunus militum accusatus q; sæpius cum Antonio Saturnino secreto cõgraderetur:neq; hoc dilluere posset:respondit se conuenire solitum ob amorem. erat enim eius ætatis & formæ: qui posset amari:inde absolutus hoc solum dixit:cessabo ab iis:quæ consueram.remisit igitur Domitianus crimẽ maiestatis læsæ Calueltro:quia impudicus erat.nã & ipse in mares pronior fuit. Sua natura delectat quenque in alio. sententia: idest unusquisq; delectatur cum uidet sui similem.nisi seruos. uiciorum qualem Crispinum Iuuenalis pulsat.& ideo Domitiano gratum uel.Nisi seruos. uilis animi:non affectantes principatum. Tranquil. locus

Horum.malorum: in quos satyricus gladium distrinxit.Criminibus debent ortos:prætoria:mensas. Omnia:dona ut Claudius Narcisso & Pallanti: Nero Polycleto. Galba Icelo libertis. Situ.desuetudine priuatione munerum ciuilium. Lucem.noticiam & famam. Legis.secernis. Eos.uiros optimos. Malo principi. Domitiano. Diuersa: sunt a natura nam dominatio: quæ tyrannis dicitur: tanquam dominus seruis imperat: principatus: quod regnum appellamus: tanquam pater filiis. ita principem non esse gratiorem aliis ciuibus: q̃ qui maxime grauentur: idest ægre patiuntur dominum tyrannum. Hos bonos.

Prouehis.ad honores promoues. Exemplar.indicium. Secta.ordo:uia modus. Non recepisti censuram.noluisti fieri censor. Non præfecturam morum.interpretatio censuræ quæ nihil aliud est q̃ morum præfectura. Augustus rem ipsam sine nomine recepit: aurhor enim Tranquillo recepisse morum & legum regimen perpetuum sine honore censuræ. Remediis.notis censoriis. Experiri.an potius beneficiis ad beneuiuendum excitemur: quam ignominia. Alioquin. insuper. Nescio. dubitatio:qua tamen ostenditut magis probati principem qui suos ciues patitur esse bonos:idest qui utitur clæmentia:q̃ qui cogit uicia:scilicet seuere reprimit admissa latenter Domitianum monstrat qui suscepta morum correctione multa seuere exercuit. Sequaces.fautores.imitatores.consecutores:unde sequaces hederas appellamus a natura sequentes:quibus adheserint.nam subditi studia principum imitantur:quare Cicero uoluit talem fuisse ciuitatem Romanam:qualescunq; summi ciuitatis uiri fuissent:& quamcunq; imitationem in principibus eandem in populo. Huic. Traiano. Dissimiles: pessimi. Vnius. Traiani. Constitutum. comparatum a natura. Vim.rem quamuis non receperis nomen censoris.

Tuum propoſitū tuū inſtitutū beneuiuendi & faciendi optima. Obtinebunt uim.perinde erit ī effectu ac ſi cenſor eſſes. Vita.bona. Cenſura.regimen moꝝ.nā Traianus cū populo humaniter uerſabatur:& cū ſenatoribus grauiter:cunctis quidē amabilis:metuendus uero nulli : niſi hoſtibus . hæc Dion quare nō īmerito Xenophon tradit Ageſilaū priuatoꝝ hoīum errata modeſte tuliſſe:principū uero maxima exiſtimaſſe:iudicabat.n.ab illis pauca:ſed ab his mala multa cōſtitui. Nec tā imperio.ſic eſt enim ſic eſt:exaſperat hoīes īperata correctio blandiſſime iubetur exēplo authore Pacato ī panegyrico Theodoſii. Mœtus eſt infidelis magis recti iam dixerat lib.ix.timor abit ſi recedas. M.Tullius aſſerit metum malum cuſtodē diuturnitatis nā lōge ualētior amor ad obtinēdum quicquid uolueris unde nō iniuria dixit mœtum infidelē magiſtrum recti. Exēplis docentur meliꝰ:q̄ præceptis:ſcribit enim Fabius.q̄ trī græci præceptis ualent : tm̄ Romani(quod eſt maius)exēplis:& quidē longe probabilius eſt ſe uiꝝ bonum rebus: q̄ uerbis oſtendere: nihilq; recte ſine exēplo docetur:aut diſcitur. Boni.uſus. Approbant . re hoc infert ut ad alia tranſeat.

Obtinuit aliquis qualis Tiberius quē narrat Dion exegiſſe pātomimos ab urbe:& ne ea arte qs uteret iuſſiſſe:qa mulieres corrumpebant: & tumultus excitabant.Nero pariter factiōes pantomimoꝝ cū ipſis ſimul relegauit:ſed magis hoc ad Domitianū referendū crediderim:qui ſcenā hiſtrionibus interdixit:tātum intra domū exercendi artem iure cōceſſo:ſeruat præceptū rhetoꝝ ex cōparatione peſſimi laudando optimum. repete quæ te pantomimis alibi annotauimus. Vt uellet ut eſſet contentus populus Rc. Rogatus es.petiuit precibus a te populus:ut pantomimos tolleres. Alius.Domitianus. Beneficium. id Romani pro beneficio reputarunt.

Neceſſitas . parere imperio Domitiani. Concentu.cōclamatione.concordia.cōſenſu. A patre tuo.a Nerua ſublata ſunt pantomimoꝝ ſpectacula quæ poſtea Traianus in theatrū reduxit ſi Dioni credimus: refert.n. hunc imperatorē hiſtrione Pylade nō mediocriter oblectatū . in cuius laudē Boetus græcus epigrāma cecinit:quo ſignificatur illum recitaſſe Bacchi tragœdiā.nō omittam Dionem:q̄tū ex eius cōpendio licet intueri:tradere Neruā īpendia contraxiſſe:ſuſtuliſſe multa ſacrificia:equoꝝ curſus: atq; certamina: nec minus ſpectacula quædā:nulla tamen de pantomimis particulariter habita mentione. Exactum ē. poſtularunt cuncti. Vtrunq; recte factū eſt. Malus Domitianus. Tolli.remoueri . nā ſpectātiū mores ſolent inficere pantomimi:unde merito diuus Auguſtinus libro cui titulus de ciuitate Dei:plærunq; ingenii acumen intendit in deperditos pantomimorum motus & inhoneſtas ſaltationes. Malis.hoībus.

Bene.honeſta. Authorem.diſplicuiſſe nō factum quia bonum. Scenici imperatoris. Nēronem reſpicit qui ſcænicis artibus imbutus primū Neapoli prodiit in ſcenam deinde etiam magni æſtimauit cantare Romæ inſuper nō dubitauit priuatis ſpectaculis operā inter ſcenicos dare quodā prætoꝝ ſextertiū decies offerēte.tragœdias quoq; cantauit perſonatus heroum deorūq; Tranqui.author legimus ēt Caiū fuiſſe cantatorē & ſaltatorē eoq; die quo periit peruigiliū indixiſſe ut initiū in ſcenā prodeundi licentia tēpoꝝ auſpicaret. Applauſor.nā captus Nero modulatis Alexandrinoꝝ laudationibus plures Alexādria euocauit.nec eo ſegnius adoleſcētes equeſtris ordinis & quinq; amplius milia e plebe robuſtiſſimæ iuuentutis undiq; elegit qui diuiſi in ſanctiones plauſuum genera condiſcerent. Effœminatas. molles corruptrices. Sæculo.temporibus tuis. Vulgus capere etiā diſciplinā prīcipū.ſequi mores ſuoꝝ principū. Rem ſeueriſſimā . exterminationē pantomimoꝝ a theatro. Fecerint . ſecuti ſint libenter. Ab uno.principe Traiano. Macte Cæſar.cumulate & magis aucte hac grauitatis gloria a ſacris ſermo tractus referente Seruio quoties.n.aut thus aut uinū ſuper uictimā fondebat dicebant mactus eſt taurus

Macte

tuum propoſitum : tui actus obtinebunt . nā uita principis cenſura eſt: eaq; perpetua: ad hāc dirigimur:ad hāc conuertimur: nec tam imperio nobis opus eſt : q̄ exēplo . qppe īfidelis recti magiſter ē metus.melius homines exemplis docentur : quæ īprimis hoc in ſe boni habent : quod approbant: quę pręcipiunt fieri poſſe.Et quis terror ualuiſſet efficere:qd̄ reuerētia tui effecit:ſ obtinuit aliquis: ut ſpectaculum pantomimoꝝ popu.ro.tolli pateretur : ſed non obtinuit:ut uellet . rogatus es tu qd̄ cogebat alius:cœpitq; eē beneficium : quod neceſſitas fuerat.neq; enim a te minore cōcentu: ut tolleres pātomimos:quam a patre tuo:ut reſtitueret: exactum eſt . Vtrunq; recte:nā:& reſtituī oportebat:quos ſuſtulerat malus princeps.& tolli reſtitutos.In his enim:quæ a malis benefiunt:hic tenē dus eſt modus:ut appareat authorem diſplicuiſſe nō factū. Idē ergo populus ille aliqñ ſcenici īperatoris ſpectator : & applauſor : nūc in pantomimis quoq; aduerſat:& dānat effœminatas artes: & indecora ſæculo ſtudia. Ex quo manifeſtū eſt principū diſciplinā capere ēt uulgus:cū rē: ſi ab uno fiat ſeueriſſimā fecerīt oēs . Macte hac grauitatis gl'ia Cæſar:q̄ cōſecutus es:ut qd̄ antea uis : & īpiū: nūc

uino uel thure.hoc eſt cumulata eſt hoſtia: & magis aucta inde ad eos qui uirtute uel honoribus aucti ſunt tranſfertur Marcus Tullius de repub.ferunt laudibus mactāt honoribus.i.magis augēt.Seneca.ix. epiaꝝ macte uirtutis eſto.ſanguinolētis & ex acie redeuntibus hoc dicit.Cato tamē in re ruſtica macte inquit uino inferiori eſto & macte hac illace dape pollucenda eſto ac interdum aliter. cōiungi ſeptimo caſu authores ſunt donatus & Diomedes.Martialis etiā genitiuum aſcripſit.Macte animi dicens uaria ri per caſus multoꝝ teſtimonio confirmatur nam Pompeius nominatiuum ſingularem ſicut Cato pro tulit mactus hoc fercto ſcribēs Curtius lib.iiii.pluralē nos quidē macti uirtute eſtote ſic Plinius ſenior lib.ii.macti ige nio & cœli interpretes.uerūtamē apud Liuium lib.ii.ab urbe condita indecli nabile poſitum eē uidetur iuberem in quit macte uirtute eē ſic nō multo poſt Secundus macte uteroꝝ in remp.merito qua dictione uidet uſus Actius Nonio docente qui multoꝝ teſtimonia ſuper hoc uerbo citat. Mores honeſtum pro poſitum tollendoꝝ pantomimoꝝ. Vi cia.alioꝝ. Ipſi.ut Caius: ut Claudius: ut Nero:ut Domitianus:qui merebant caſtigari.trāſgreſſio:quæ perturbat or dinē uerboꝝ. Liberum eſt. licet nec igit mirum ſi ea dicendi libertate Iuue nalis ſub Traiano ſit uſus:quis conque ratur nō eſſe prioꝝ libertatem:& tamē liberrime loquat:quod indiciū fuit ma ximæ libertatis. Cōparatum. conſue tum:cōſtitutū. Licet libertas conceſſa

mores uocarentur.Caſtigauerūt uicia ſua ipſi:qui caſtigari merebantur: idemq; emendatores: qui emendandi fuerunt. Itaq; nemo de ſeueritate tua querit: & liberum eſt queri. Sed cū ita cōparatū ſit:ut de nullo minus pricipe querantur homines: quam de quo maxime licet:tamen in ſæculo nihil eſt: quo non omne hoium genus lætetur: & gau deat:boni prouehuntur:mali:qui eſt tranquilliſſi mus ſtatus ciuitatis:nec timent:nec timent. mede ris erroribus: ſed iplorantibus oibuſq;: quos bo nos facis hanc aſtruis laudē: ne coegiſſe uidearis. Quid uitā:qd mores iuuentutis:quā principali ter formas:quē honorē dicendi magiſtris: quam dignitatem ſapientiæ doctoribus habes:ut ſub te ſpiritū: & ſanguinē & patriam receperunt ſtudia:

eſt. In ſæculo tēporibus noſtris:tuo principatu. Nihil eſt.nulla res fit. Omne genus cuiuſcunq; con ditionis.boni prouehuntur.uirtute prædīti dignitatibus honeſtant.Suidas inquit Traianus nemini in uidit:neq; aliquem dignitate priuauit:ſed mirū in modū oēs bono fouit:iccirco neminem uerebatur: neq; oderat.Claudianus de Stilicone hunc locū æmulatus eſt ſicut alibi in aliis plærūq;. Hinc priſcæ re deunt artes:fœlicibus inde Ingeniis aperitur iter deſpectāq; muſæ Colla leuant:opibuſq; fluens:& pau per eodē Nititur ad fructū ſtudio:cū cernat uteroq; Quod nec inops iaceat ꝓbitas:nec inertia ſurgat Di uitiis. Nec timent accuſatores:cū reliqui ſint boni. Nec timēt.a bonis:quia nullam lædendi facultatē habēt.Erroribus.punis malos uiros.Implorantibus.cū ploratu opē petētibus:ut medearis. Aſtruis. addis:applicas. Ne coægiſſe uidearis.ut ſua ſponte boni uideantur effecti. Iuuentutis Romanæ con ductis ſtipendio tuo rhetoribus:qui iuuenes eloquētia ſua excolant.inter cæteros mōſtrat Fabiū Quin tilianū:qui ad imperiū Traiani peruenit:& ſub eo profeſſus eſt. Dicēdi magiſtris:rhetoribus.circuitio. nā Celſo ſtatuā publice poni iuſſit authore & Dione:& muneribus poetas affecit dicēte de eo Iuuenale. Nemo tñ ſtudiis indignū ferre laborē Cogetur poſthac nectit quicunq; canoris Eloquium uocale mo dis:laurūq; momordit:& Lucianus eum ſapientē iperatorē & ſtudia coluiſſe cōmemorat. Sapiētiæ do ctoribus: iam prædiximus quendā philoſophum in curru triūphali a Traiano honoris cauſa poſitum: addam etiā uſum fuiſſe præceptore Plutarcho philoſopho & hiſtorico graniſſimo:extat adhuc eius epi ſtola.qua Traianū libere monet:ut ſe in principatu optime gerat. Spiritū:& ſanguinē.uitā.nā ſub Do mitiano multi ſecundū Dionem interfecti:quod philoſophiæ operā darent:reliqui urbe pulſi.hunc lo cum Tacitus in præfatione uitæ Agricolæ apertius exequit.legimus inquit cū Aruleno Ruſtico Petus Thraſea:Herennio Senectioni Priſcus Heluidius laudati eſſent capitale fuiſſe neq; in ipſos.modo autho res ſed in libros quoq; eoꝝ ſeuitū eſſe:delegato triumuiris miniſterio ut monumenta clariſſimoꝝ inge niorum in comitio ac foro urerentur.ſcilicet illo igne uocem populi Romani & libertatem ſenatus & conſcientiam generis humani aboleri arbitrabantur expulſi inſuper ſapientiæ profeſſoribus atq; omni bona arte in exilium acta.ne quid unquam honeſtum occurreret.nūc demum redit animus Nerua Cæ ſare beatiſſimi ſæculi ortu res olim diſſociabiles miſcente principatum & libertatem augeatq; quotidie fœlicitatem imperii.Nerua Traianus nec ſpem modo ac uotum ſecuritas publica ſed ipſius uoti fiduciā ac robur aſſumpſerit. Patriam.Romam unde fuerunt expulſa. Studia. litteraꝝ. & erunt adhuc qui diſſimulabunt Iuuenalem non ſcripſiſſe hæc de Traiāo ſatyra ſeptima.Et ſpes & ratio ſtudioꝝ i Cæſare tantum.Solus enim triſtes hac tempeſtate camœnas Reſpexit.ego ut ſupra multis argumentis cōproba ui ſub Traiano ſcriptam Iuuenalis ſatyram ita de eo illic locutum facile cōtenderim nam quamuis Dio nis authoritate non fuerit Traianus exactæ doctrinæ tamen doctos & fouit & extulit & ne longius re cedamus nonne Secundum oratorem excuſſum multis prouectū dignitatibus imprimis carum habuit.

Priorum tempoꝛ. Atheneus ait quidam Sophocles decreto eiecit omnes ab attica philoſophos & Romani ĩ omnibus optimi eoſdem ab urbe expulere tanquam iuuentutis corruptores nam Lucio Poſthumio conſule Alcium & Phileſium epicureos ſic Meſſenenſes epicuros omnes abegerunt pariter Antiochus rex cuiuſcunq; ſectæ regno ſuo interdixit neq; fatet ſcire quomodo poſtea a Romanis recepti fuerint. ad hæc in Tiberio Tranqui. obiectum eſt poetæ quod in tragœdia Agamemnonem probris laceſſiſſet obiectum & hiſtorico quod Brutũ & Caſſium Romanoꝝ ultimos dixiſſet animaduerſum ſtatim in authores ſcriptaq; abolita quamuis probarent ut etiam aliquot ante annos Auguſto audiente recitata. quibuſdam cuſtodia traditis non modo ſtudẽdi ſolatium ademptum ſed etiã ſermonis & colloquii uſum. Priceps. Domitianus.

Artes. philoſophiam: nam uera philoſophia eſt uiciis carere: & uirtutib⁹ abũdare. Reuerentia. timore. In complexu. in ſinu. Præſtas. re facis q; philoſophi præcipiunt: munera enim ſapientis & non indocti hois obibat: nihilq; omnino erat: quod optime non exerceret.

Quantum ab illis probaris. unde Iuuenalis hortatur iuuenes doctos ad laudes Traiani. Hoc agite o Iuuenes circũſpicit: & ſtimulat uos Materiamq; ſibi ducis indulgentia quærit. Studia humanitatis. quibus edocemur ut humanis moribus utamur. Admiſſionum tuaꝝ facilitatem. tranſit bono ordine: ad facilẽ aditum colloquẽdi cũ Traião unicuiq; permiſſum: ſic laudatur Veſpaſianus apud Trãquil. ſic Ageſilaus apud xenophontẽ: quod lætaretur aditũ ad ſe omnibus patere: contra notat Perſarum regẽ gloriantem difficilẽ ad ſe præbere acceſſum: cum ergo Traianus ſtudiis humanitatis auſcultaret: ſequebat eum eſſe facilem admittere quoſcunq; ad cõgreſſum ſui. Hos. Flauios. anteq; Domitianus proueheret cũ ſuis: ciuilibus bellis cõcuſſa rep. Arcam: domũ palatinã. Noie. titulo inſcriptione. Publicaꝝ ædium. quod uellet imperatoris palatium ciuibus omnibus patere: & publicum eſſe. nõ autẽ intelligendum de priuata Traiani domo: quã. P. Victor in. xii. urbis regione locat. Fruſtra tamen. inſcripſerat arcem palatinam titulo publicarum ædium. Adoptaſſet. te principem bonum. Vt in publicis. ſine cuſtodia: quo omnes conuenire poſſunt nullo repellente. Moribus tuis. qui ſinis fores palatii omnibus patere. Non alius. ſed tu fueris author: & inſtitutor huius moris: quod ſane maiũs eſt: q; ſubſequi alium. Reſerata. cunctis aperta ſunt: q; tuum palatium. Sedes. templum Iouis Capitolini. Magis omniũ eſt. Obices. repagula: ſeſe peſſuli. dicimus hic obex: & hæc obex apud antiquos: quos Virg. ſecutus in. x. Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Sulpitiũ Apollinarẽ tradit Gellius obices cũ o lra correpta ſolitũ dicere. Onexander de iperatore eligẽdo: delectus inqt iperator facilis eſto: comis: & ſe uolẽtibus adire pateat: nõ tñ ea ſit facilitate: atq; comitate: ut cõtemptui fiat: nec acerbus & durus ut odiũ in ſe cõcitet. Gradus. cõditiones: differẽtiæ quia ſub aliis principibus inferiores & uiliores hoies p cuſtodes cõtumelioſe repellebant ab aditu palatii. Mille liminib⁹. ĩmuneris oſtiis q̃bus ad Domitianũ trãſcendebat. Aliqua. limina ſupererant. Dura. ſurda clauſa difficilia aperiri. Pudor. modeſtia.

quæ priorum temporum immanitas exiliis puniebat: cum ſibi uitioꝝ oĩum conſcius princeps inimicas uitiis artes nõ odio magiſq; reuerentia relegaret. At tu eaſdẽ artes in cõplexu oculis: auribus habes. Præſtas enĩ quæcunq; præcipiunt: tantumq; eas diligis: quãtum ab illis probaris. An quiſq; ſtudia humanitatis profeſſus: non cũ oĩa tua: tum uel imprimis laudibus ferat admiſſionum tuarum facilitatem? Magno quidẽ animo parens tuus hanc ante hos principes arcem publicarum ædium nomine inſcripſerat: fruſtra tamẽ niſi adoptaſſet: qui habitare ut in publicis poſſet. Quam bene cũ titulo iſto moribus tuis conuenit: q̃q̃ omnia ſic facis tanquam non alius inſcripſerit. Quod enim forum? quæ templa tam reſerata? non capitoliũ: ipſaq; illa adoptionis tuæ ſedes magis publica: magis oĩum. Nullæ obices: nulli cõtumeliaꝝ gradus. ſuperatiſq; iam mille liminibus ultra ſemp aliqua dura: & obſtantia. Magna ante te: magna poſt te: iuxta tamen maxima quies: tantũ ubiq; ſilentium: tam altus pudor: ut ad paruos penates: & laré anguſtũ ex domo principis modeſtiæ: & tranq̃llitatis

Lar.

Paruos. priuatos uiroꝝ tenuium. Auguſtũ laré. pauperem domũ. larẽ pro domo uſurpari ſatis obuium eſt a laribus diis tracta denominatione quos Corybãtas & Idæos dactylos treſq; fuiſſe tradit Diomedes. nã authore Seruio maiores oẽs in ſuis domib⁹ ſepeliebant unde ortũ ut lares colerent ĩ domib⁹ quos Tertullianus ſic irridet domeſticos deos quos lares dicitis domeſtica ptãte tractatis pignerãdo uẽditãdo demutãdo. Cẽſorinus authore eũdẽ eẽ geniũ & laré. Apuleius de deo Socratis. ex lemuribus qui poſteroꝝ ſuoꝝ curam ſortitus pacato & quieto numine domum poſſidet lar dicit familiaris neq; iniuria Plut. in qõnibus p̃ſides: & domus cuſtodes lares dixit: alienis formidoloſos: domeſticis mites: unde canis eis aſſiſtit: ipſi aũt canũ pellibus ueſtiunt: an q; Chryſippus opinat dæmonia quædã mala circũire: quibus dii quaſi carnificibus: & ſceleꝝ ultoribus aduerſus iniuſtos: & ĩpios utunt: ſic lares furiales qui-

dam sunt pœnarꝫ exactores:uitæ & operationum speculatores:iccirco fit ut caninis pellibus induant: gbus:& canis ideo assistit:quod ad inuestigáda scelera:& ulciscendos improbos sagaces sint.Pōpeius deos inferos putat:gbus tot pilæ.i.effigies quot essent liberi ponebant:ut uiuis parcerent & essent his pilis & simulachris cōtenti de gbus plura Macrobius Sat.primo Lararium Lampridius appellat locū in domo in quo colebat antiquitas sanctiores animas quarꝫ statuas ibidē locabant.a laribus umbras laruas dicim⁹ nā dii penates alii sunt Plut.in Numa mediam ignis sedē laré uocari refert.lar ēt uiri proprium cuius genitiuus lartis. Exempla referant.magna Traiani laus uñ priuati modestiæ & quietis exemplū sumerent. Dion mo numētis reliqt nō solū domi Traianū. uerūetiā in bello facilé & sine periculi metu adeūtibus se præstitisse: quare parum abfuit ne a gbusdā Decibali trāsfugis dolo trucidaret:māsuetudinē Traiani Claudianus in panegyrico Honorii cōmēdat uictura feret Gloria Traiani non tā qđ Tygride uicto Nostra triumphati fuerit puincia Parthi. Alta qđ inuectus fractis Capitolia Dacis: Quam patriæ quod mitis erat. Vt quā humane. Excipis.suscipis ad te uenientes. Vt.quanta patientia. Quasi per ociū. iocis iucūdissimis sermonibus:& remissionibus honestissimis tanq̄ si non esses occupatus circa imperialia negocia. Vt alias.sub malis imperatoribus. Attoniti.stupidi.Domitiani tempora notauit:sicut Iuue.satyra quarta de sanatoribus ab eo conuocatis mētionem faciens:quos albanā dux magnus in arcē Traxerat attonitos:& festinare coactos. Tarditate.si sero aduenissent.unde exiit illud satyricū:rapta pperabat ab olla. Securi.contrarium exornatio. Admittente.libēter excipiente. Interdum est aliquid.sensus est q̄is humane nos Traianus intromittat ad se aliquando tñ domi nos cōtinemus tanq̄ aliquod officium magis necessariū facturi:q̄ ad principem ire.laudat principis & humanitatem:& libertatem. Excusati sumus.semper credis nos domi fuisse honesta ratione. Excusandi.per alium. Præstare sibi pro se niti. Ac.quia scis singulos contendere ut te uideant. Voluptatis huius conspiciendi te. Fuga:secretū.quod Domitianus solebat maxime in albana uilla ubi multū tpis conterebat authores sunt Tranqui.& Dion. Vastitas.solitudo ut Tiberi⁹ capreis. Remoramur te detinemus. Immanissima bellua.crudelissimus Domitianus.imago cum uituperatione. Propinquoꝫ sanguinem.Eutropius.consobrinos suos Domitianus interfecit.nam Flauium Sabinum alterū ex patruelibus occidit:q̄ eum comitiorum consularium die destinatum:perperam preco non consulē ad populum:sed imperatorem pronunciasset.Deniq̄ Flauium Clæmentem alterum ex patruelibus cōtemptissime inertie:repente ex tenuissima suspitione:quo maxime facto maturauit sibi exitium. alii ēt scriptorum prodiderunt conualuisse famam Titum fratrem a Domitiano dolo necatum.ut Philostratus lib.vi.memorans lepore marino qui piscis quosdam humores occultos atq̄ mortiferos habet de medio sublatum:quod graue molestumq̄ uideretur simul cum fratre imperare:quare dixerat Tito Apollonius caueret a propinquissimis. Tranqui.refert correptum graui ualitudine priusq̄ plane animam efflaret pro mortuo deferi iussisse.alii ægrotum sed iam conualescentem abiici mandasse in arcam niue plenam:tanq̄ ad ualitudinis remedium opus esset celeri refrigeratione:sicq̄ interiisse. Lamberet.tanq̄ fera tygris. Clarissimorum ciuium.Iuuenalis satyra quarta.Atq̄ utinam his potius nugis tota illa dedisset Tēpora sæuitiæ:claras quibus abstulit urbi Illustres animas impune:& uindice nullo.Sed periit postq̄ cerdonibus esse timendus Cœperat:hoc nocuit lamiarum cæde madenti. Tacitus in uita Agricolæ. non uidit armis Domitiani clausum senatum:& eadem strage tot consularium cædes:tot nobilissimarꝫ fœminarum exilia & fugas.cōplures enim senatores.in his aliquot consularet interemit:ex quibus Ciuicam Cerealem in ipso Asiæ proconsulatu.Saluidienum Orfitum:& Acilium Glabrionem:exilio puniuit.occidit Aelium Lamiam:Saluium Cocceianum:Metium Pomposianum.Salustium Luculum Britanniæ legatum.Iunium Rusticum:Heluidium filium:Maternum declamatorem:post ciuilis belli uictoriam sæuior:xenophon de tyrannide memorat summos uiros:& uirtute præditos interfici a tyrānis quia illos timeant quam sententiam transtulit ex Icetidibus Euripidis. Proferret.extēderet. Horror & minæ denominatio qualis Virg.in.vi. Vestibulum ante ipsum primisq̄ in faucibus orci:Luctus & ultrices posuere cubilia curæ Pallētesq̄ habitāt morbi:tristisq̄ senectus.Et met⁹ ē āt oro in graui figura.

exempla referātur:ipse autē:ut excipis: omnes: ut expectas:ut magnam partē dierū inter tot imperii curas quasi per ociū trāsigis. Itaq̄ nō ut alias attoniti:nec ut periculū capitis adituri tarditate: sed securi: & hilares cū commodū ē cōuenimus: & admittēte principe iterdum est aliquid: qđ nos domi quasi magis necessariū teneat. excusati sēper tibi: nec unquā excusādi sumus. Scis. n. sibi quēq̄ præstare:quod te uideat:quod te frequētet: ac tanto liberalius: ac diutius uoluptatis huius copiam prębes.Nec salutationes tuas fuga: & uastitas sequit remoramur: resistimus ut i cōmuni domo :quā nupimanissima bellua plurimo terrore munierat: cū uelut quodā specu iclusa nūc ppinquoꝫ sanguinē lamberet:nūc se ad clarissimoꝫ ciuiū strages: cædesq̄ pferret.Obuersabāt foribus horror:& minę

Par metus pariter timebant:quos hilari uultu ſuſcipiebat:ſicut quos truci:nã fuit non ſolũ magnæ:ſéd & calidæ inopinatæq; ſeuitiæ.authorem ſummarũ pridie q̃ crucifigeret in cubiculum uocauit:aſſidere in toto iuxta coegit:hilaremq; dimiſit:partibus ét de cœna dignatus eſt.& Aretinum Clæmentem capitis condemnaturus in eadem uel ét maiore gratia habuit:quo ad nouiſſime ſimul geſtanti conſpecto delatore eius:uis inquit hunc nequiſſimum cras audiamus?unde luue.ſatyra quarta pallorem dixit magnæ:& miſeræ amiciciæ.amicos Domitiani deſignans:qui nõ bene crederent blandiciis illius pernicioſis. Ad hæc.p ræterea. Ipſe.Domitianus. Viſu terribilis conuenit Tacitus in uita Agricolæ cum Secundo ubi de Domitiano ſcribens cum inquit denotandis tot hominum palloribus ſufficeret ſæuus ille uultus & rubor:quo ſe cõtra pudorem muniebat. Ira in oculis. quod ét in eius numiſmate monſtratur quare Philoſtratus lib.yii.loquitur Domitianus ſupbe ét ſi placide mãſueteq; loqui uoluerit:ſupercilia uero oculis ſuperiacent:genæ aũt bile refertæ ſunt idq; in conſpicuum maxime eſt ſunt.n. naturæ uicia:ſemperq; eodem mõ ſeſe habentia.nam ſi Dioni credimus erat audax: iracundus inſidiator: diſſimulator. memorãt Tacitus & Tranqui.fuiſſe ira præcipitem:& quo obſcuriore:eo irreuocabiliore per oculos aũt maxime animus emanat:ut citra motum quoq;:& hilaritate eniteſcãt:& triſticie quoddam nubilum ducãt: quinét lachrymas his natura mentis indices dedit:quæ aut erũpunt dolore:aut letitia manant:motu uero intenti remiſſi:ſuperbi:torui mites:aſperi fiunt. fuit.n. grandibus oculis : ſed acie hebetiore. Fœmineus.mollis impudicus. Multo rubore.uultu ruboris pleno:quod refert Tranqui.& lib.xx. Tacitus ignotis inquit adhuc moribus crebra oris confuſio pro modeſtia accipiebaſ. Secretũ captanté.inter initia principatus ſecretũ ſibi horatiũ ſumere ſolebat : nec quicq̃ amplius q̃ multas captare:ac ſtilo præacuto cõfigere ut cuidã interrogãti eẽt ne qs intus nõ abſurde rñſum ſit a Vibio Criſpo ne muſca quidé & nec niſi ſecreto atq; ſolus plæraſq; cuſtodias receptis qdem in manu cathenis audiebat authores ſunt Tranq.Diõ Euſebi⁹ in chronicis xenophõ mala tyránoq; cõmemorãs ait timeo celebritaté hoim timeo ſolitudiné in cuſtoditos aditus timeo ipſos cuſtodes neq; inermes illos habere uelié circa latus neq; armatis multũ cõfido. Solitudine.ſecreto. Solitudiné.cædé.uaſtationé . traductio color. Parietibus.rpe ſuſpectæ ſibi cædis appropinquãte ſolicitior in dies porticuũ in qbus ſpaciari cõſueuerat parietes phégite lapide diſtinxit e cuius ſplẽdore p imagines ꝟcqd a tergo fieret ꝓuideret.

& par metus admiſſis:& excluſis. Adhæc ípſe occurſu quoq;:uíſuq; terribilis:ſupbia in frõte: íra ín oculis:fœmineus pallor in corpe:ín ore ípudentia multo rubore ſuffuſa.nõ adíre quiſq̃: nõ alloq; audebat tenebras ſemp: ſecretũq; captanté: nec unq̃ ex ſolitudíne ſua prodeũté:niſi ut ſolitudíné faceret:ílle tamen quibus ſibí parietibus : & muris ſalutem ſuã tueri uídebaſ:dolum ſecum: & ínſidías:

Domitiani mors

Dolũ & inſidias.interfecerat Domitian⁹ clæmẽtẽ uirũ cõſularé cui ꝓpriã ſororé matrimonio deſpõderat.palá ét dixerat poſt tertiá puartãue diẽ ipſam quoq; ad uirũ eẽ ꝓfecturam.Stephanus igiſ Domicillæ libertus cuius nomé coronã quádá Iridi ſimilé circa ſolé & radios ei⁹ ac lumé obſcuráté ſignificabat ſiue ꝓinterfecto Clæmẽte cogitás ſiue oíum romanoq; cõditioné miſeratus:ſiue ſibi metuẽs quod erat interceptaq; pecuniaq; reus: tyrannũ interficere aggreſſus eſt adiuuátibus amicis & libertis intimis cõſpiratione ét Parthenii cubicularis:& ſaturii decurionis cubicularioq; necnõ Entelli a libellis : Clodii Cornicularii:& maximi Parthenii liberti:neq; cõiurationis expenis uxor eius Domitia fuit:neq; prætorii ꝑfectus Norbanus:neq; collega eius Petronius.ná Domitia illi inuiſa mortẽ ſibi uerebaſ & alii non ulterius Domitiani ſcœlera ferre poterãt quos oẽs dr̃ ſuſpectos habuiſſe & ꝓdere deſtinaſſe:& eoq; noía delata í ſcriptis habuiſſe iuxta ceruical:quæ puerulũ imprudẽter ſublata Domitiæ legẽda porrexiſſe:ea reis expoſita necé maturare fecerũt. Stephanus igiſ cõſiliũ operãq; obtulis:: ac ſiniſtro bracchio uelut ægro lanis falcuſq; ꝓ aliquot dies ad auertendá ſuſpitioné obuoluto ibiq; breué gladiũ tegens:ad ipſam horã dolũ interiecit: ꝓfeſſuſq; cõſpiratiõis indiciũ.& ob hoc a Parthenio tanq̃ cæteris robuſtior admiſſus legẽti traditũ a ſe libellũ & attonito ſuffodit inguina:nõ tñ lætaliter ſauciũ ac repugnáté adorti Clodius:& Maximus :& Saturius.& qdá e gladiatorio ludo uulneribus ſeptẽ cõtrucidarũt.Philoſtratus lib. yiii.teſtaſ Stephanũ Domitiano redeúti a foro obuiá ꝓceſſiſſe:& rogaſſe ſecretũ tanq̃ magna & admirabilia detectuq;.quare in porticũ:quæ regiæ adiacebat deductũ:dixiſſeq; nõ eſtmortuus ut arbitraris inimiciſſimus tibi Clæmens:ſed uiuit adhuc egoq; id optime ſcio & ipſe eſt q nũc aduerſus te irruit clamãtis,aũt impatoris & ob ea quæ audierat ꝓturbari Stephanũ ab alligato brachio gladiũ educẽtẽ fœmur ꝓfodiſſe uulnere qdẽ ad ſubitá mortẽ inferendá non ſufficiẽti:ſed quod diutius cruciatũ extingueret tandẽ poſſet cũ nullis medicamentis eſſet curabile.at Domitianum ætate adhuc integra : & corpore robuſto minime cõcidiſſe ſed arrepto Stephano ſupincumbenté eruere oculos enixum & faciem aureo calice:q ſacroq; cá aſtabat pertudiſſe.Palladem ut ſibi ferret auxiliũ inuocanté non omittã qd' a græcis traditur Apollonium Tyaneũ pythagoricum philoſophum magicæ peritiſſimum tunc Epheſi multis differentem auditoribus:eum Domitianus cõfuſus fuit: per aliquod temporis ſpaciũ ſtetiſſe attonitũ: deínde exclamaſſe.Euge Stephane pulchre Stephane:ꝓcute ſcœleſtum: ꝓcuſſiſti:uulneraſti:interfeciſti.

Vltorẽ ſcelerum deum Iouem:nam Mineruam:quam ſuperſtitioſe colebat:ſom nauit excedere ſacra rio:necantem ſe ultra tueri eũ poſſe:quod exarmata eẽt a Ioue:nã præter Trãqui.Dion inquit Domitia nus in inſomniis uidit Palladẽ cuius effigiẽ in cubiculo habebat arma exuentẽ & in curru equo& atrato rũ decidentẽ in baratrũ:uidit ẽt per quietẽ Ruſticũ accedentẽ ad ſe cum enſe.poſſemus ultorẽ ſcelerum deum interpretari Nemeſim quæ diuina iuſtitia dicit ea nanque petulantes & ſuperbos ulciſcit. Cuſtodias.i.carcerẽ anguſtos aditus:ipſos cuſtodes:& miniſtros Vir.cernis cuſtodia qualis Veſtibulo ſedeat.ſic cuſtodelã dicobãt antiq Feſto tradẽte cuſtodiã:quæ.ſ.cuſtodit in quẽ ſentum plerũq; annotauimus Apuleiũ poſuiſſe:interdũ ꝓ ipſo carcere & ergaſtulo.Columella.xii.itaq; mãcipiã uincta quæ ſunt ergaſtuli:ꝓ noĩa quotidie citare debebit atq; explorare:ut ſint cõpedibus diligẽter innexa.tum ẽt cuſtodiæ ſedes an tuta & recte munita ſit:Celſus ã accuſationibus hõ qui ex cuſtodia ꝓduciẽt:plerunq;ꝓ carcerariis & ĩcluſis.Modeſtinus de publicis iudiciis cuſtodias auditurus tã clariſſimos uiros quam patronos cauſarũ adhibere debet & feriatis diebus cuſtodias audiri poſſe reſcriptũ eſt ẽt in numero unius dicit ut neq; receptã cuſtodiã ſine cã dimittat in numero tñ pluriũ frequẽtius ut plerunq; cuſtodias receptis quidẽ in manu cathenis audiebat itẽ Caius cuſtodias& ſeriẽ recognoſcẽs cuſtoditio uero ẽ opera ad cuſtodiendũ aliquid ſumpta. Anguſtos.difficiles a cuſtodibus obſeſſos.

& ultorẽ ſcelerũ deum incluſit:dimouit: perfregitq; cuſtodias pœna anguſtoſq; per aditus:& obſtructos non ſecus ac per aperras fores:& inuitantia limina irrupit:longeq; tunc illi diuinitas ſua: longe archana illa cubilia: ſæuiq; receſſus:i quos timore & ſuperbia:& odio hominum agebatur.Quanto nunc tutior:quãto ſecurior eadẽ domus: poſtquã nõ crudelitatis:ſed amoris excubiis:nõ ſolitudine: & clauſtris defẽditor:& quid ergo nõ diſcimus experimento fidiſſimã eſſe cuſtodiã principis ipſius innocẽtiã? hæc arx inacceſſa: hoc inexpugnabile munimentũ muniméto nõ egere.fruſtra ſe terrore ſuccinxerit: q; ſeptus charitate nõ fuerit:armis enĩ arma irritãtur. Nũ autẽ ſerias tantũ partes dierũ ioculis noſtris: cætuq; cõſumis? nũ remiſſionibus tuis eadẽ frequentia: eademque illa ſocialitas iter eſt? num tibi ſemper in medio cibus? ſẽperq; mẽſa cõmunis? nũ ex cõuictu noſtro mutua uoluptas?

Obſtructos.munitos ſeptos. Inuitãtia.incuſtodita. Tũc.cũ obtruncatus ẽ. Diuinitas ſua.ſume extriſecus erat. Cuſtoditio

nam ſe deum & dici & credi uoluit quinetiam filius Palladis authore Philoſtrato uocabat.merito Tertullianus in apologetico taxat eos q Imperatorẽ uiuum deũ appellarent cui deo opus erat. Longe. qa nõ fuerunt arcana in quæ multi infeſtis mucronibus irrupere. Sæui receſſus.nã ibi ſtruebat necẽ Innocentibus unde non multo poſt Secundus alii intra cubicula ſua illis ipſis conſulibus.quibus conſules renunciabant exilia & cædẽ machinabant.ſolebat autem Domitianus ad horam ſomni nihil aliud q̃ ſecreto ſolus ambulare. Timore.res uera eſt authore Seneca ut qui a multis timet multos timeat. Superbia.caput eſt apud Trãqui.de elatione & eius uanagloria:& Eutropius memorat in eo ſuperbiã execrabilem extitiſſe. Eadem domus.palatium. Excubiis.uigiliis tam nocturnis q̃ diurnis:ſicut uigiliæ tantum nocturnæ ſunt Vegetius lib.iii.quaterni pedites qui noctibus excubitum faciũt:eliguntur quẽ locum ad uerbum Modeſtus tranſcripſit:& iam.ii.lib. Vegetius dixerat:quotidianas etiam uigilias in pace:item excubitum uiciſſim milites faciunt:ubi excubitum utrobiq; excubias ſignificat. Solitudine loco ſecreto.contentio color. Cuſtodiam.quæ cuſtodit.Calliſtratus:quoties quis cuſtodiam militum euaſerit. Arx.munimentum tutela:propugnaculum:ſententia. Munimento.traductio. Terrore.cuſtodibus armatis.hũc locum optime tractat.M.Tullius de officiis aſſerens nihil eſſe aptius ad opes tuẽdas ac tenendas q̃ diligi nec alienus q̃ funeri præclare dixerat Ennius:quem metuunt oderunt quẽ quiſq; odit periiſſe expetit. Num interrogatio grauis. Serias partes dierũ.horas diei circa res ſerias & graues.ſerium enim triſte & ſine rixu dixit antiquitas. In oculis noſtris.in cõſpectu ciuium ſed maxime ſenatorum.contra damnatur Caius quod in conſpectu eius prandentis uel cõmeſantis ſæpe ſeriæ quæſtiones per tormenta haberentur:cũ miles decolandi artifex quibuſcũq; e cuſtodia capita amputabat. Remiſſionibus iocis.opponuntur ſeriis remiſſiones.faciunt hic quæ lib.vi.de eodem ſcribuntur:ubi ſeueros inquit dies iucundiſſimæ remiſſiones ſequebantur.adhibebamur quotidie cœnæ:erat modica:ſi principem cogitares:interdum acromata audiebamus:interdum iucundiſſimis ſermonibus nox ducebatur

Excubie Vigiliæ

Eadem frequentia.par multitudo conuiuarum.Dion in Traiano uenatiões: conuiuia ſeria iocos frequẽter cũ amicis & familiaribus exercebat. In medio.in cõmuni:in aperto.Eutropii uerba conuiuia cũ amicis indiſcrete uiciſſim habens:ſic Tranqui.tradit Auguſtum conuiuatum aſſidue:nec unq̃ niſi recta:non ſine magno ordinum hominumq; delectu:ad aliq̃ Lycurgi imitationẽ:qui authore xenophõte ſympoſia in publicũ edixit:exiſtimans Lacedemonios minime hoc pacto tranſgredi imperata poſſe: accibum ſtatuit:ut neq; is nimius neq; multus foret. Conuictu.conuiuio:quod nos melius q̃ græci ſympoſiũ appellamus. Mutua.& tibi & nobis exiſtit:cum maloq; principum conuiuia cõuiuiis grauia ſint.

Prouocas. inuitas nos ad colloquia. paria ſolitum ſcriptis reliquit Tranquillus Auguſtum conuiuia. n. nonnunq̃ & ſeruis inibat: & maturius relinquebat: cum cõuiuæ & cœnare inciperent priuſquã ille diſcũberet & permanerent digreſſo eo: cœnam ternis epulis: aut cum abundantiſſime ſenis præbeat: ut nõ nimio ſumptu: ita ſumma comitate: nam & ad cõmunem ſermonẽ tacentes: etiam ſubmiſſim fabulantes prouocabat. Frugalitas: ciborum modeſtia. nam alibi dixerat cœna erat modica: ſi principem cogitares damnatur Caius: qui nepotinis ſumptibus omnium prodigorum ingenia ſuperans dictabat: aut frugi hominẽ eſſe oporteri: aut Cæſarẽ. author Athenæus maiorem ex cibo uoluptatẽ ſentire tẽperatos q̃ edaces: & apd eundẽ tradit Ariſto philoſopus Polemonem academicũ ſolitum admonere cõuiuas curarent: ut ſuauem potũ biberẽt non ſolum ad præſens: ſed & in craſtinũ

Cõtrahat cõpẽdioſum & breue faciat Humanitas. comitas. Ante medium diẽ: ante nonã diei horã: quæ cœnæ conſtituta fuerat. Marti. imperat extructos frangere nona toros: & culpatur: ideo a Iuue. Marius Priſcus: qui ob octaua cœnaret. Diſtentus. plenus refert Trang. Domitianũ prandere ſolitum ad ſatietatem: ut nõ temere ſuper cœnam præter Martianum malum & modicam in ampulla potiunculã: ſed pœnæ raptim: Claudium nunq̃ triclinio egreſſum niſi diſtentum ac madentẽ. Neronẽ e medio die epulas ad mediũ noctẽ protraxiſſe: Vitelliũ trifariã interdũ quadrifariã epulas partitum in ientacula & prandia & cœnas cõmeſatiõeſq; facile oĩbus ſufficiẽtẽ uomitandi cõſuetudine. Solitaria ſecreta per ſe ſine cõuiuiis. notauit Domitianũ Iuue. ſaty. iiii. illo carmine tanq̃ uoracẽ. Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putamus Induperatorẽ? nã ſi Tranqui. credimus prãdebat ad ſatietatẽ: ut non fere ſuper cœnam præter Martianũ malũ & modicũ in ampulla potiunculã ſumeret. Spectator. deinde. Adnotator. ſiquis amplius comeſſet. Papinius tñ mirandũ in modũ extollit aduládo quod interfuiſſet publico epulo: quo tradente Tranqui. initiũ ueſcendi primũ fecit. Et tu quin etiã (quis hoc uocare? Quis promittere poſſit hoc deoꝛ) Nobiſcũ ſocias dapes iniſti. Iã ſe: quiſquis is eſt inops beatus. Cõuiuã ducis eſſe gloriaꝫ. Immines. aſtas in pernicié illoꝛ. Eructans. hinc illa in Criſpinũ ſatyrica indignatio: magni ructaret ſcurra palati: & ructũ Vitelliũ feciſſe legimus ex nimia ientaculi repletione. Obiicis exprobas notádo. Aegreq̃ perpeſſus: uix cõtegens: nã raptim ſe a conuiuio ſubtrahebat. Superbã ſimulationẽ. cõtemptũ. ſ. cũ tñ ſimularet ſodalitatẽ. Clandeſtinã ganeã. per interpretationẽ declarat occultũ luxũ. nã ganea pro gula: & re lauta uſurpaꝫ. Pli. ix. ubi de ſuib⁹ agit: nec alio aiali numeroſior materia ganeæ. Sidonius: diſſumptũ ganea ſtomachũ nulla res ſarcire melius q̃ parſimonia poteſt: Tranqui. in Nerone parabanꝫ inſignes ganeæ: & in Tiberio dato ædilibus negocio popinas ganeasq̃ uſq̃ eo inhibendi: ut ne opera qdẽ piſtoria proponi uenalia ſinerent. Columella lib. i. mox deinde ut apti ueniamus ad ganeas quotidianã eruditatẽ laconicis excoqmus. ubi ꝓ loco accipiꝫ ſic Ci. in Piſonẽ. pauliſper ſtetimus illo ganeaꝛ ſuaꝛ nidore atq̃ ſummo ẽt pro loco in neutro uſurpant. Plautus in aulularia. Cenſen ingt tu illũ hodie primũ ire adſuetũ in ganeũ & in meneclimis immerſit aliquo ſeſe credo in ganeũ. Terentius: ubi illũ quærã? credo obductũ in ganeũ aliquo. Apuleius in. ii. apologia a magiſtris nunc in ganeũ ꝓfugit: ganeũ antiquitas dixit ſecũdum Feſtũ locũ abditũ uelut ſub terra. cui aſtipulatur Donatus ueteres dicens ganeũ meretricẽ tabernã dixiſſe ἀπὸ τῆς γαστρός. quod ipſa ſit in terra & ganeones appellamus guloſos Catillões. Tacitus nõ ganeo & profligator: ut plæriq̃ ſua hauriẽtiũ.

Ganea

Ganeum.

